[illegible]

2-1-91

[illegible]

Pag. 26.

No 264

6 2, 1

Inc / 308

Cl. V. Ignatius Carvalho Souza
Christi Militiae Eques &c. &c.
Hoc Praeraro Volumine
Theatinam Bibliothecam
Ditavit Anno 1762

Bernardus de Breydenbach

Peregrinationes in Terram Sanctam

Moguntia 1486

Hain, 3956; Pellechet. 2979.

Inc. 306

Descripta per fratrem

bernardinum de

magno

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Philippus de
bicken miles

Euerendissimo in xp̄o patri et dn̄o dn̄o
Bertholdo sancte Magūtin̄·sedis Archi
episcopo Sacri Romani Imperij per
germaniā Archicancellario ac principi
electori dn̄o suo gratiosissimo Bernhar
dus de Breydenbach dicte ecclesie Ma=
guntinen̄·decanus simul et camerarius
obedientiam promptam et deuotā·

Euerendissime in xp̄o pater et dn̄e· dn̄e
mi gratiose·Q᷑ tue p̄ter more͞m meū vsita
tum scribere Reuerendissime paternita=
ti audentius solito p̄sumpsi·et rem haud tue dignā grauitati exhibere
temptaui·id cause est ꝙ tua michi sepenumero experta probataq̄ʒ fauor
gratia bonitate et hūanitate· qua p̄ter supraq̄ʒ ceteros cumulatius in
p̄sentiarū vtēs· Reuerendissime pater id obnixius primū omniū p̄cor
quatenus nō certe moleste aut indigne·q̄d ipse enceniū j loco tue dn̄ vt re=
uerendissime offerendū paternitati/feras· sinasq̄ʒ pene tecū iocari· tam
etsi id alienū prorsus a tua maturiori cōditione certo sciam·ferā et ego
si nō satis grauiter pro meo officio a te vel alio quopiā spectato viro·
agere·fuero iudicatus· Temptatio si me apprehendit hūana et imperti
nens curiositas·ignosces pro tua clemētia·haudq̄ʒ succensebis· Ceterū
multipharia humanoꝝ studia ingenioꝝ neq̄ʒ nouoꝝ cōdendoꝝ existe=
re finē libroꝝ(si tamen id nouū dici possit q̄d alia q̄ꝫ prius veste indu=
tū et nouo dūtaxat fuco siue colore suplitum supq̄ʒ videtur opertū·ea=
dem rei substantia manente sub alio et alio aduenticio modo essendi)
qui nō videat sub oculis hac p̄sertim tēpestate· qua nouitatū opido in=
creuerūt adinuentiones·et vnusquisq̄ʒ in suo sensu habundat· inueniri
posse arbitror neminē·quādoquidē eousq̄ʒ ventū sit iampridē vt iuxta
vulgatū ꝓuerbiū stilum dūtaxat mutauisse sit fecisse librū· Taceam
oportet de gramaticis·rethoricis·dyalecticis·musicis·geometricis·astro
nomicis·et philosophis· Diuus dudū Jeronimus testatur quoniā q̄d
medicoꝝ est medici tractāt fabrilia fabri· ita et de alijs pare͞ in modū·
Sola scripturarū ars est ipso eodē asserente et dictim docente experien
tia·quā sibi passim vendicant oēs·quo fit ꝙ scribimus indocti doctiq̄ʒ
poemata passim·hanc garrula anus·hanc delirus senex·hanc sophista
verbosus·hanc vniuersi p̄sumunt·lacerāt· docentq̄ʒ anteq̄ʒ discant· At
ego vt meā falcem in alienā mittā messem absit procul· carū haud di=
ues p̄ciosarū mercium· opūq̄ʒ maiorū egenus et pauper·p̄sumpserim mi=
nime aurea vel argentea vasa in donaria dn̄i offerre· sed que michi sūt
fictilia atq̄ʒ cōmunibus apta vsibus·et si pudet·piget tamē minime ex=
hibere·magna magnis relinquens·qui acriori et excellentiori p̄diti in=
genio· in optimarū studijs disciplinarū a puero et teneris (vt aiunt)
vnguiculis euum suū omne cōtriuere vel diuinarū instituti doctrinis

RB

rerum·vel ceterarū artiū eruditionibus imbuti· Hij ꝙ quinqꝫ talenta
a dn̄o tradita sint eis·alia quinqꝫ merito superlucrant. Ego vero si duo
minuta era in gasophilaciū vidua cū paupcula misero·bene bellecqꝫ me
cū actū existimauerim·neqꝫ tn̄ ea reuerēdissime pater prius censui in ec
clesiā offerēda ꝙ͂ tuis acutissimis ꝑsentauerim oculis ꝑuidenda ꝓban-
daqꝫ·tāetsi talis tātiqꝫ ꝑceptoris haud digna sint cōspectōne·Mirabere
fortassis qd velim·Opusculū habeo qd duplā ꝑsefert docetqꝫ ꝑegrina-
tionē·altera quarū vsqꝫ Iherosolimā·altera inde ad inclitā virginē et
martirē porrigitur Katherinā·quas ipe ego ut tua nouit Reuerendis-
sima paternitas·deo propicio et votis meis benignius ānuente·anno
perfeci superiori·zelo tamen bono et optimo fine·quo ceteris cristicolis
vel tali inseruirē mea opa atqꝫ labore eas ambas in cartā traduci decre
ui·modo prius inuiso ꝑ scripturā videlicet et picturā·quatenus nō mo
do intellectū res hec oblectaret verū et aspectu·traheretqꝫ vehemencius
affectū hominū deuotorū Et quāquā ipm vile opusculū nō magnope
aut necessario veniat corrigendū quasi periculo alicui esse possit·etiam
si tuas doctissimas inciderit manus minime·nec tamen absqꝫ Reuerē
dissime paternitatis nutu et cōniuentia·in publicū prodeat nolo·quo
nō modo tibi detulisse sed et ipi opusculo videar cōsuluisse Neqꝫ enim
adeousqꝫ desipio ut nō intelligā hac ex deditione tue me celsitudini nil
vel graciarū vel preconiorꝫ intulisse·Scio equidē et certus sum ꝙ ipm
pocius opusculum dū ex tua quasi officina egredi videbitur·auctorita
tis et splendoris plurimū accipiet·atqꝫ valoris·maxime ꝙ incōpertū
sit nemini·nil vnquā tuā venisse sub limā (que scoriā omnē eradit) qd
nō rectissimū euaserit atqꝫ emēdatissimū·Que enim macula·que rubi
go·que impuritas·tuos ꝑspicacissimos oculos ꝑterfugere posset·Quid
vero tua grauissima iudicatū vnquā fuit censura·aut equa lince exa
minatū·qd quiuis etiā summorū hominū arguere ꝑsumpserit·Hinc se
quatur necesse est·vt qd abs te probatū fuerit id magnipēdatur·Quod
vero reiectū id nichili et flocci habeatur oporteat·Eam ob rem operam
impēdi ꝙ͂ sollicitā·ut ipm opusculum hac diligentia cōficeretur et lu
cubratione eoqꝫ moderamine vteretur vt cōmunia pteriret et non nisi
cursim ac summis (vt aiūt) labijs prius descripta ꝑstringeret·Que ve
ro digna essent dictu sciticqꝫ ea latius euolueret et dissereret copiosius·
vt id in processu de machometo et alijs quibusdā grauibus assertioni-
bus et disputationibus haudqꝫ cōtemnendis oracionibus fiet euidens
magis ¶ Porro quoniā magna beniuolentia maiori dilectione maxi-
ma vero gratia tua me Reuerendissima paternitas et serenissima dn̄a
tio semp et vbiqꝫ p ceteris ampliori prosecuta est fauore (qd nō tā ipse
sensi sepissime ꝙ͂ omnes habent ꝑspectū) quinetiā etsi tacerem lapides
clamarent/haudqꝫ silerent ipa tua in me plurima collata beneficia of
ficiaqꝫ·Eapropter tue me ꝑstantissime et colendissime paternitati pro
fiteor fore ꝑpetuo obligatissimū/deditissimūqꝫ·Et ꝙ͂ ꝙ͂ (qd doleo) nō
opis sit mee grates referre cōdignas/neqꝫ prorsus habeā qd retribuam

dn̄o meo obseruādissimo pro omnibus que retribuit michi· tamen quo
propensissimū animi mei in te affectū prodā utcūqꝫ· atqꝫ paratissimā
ostendā cōplacendi voluntatē· En et meip̄m totū et hoc exile encēniū·
sequēs videlicet opusculum· sterile et incomptū/ tue dedo dedicoqꝫ Re
uerendissime paternitati/ vtere et me et eo vt libet· Et si quādo licebit
pre ocio id intueri digneris Sicqꝫ fiet ut tua longe melius acceptius et
clarius euadat approbatione· q̄ꝫ alterius cuiuspiā vel exacta discussio=
ne· ꝙ pernotissimū cūctis iam factū sit et celebri fama vulgatū· ꝙ hisce
in terris sicut potestate ita et virtute p̄stantior te sit nemo· Quis enim
omnes p̄claras animi corporisqꝫ tui dotes et eximias gratias· paucis
explicabit· que sedem sibi quasi propriā in te vno omniū iudicio collo=
cauere· Quis tuā vel cogitando vel dicendo singularē prudentiā· ocu=
latissimā circūspectionē· ingenij acumen et facilitatem· grauitatē mo=
rum· debita suauitate p̄uenustam· amorē equitatis et iusticie· clementie
legibus haud incultam· animi constantiā et magnitudinē· ac rebus in=
gerēdis industriā et sagacitatem· pauculo emetiatur sermone· Nos et si
quis vel eximius orator temptare p̄sumeret· eum nō modo succūbitu=
rum sed et obfuscationis q̄ꝫ accessionis siue elucidationis plus allatu=
rum· haud iniuria crediderim· Ne ergo multis morer frustraqꝫ conter·
id sentio· id proclamo (non certe assentatoris vicio sed quo veritati
testimonio sim morēqꝫ ei geram) quicquid prorsus in auctissimo et do=
nis referto amplissimis inuēnitur· id tu cumulatissime habes et possi=
des totū/ omniū felicissimus et fortunatissimus iure meritoqꝫ reputan
dus· Eya vero q̄ꝫ probe q̄ꝫ apte q̄ꝫ iuste· tua p̄clara merita· tue responde=
rūt sublimationi· qua in summū vsqꝫ gradū cōnscendisti et apicem· in
insigni metropoli magūtinensi· En fides tūa integerrima· zelūs arden
tissimus· infatigabilis labor· casuū ꝑpessio variorū· quibus pro ipsius
alme ecclesie et inclite sedis magūtinensis incremēto pridem semꝑ de=
certasti· q̄ꝫ recte· deo ipso volente et patrū omniū vnitissima cōcurrente
electione· plebisqꝫ acclamatione fauentissima· mercedis et premij iusta
retributione· te in p̄celsum hoc fastigiū constituēre· Supremā ergo glo
riosissimi Martini collocatus in arcem Archipresul faustissime diuo
prorsus auspicio· eam adauge semꝑ et exorna· et quā tibi hactenus ca=
ram promotāqꝫ habuisti· nunc fac operosius atqꝫ accuratius vt cepisti
magnifices· amplifices· et illustres in dies· quatenus se te rectore te du=
ce· te pastore iustis et optimis se gubernatā legibus letetur· glorietur· et
gratuletur sibi in euum· tua quoqꝫ Reuerendissima paternitas p̄senti
gaudeat felicitate· et eterna in celis iocūditate atqꝫ beatitudine expleto
certamine· cursuqꝫ boni p̄fectis cōsummato ꝑfruatur Amen·

¶ Continentiam huius operis subiecta monstrabunt.

In primis p̄fatio p̄mittitur ciuitatis Iherusalem ac sancte terre finitime· quondā promissionis appellate comendaticia· plures eius p̄claras ostendendo p̄ter et supra ceteras excellentias et p̄cipuas progatiuas· vnde et ex ea veluti termino ad quē motus et profectio in eā eminentior cōuincitur et dignior merito cōprobatur· Fructus etiā sancte huius peregrinationis quosdam ipsa p̄fatio prosequitur· intentionēq̄ explicat autoris et operis diuisionē vtpatet intuenti.

¶ Deinde processus Iherosolimitane peregrinationis de loco ad locum ordinate et examussim cōmuni et vulgata deducitur narratione. et tū literis et scripturis· tū imaginibus et figuris· potiores ille ciuitates et loca quibus inter proficiscendū cōmunius applicatur terra mariq̄· ad intellectū et sensum describuntur videlicet

Primū omniū inclita ciuitas veneciarū tanq̄ terminus a quo intrantibus mare.

Deinde ciuitas parentina que a venecijs leucis cōmunibus siue miliaribus ytalicis distat centū.

Deinde vrbs Corfona que octingentis.

Deinde Modona que mille et centum.

Deinde Joppen siue Japha que bis millenis. Ubi peregrini ad terrā de mari egredientes· per Rama opidū vsq̄ Iherosolimā per· xl· leucas in asinis p̄gūt· Et ita a venecijs vsq̄ Jerusalem sūt bis millena miliaria ytalica et quadraginta· Cetere vero minores vrbes et insule omnes suis in locis· proprijs dūtaxat nominibus designantur· Nā vero insignis et potens ciuitas Ragusina quingentis distās a venecijs leucis suo loco nō est hic effigiata· ad cuius portū etiā cōmuniter solet applicari· Id cause est q̄ nimio ventorꝫ impetu et vi inde proiecti· ac celeriori cursu alio delati· illac nequiuimus propinquare· quo accidit vt nostros subterfugerit oculos et obtutus. Inter insulas vero plurimas quas p̄tergredi oportet/ inter nauigandū tres p̄cipue ceteris p̄clariores hic habentur figurate et designate· videlicet Candia q̄ a venecijs mille leucis ytalicis distat· Rodum que mille quadringentis· et Cipris que mille septingentis· Relique dūtaxat numerātur et nominātur suis in locis. ¶ Porro loca sacra intra Iherosolimā· et q̄ ciuitati de vicino adiacēt de quibus crebrius in sacra fit pagina mētio· et in quibus queq̄ memoratu digna patrata legūtur· specialibus effigiant̄ figuris cū notulis declaratorijs et remissionibus oportunis ad veteris vel noui testamenti passus.

¶ In scd'a pte prime hui⁹ ptis principalis· determinato de locis· agit̄ ordine cōgruo de incolarū siue indigenarū locorꝫ eorūdem· et p̄sertim sacrorꝫ moribus/ ritibus/ legibus et sectis· Et primū omniū de sarracenis

quoꝝ vt magis pateat error et damnatissima secta.
De eorũ pseudo propheta et pestifero seductore Machumeto. longa et
propria texitur historia. tractans videlicet
De eius ortu et natiuitate. De eius detestabili vita et cõuersatione.
De eius prophane legis inicio et promulgatione.
De eius infelici morte et indubia damnatione. Et tandem cõpendiosa
quedã sed notabilis et maturã ãnectitᷣ machumetice secte et ꝑfidie im=
probatio. vbi multa haud contemnendã inserũtur dogmata. potissimũ
cõtra illam epicureã paradisũ quã ipe Machumet suis ꝑdicauit secta=
toribus et promisit. Inde agitur breuissime. De Judeis. Grecis. Siria
nis. Jacobitis. Nestorianis. Armenis. Georgianis. Indianis. Maro=
nitis. Et eoꝝ omniũ erroribus cerimonijs et ritibus. ¶ Adiũguntur
quoqȝ cuilibet sue proprie litere siue caracteres quibus vtũtur vel scri=
bendo vel loquendo ipse nationes. ¶ In fine eiusdem tractatus ora=
ciũcula quedã additur miserũ et miserabilem orientalis ecclesie statum
modernũ deplorãs. Sȝ et disputatio quedã seriosa et grauis cõtra eos/
qui vnũqueqȝ in sua fide. lege vel secta. credũt posse saluari. ¶ Postre
mo de veris katholicis latinis qui ꝑpauci sunt Jherosolimis sit memo
ria cũ lamentatione quadã lugubri. sup desolatione ecclesie dei sancte.
et exhortatione ad principes orthodoxos. eos ad ecclesie fideliorẽ cõtra
ꝑfidos defensionem animando. Cuius rei gratia in calce visio quedã
terribilis Carolo quondã Imperatori ostensa. annotatur. Ex speculo
historiali Vincentij Belluacensis sumpta.
In secunda huius operis ꝑte principali. de secũda agitũr peregrinatione
ab Jherusalem p vastam solitudinẽ in montẽ Synai. ad diuam et in=
clitam sanctãqȝ virginẽ et martirẽ Katherinã. Cui etiã cõmendaticia
quedã antefertur ꝑfaciũcula/ sicut et priori. ¶ Deinde ꝓfectionis ipius
ordo et ꝓcessus ab Jherusalem vsqȝ in Gazera ciuitatẽ. et inde p deser=
tum vsqȝ Syna describitur. vbi et loca sacra singula in montẽ dei oreb
et Synai ex ordine explanantur et debitis notulis elucidantur.
¶ Tandem regressus ex monte Synai p ortũ balsami in Matharca
villa existentẽ. et p Chayrũ Babiloniã ciuitatẽ sarracenoꝝ potentissi=
mam et maximã. vbi rex ipoꝝ Soldanus residet. et inde per Nylum
paradiseũ fluuiũ nobilissimũ vsqȝ in Allexandriã quondã gloriosã in
vrbem. vnde venecias reditur nauigio/ vbi etiã de cõstantinopolitane
vrbis excidio et expugnatione digressiue agitur. ordinata et oportuna
explicatᷣ narratione. Et in fine omniũ quedã ponũtur scitu necessaria
hijs qui forte has volent in futuro deuotionis gratia subire peregrina=
tiones. quos fructu multiplici spirituali haud dubium inde ditandos
altissimus saluos cõducat et reducat Amen.

Prefatio in opus transmarine peregrinationis ad venerandū et gloriosum sepulcrū dominicū in Iherusalē eius tū laudes tū fructus paucis attollens· intentionēq; exprimēs auctoris et operis diuisionem Incipit feliciter·

Sancte et salubris profectionis atq; pegrinationis trāsmarine Iherosolimitane· laudes amplissimas· eximiā dignitatē· et pclāras vtilitates cupiens hac cōmendaticia extollere oratione· ita paucis vtendū censui quo morē gerā lectori· vt habeā nichilominus rationē dicendis quo orthodoxoꝝ deuota pectora in eā prius fortassis inclinata· etiā atq; etiā faciam inclinatiora· Atq; in primis hinc michi arbitror exordiendū· ꝙ cum perspicuū sit iuxta philosophicam assertionem a termino ad quem motū accipere speciem et rationem atq; etiam dignitatem· Hinc ex terre sancte super cūctas preminentia huius peregrinationis laus et cōditio nobilis venit· haud dubiū metiēda primū· Quobrem si vel summotenus attigero magnā excellentiam maiorem p ceteris prestantiam maximā progatiuam sancte illius ciuitatis Iherusalem et terre finitime (tametsi suapte pernotissimā) nō mediocrem· immo pene euestigio proximā· in eam rem fecisse me accessionem· plurimamq; absoluisse cōmendationis partem· haud iniuria existimabo· Gloriosa sane de ea ciuitate dicta sunt abolim· psalmista teste· dicunturq; dietim· quoniā ciuitas dei summi est· magni regis et domini virtutum· cuius fundamenta in montibus sanctis· ita vt diligat dn̄s ipse portas syon super omnia tabernacula iacob· Geneseos quoq; testatur liber· quanta promissionū serie· terram hanc priori seculo venerandis patribus ipse omnipotens deus pollicitus sit· vnde et, terra promissionis appellata est· eius terre viuentiū que in celis est typum ex multis similitudinibus (quas breuitatis amore transeo) quapte pseferens· Claretq; libro ex eodem· quemadmodum multarum gentium pater abraham· diuo ammonitus iussu· paterno derelicto solo· egressus de terra sua et cognatione sua et domo patris sui· ad terram hanc festinauerit· figens tabernaculum suum Bethel inter et hay· in geraris bersabee cōmoratus et Ebron· Itidem de ysaac Jacob Joseph quoq; et fratribus eius liquet· Hoc adiecto ꝙ hij quoniam viui in terra ista semper esse nequibant· mortui saltē in ea exoptabant et magnope desiderabāt

sepeliri. Id posteris suis in mandatis relinquentes. Constat preterea
neminemq; fugit. q et ipse omniū mitissimus hominum Moyses. hanc
ob terrā nō tam visendam q̄ possidendam. contempto regali palacio.
preclaris egipti opibus nichili habitis. spretaq; terra inclita. cum fra-
tribus suis longo per desertum tempore affligi maluit. q̄ temporalis
regni frui iocunditate. Cūq; eam dei nutu ingredi non licuit. saltem a
longe prospicere et salutare eā loco de sublimi montis abarym habuit
pergratū. Obmitto hoc in loco recensere ex penthateuci regum. iudicū.
prophetarum. historiarūq; voluminibus plurima. que maiorem in mo
dum ad eiusce terre ingentem conducerent ostendendam sublimitatē.
quanto videlicet israhelitarū ipsa parta fuerit sudore. quanta hostium
sanguine cede et strage subacta. q̄ sacratissimis semper gubernata legi
bus. q̄ miris a deo signis et prodigijs sepenumero decorata. q̄ clarissi-
mis semp exculta patribus. et eorum tum rebus et factis memorandis.
tum doctrinis et exemplis insignibus egregie illustrata. q̄ gloriosis
referta psonis. sacerdotibus scilicet ac regibus et prophetis. quorum est
ampla satis laus in historijs. et memoria in benedictione. apud quos
etiam tam sincerus dei cultus diu et diu viguit. ita ut notus in Judea
deus dūtaxat tunc. in toto esset orbe terrarum. et in solo israhel magnū
nomen eius. atq; habitatio eius in syon. Siquidē facta est iudea sancti
ficatio eius. israhel potestas eius. Id potius post omnia velim adiectū
velut pcipuum instituti mei documentū. q homo natus est in ea. et ipe
fundauit eam altissimus. quia videlicet terram hanc vnigenitus dei fi
lius. nostram venturus in carnē. in temporis plenitudine sibi vniuer-
so delegit ex orbe. quam et sua benedicta consecrauit incarnatione. na-
tiuitate cōuersatione. quam pterea doctrina sua et miraculorū gloria
eximie honestauit. illustrauitq; morte. resurrectione. et in celos ascensio
ne. Qua ex re id haud ab re intulerim. quoniā si (vt par ratio ē) digna
putamus loca vbi Petrus et Paulus. cristiani duces exercitus. et do-
minici gregis pastores sanguinem fuderunt pro cristo. Si deniq; mar
tirum vbiq; veneramur reliquias. et sanctā fauillam oculis apponen-
tes. si licet etiam ore contingimus. Terram illam quomodo nō omni
prorsus dignissimā veneratione/existimabimus. in cuius medio salu-
tem nostrā operatus est saluator noster. monumentū quoq; in quo re-
demptor ipe noster cōditus est quomō nō magnifaciemus magis. quo
modo nō pluris reputabimus. immo vero quomō sic a pfidis flocciha
beri et naucipendi. tantis iam retrohabitis temporibus sustinemus in
iniuriā xpi et opprobriū nominis xpiani. Scitū est pterea et incōper-
tum extat nemini. quāto antiqui studio et veteres iudei templum Je-
rosolimis et sancta sanctorum tum venerabantur tum frequentabant/
presertim q illic erat archa testament' cum cherubin et propiciatorio.
vbi tabule legis. manna quoq; et virga aaron que fronduerat conti-
nebantur. q̄ tamen omīa et singula vt vas electionis Paulus disserit.

non nisi vmbra erant futurorum. At nonne apud nos (vt de ceteris
sileam) venerabilius longe est mediatoris dei et hominum ihesu xp̄i
domini nostri sanctum gloriosumqꝫ sepulcrum. quod quotiens fidelis
quisqꝫ ingreditur. totiens mentis ac fidei sue oculis. inuolutū syndone
videt saluatorem. paululumqꝫ ꝓcedens. lapidem conspicit reuolutum.
angelum quoqꝫ super illum sedentē. et sudariū cū lintheaminibus mu-
lieribus ostendentē. templum exinde p̄teriens vetustū. quasi in p̄sentia-
rum. audit ihesum inibi p̄dicantem. cenam item post hac in monte syon
recolit. discipulorumqꝫ illic pedes lauantem. ac eis corporis et sangui-
nis sui sacramēta conficientē. egressum tandem in montem oliueti de-
uotissime orantē. defluentem sudore sanguineo. osculo proditū a tradi-
tore captum dehinc. tractū. illusum. consputū. accusatum. flagellatum/
coronatum. morti adiudicatū. crucem propriam baiulantē. eiusqꝫ sub
mole in porta ciuitatis (cuius rei hodie relicta cernūtur vestigia) defi-
cientem. succedentē Symonē cyreneum. ac postremo in golgata ama-
rissime passionis sue misteria consummantē. O quanta loca illa sacra-
tissima exundant haud dubium laude et gloria. quanta virtute ac di-
gnitate prestant. quāta proinde deuotione si via nobis ad ea esset aper-
tior. vtire meritoqꝫ essent. tum honoranda tum visitanda. quāto colen-
da affectu. que et ipsa mater domini maria. virgo perpetua. eius post
mortem atqꝫ resurrectionē. dictarum rerū ob memoriam non tam inco-
luit multo post tempore. qꝫ ardentissimis desideriorum insigniis hono-
rabiliora nobis effecit. Ita et reliqꝫ mulieres sancte loca ipsa sepenu-
mero deuotissime exosculantes. Atqꝫ hūc in modū pleriqꝫ alii vtriusqꝫ
sexus homines fecere. suo nos ad id exemplo prouocantes. Inter quos
beatissimus effulget Jeronimus eorundem locorū cultor et inhabita-
tor p̄cipuus. qui in diuersorio marie ad p̄sepe domini in bethlehemitico
tugurio latitare atqꝫ cōmorari. romanis p̄tulit deliciis. Ita deuotissi-
me paula et eustochium. ita venerabilis marcella. ex Roma ornatissi-
mis dictarū literis eo aduocata. Ita clarissimi quiqꝫ alii ex omni de-
lectiores cristianismo viri. qui pro sua eximia fide et deuotione quan-
tūlibet distarent minus se habere cristiane religionis abolim putauere/
ni illa loca sacratissima suis perspexissent oculis. osculisqꝫ attigissent.
atqꝫ illic xp̄m dominū adorauissent vbi steterunt pedes eius. et in qui-
bus euangelium primū de patibulo choruscauit. fidesqꝫ nostra sumpsit
exordium. ¶ Adde qꝫ dictorum deuota visitatio locorum. ad emenda-
tioris vite propositū concipiendū. hauriendamqꝫ suorum cōpūctionē
criminū. nonnichil confert pio et fideli peregrino. ita vt meo quidē arbi-
tratu. atqꝫ plurimorū mecum cōsentientiū censura. nullus pene sit vel
prauus. qui non melior inde regrediatur qꝫ ante fuerat ingressus. Neqꝫ
ob id. hoc in loco. gentili cōcesserim poete dicenti. celum non animum
mutat qui trans mare currit. Esto in curiosis id locum habeat. qui
vanitatis ducti spiritu. scrutandorum locorum causa. eo pergūt. nul-
lum referentes fructū ex tanto labore et sumptu. nisi qꝫ veterum more

exploratorum· quos moyses miserat terre sancte terreqꝫ promissionis
detrahere nō cessant· At non sic in hijs· qui deuotionis venerationisqꝫ
gratia illo proficiscūtur·per varios casus per mille discrimina rerum·
Quis equidem cristicola has ingressus terras sacratissimas· nō mox
amaras solueretur in lacrimas·quis cōpūctionis nō p̄seferret indicia·
etiā si adamantino esset pectore·vbi et petre scisse sunt· et saxa ingentia
diruta (que hodie sub aspectū ibi mōstrantur) atqꝫ terra tota funditus
mota xp̄o moriente in cruce·Quis nō alterū mutaretur in virū·p̄ditus
quātūlibet ante fuisset· quādo quidē (vt de plenissimis illic remissioni-
bus et indulgentijs copiosissimis taceā quas cōsequi quisqꝫ ibi potest
mox vbi mare egreditur et pedē terre sancte infigit· ac deinceps q̄᷑sepe
multis in locis) quādo inquā (qđ pluris facio) veneranda saluatoris
sui vestigia·ac omniū pene passionum ceu victoriarū suarum erecta ibi
vexilla·terrāqꝫ suo p̄cioso rubricatā et p̄fusam sanguine·copia sibi da-
tur sub oculis cōspicere·deosculariqꝫ ore·terere pedibus·manibus et cor-
pore toto cōplecti·Quādo licet in villulam xp̄i ingredi·intrare marie
diuersoriū·atqꝫ p̄sepe illud dignissimū cōtingere· adorare paruū hoc ter-
re foramen·in quo celoꝝ conditor natus est· in quo deus immensus in-
fans factus vagijt· in quo inuolutus pānis· visus a pastoribus· stella
demonstratus·a magis fuit adoratus·Quinetiā (vt minora referam)
ad iordanis fluenta vbi baptisatus fuit xp̄us a iohanne· ad pastorum
quoqꝫ caulas·ad dauidis mausoleū·ad amos prophete rupem·ad abra-
he deniqꝫ ysaac et Jacob eximiorum monumenta patriarcharum in
Ebron·Sed et ad triū illustriū feminarū·vxorū scꝫ eorundē tabernacu-
la ac memorias·liber patet aditus·transitusqꝫ ad riuū Eunuchi a phi-
lippo baptisati· vnde samariam pergas· cineres baptiste·helisei·abdie·
mente colligas· videas floridam nazareth· florem vti qꝫ iuxta nomen
suū galilee· villam chana·montē thabor·mare galilee·et secus id milia
populi non pauca agnoscas per dn̄m satiata· Jnde progressus·mente
p̄tractes filiū vnicū matris sue in porta naym resuscitatū· atqꝫ montē
suspicias hermon· vadasqꝫ p̄ torrentē Endor· in quo zizara superatur·
Jn prospectu tibi sit capharnaū·libanus·tyrus·sydon·bethel·hay·sylo
duplex cesarea·triplex rama·gloriosa olim ptholomeida·Ramathaim
sophym· Joppe·Lydia·Jamnia·Nobe·ac philistym ciuitates quinqꝫ
et reliqua id genus loca multa· in quibus mira legūtur facta gestaqꝫ·
Post que omnia p̄trāsita· in montē rursus ascendas oliueti· et inde in
montem properes caluarie· atqꝫ in crucifixionis loco adores· noctē de-
hinc in dominico facturus sepulcro· vbi tua cū magdalena defleas do-
lenter peccata·Quis inquā cūctis hisce ex locis et monimentis (si tamē
deo credat et euangelio) nō magnam sibi hauriat deuotionem· Quis
ibi melioris sibi vite nō inbibat voluntatē· viteqꝫ veteris peniteat· vbi
tot et tanta ad hec sub oculis habet incitamenta·vbi haud dubiū diui-
na gratia efficatius pre ceteris locis in animas agit deuotorum·si obex
non ponatur·Sed de hijs iam satis supqꝫ fortassis·

Quod reliquū est neutiq̄ putauerim silencio trāseundū· quēadmo
dū videlicet dictarū plustratio terrarū· haud immodice ad earū sumen
dam intelligentiā rerū deseruit· de quibus sacris in historijs q̄ creber=
rimā mentionē fieri cōstat· Nimirū pspectū omnes habemus explora=
tū· q̄m visa q̄ audita vel lecta dūtaxat· amplius mouēt/ atq̄ que co
ram videntur sua sub effigie· fortius nobis solent imprimi· q̄ si aliena
tantūmodo imagine repsententur· Hinc in veteribus legimus histo=
rijs beato tradente Jeronimo· philosophos quosdam lustrasse prouin
cias· nouos adijsse populos· maria transijsse· vt quos ex libris nouerāt/
corā quoq̄ viderent· Sic pitagoras mephiticos vates· sic plato egiptū
et eam oram ytalie· que quondā magna grecia dicebatur laboriosissime
pagrauit· Sic ad Tytū liuiū lacteo eloquentie fonte manantē de vlti
mis hispanie galliarūq̄ finibus· quosdā venisse nobiles legimus· et
quos ad cōtemplationē sui Roma nō traxerat· vnius hominis fama
pduxit· Sic appollonius plurima ptrāsiuit regna· atq̄ (vti hec vetu=
ti extranea missa faciam) sacra habet pagina celebriq̄ memoria refert/
venisse reginā saba a finibus terre· cū comitatu et diuitijs multis Je=
rosolimā/ vt audiret sapientiā salomonis· qua pbata obstupuit· ita ut
spiritū vltra vix haberet· pclamans q̄ media pars eorū que audisset
et vidisset· minime fuisset sibi prius nunciata· Quid ergo mirū si deuo=
tus quisq̄ xpianus illam videre desiderat terrā· quā quotidie ecclesie
resonāt vniuerse· Que enim dies pene p anni circulum in qua vel can=
tando vel legendo vel pdicando ecclesie xpi nō recolunt· que hisce in
terris/ ac locis eius finitimis facta phibentur Omnibus quidē homi=
nibus teste philosopho naturale inest desideriū sciendi· sed hac tēpesta=
te ppauci sunt· qui sese claris oblectare disciplinis et scientijs volunt·
animūq̄ suū nobilem· ingenuis optimarū artium pascere doctrinis· q̄
vel laborem horreant adiunctū· vel copia sibi desit reifamiliaris ociiq̄·
Perplures vero sunt qui melioribus et vicinioribus saluti neglectis·
supuacaneis studijs dediti sunt nimis· qui videlicet diuicias coacerua
re· augere opes· mundi huius oblectationibus pfrui· affluere delicijs et
voluptatibus queūt· studentq̄ amplissimis officijs et gradibus pemi
nere· nec cogitāt miseri fragilem fortunā et inanes eorū contentiones·
que mediocri in spacio sepe frāgūtur et corruūt· velante in ipo suo cur
su obruūtur· q̄ portū cōspicere potuerūt· Sicq̄ omnē mortaliū vitam
varius sub sole labor exercet· atq̄ ut longe ante ihesus syrach predixit·
occupatio magna creata est filijs adam· a die exitus eorum de ventre
matris vsq̄ in diem sepulture in matrē vniuersorū terrā· Porro vnum
est necessariū· ihesum videlicet scire et hūc crucifixū· Jd doctissimus in
lege et euāgelio apostolus paulus· etiā posteaq̄ in terciū raptus fuit ce
lum· vbi mira vidit· vbi audiuit archana que hominibus loqui nō licet
satis sibi esse arbitratur· atq̄ etiam pcipit vniuersis xpiane religionis
pfessoribus· non plus sapere q̄ oportet· neq̄ in alio quoq̄ gloriari nisi
in cruce dn̄i nostri ihesu xpi· in quo est salus vita et resurrectio nostra·

per quem saluati et liberati sumus. Quippe qui factus est nobis via. ve
ritas. et vita. Nō ergo glorietur sapiens in sapientia sua. neqꝫ diues in
diuitijs suis. neqꝫ fortis in fortitudine sua. sed in hoc glorietur qui glo
riatur. scire et nosse me. ait dn̄s deus exercituū. Quoniā hec est vita eter
na vt cognoscāt te solum verū deū et quē misisti ihesum xp̄m. ipso id ꝑ
semetipm̄ cōfirmante. Et quāquā ad hanc salutarē assequendā scientiam.
euangelica p̄cipue et apostolica satis cōferant documenta. que sanctoꝝ
studiosa lucubratōne exornātur in dies. ac ꝑ diuini verbi declamatores
quotidiana elucidātur explanatōne. non parū tn̄ vt p̄fatus sum ad eā
ipsam cōducit dictoꝝ ꝑagratio. et sub oculis conspectio locoꝝ. in qui-
bus queqꝫ ꝑ xp̄m facta. dicta. aut passa. dietim aut legimus ip̄i aūt au
diuimus. Sancta ꝓfecto esset huiuscemodi curiositas (vt ita dixerim)
et salubris euagatio atqꝫ exercitatio prorsus perutilis homini. p̄sertim
mediocri. sic videlicet exploratū ire atqꝫ ꝑscrutatum. loca vite mortisqꝫ
ihesu dn̄i nostri saluatoris. eiꝰ ex amore et sincera dilectione. qui mortē
ibi nostrā moriendo destruxit. et vitā resurgendo reparauit. At cū Je-
ronimo sic iam cōcludā. Nō Jerosolimis fuisse. sed Jerosolimis bene
vixisse. Jerosolimis deuote se et religiose habuisse. honesteqꝫ et sancte
cōuersatū fuisse. in medio nationis praue et ꝑuerse. laudabile est. et red-
dit quēqꝫ cōmendabilem peregrinū. ip̄amqꝫ magnificat et exornat peregri
nationē. illustratqꝫ. Et hijs iam satis sit sup rebus hactenꝰ disseruisse.

Intentionis explicatio.

SIquidem omnibus et singulis p̄fatis rationibus alte consi
deratis. pensatisqꝫ animo. Ego bernhardus de breydenbach.
insignis metropolitane ecclesie Magūtine. tūc quidem Ca-
merarius. nūc vero etiā decanus immeritus. fatear necesse est
(quo ceteris exemplo fiam) postea quādiu prochdolor lasciuiori etate re
spexi in vanitates et insanias falsas. tandē desuper quasi de graui som
no expergefactus. cogitare cepi vias meas. et conuertere pedes meos in
testimonia dei. atqꝫ post multa vana vane experta. tēpus adesse ratus
sum. quo quod bonū esset et saluti accomodū tenerem et amplecterer.
Itaqꝫ cetera inter multa que mecū ipse reputabam. estimabamqꝫ effica-
cius ad vite conducere emendam. id potissimū in mentem michi venit.
visumqꝫ est bonū. eam ip̄am de qua ꝑdixi salutarē peregrinationē ma-
gno fortiqꝫ animo subire. pio in visendi dn̄ici sepulcri. ceterorūqꝫ sacro-
rum conspiciendoꝝ locorūm desiderio vehementer affectus. Idqꝫ diua
desuper gratia et fida apprime cōfratrum et cōmilitonū fretus comi-
tiua ꝑfeci. de quo magnifice deo gratias ago. qui me et socios tali ha-
buit dono dignos. votiqꝫ nostri pij effecit cōpotes. atqꝫ magnis de an-
gustijs sepe liberauit. Porro quo hanc meam ꝓfectionē siue (vt aiūt)
reysam. vtilem nō solum michi sed et alijs fidelibus facerem. et maxi-
me generosoꝝ clarorūque hominū animos in eam ip̄am magis magisqꝫ
cōmouerem. operam nauaui quā exactam. vt inter peregrinandū me de

omnibus que scitu necessaria dignaqꝫ essent cognitu facerem certiorem studiose singula pscrutando. nec vllis parcendo expensis. Huius rei gratia ingeniosum et eruditu pictorem Erhardu scꝫ rewich de traiecto inferiori opeprecium duxi mecu assumere vti et feci. qui a veneciano portu et deinceps potioru ciuitatu. quibus terre pelagiqꝫ transitu applicare oportet. psertim sacroꝝ in terra sancta locoꝝ dispositiones. situs et figuras. quoad magis proprie fieri posset. artificiose effigiaret. transferretqꝫ in cartam opus visu pulcru et delectabile. cui declaratorias notulas. vel latinas. vel vulgares feci per quenda aliu doctu viru ad vorum meu apponi. Quod quidem pfectum opus. impressorie artis amminiculo cuctis habere volentibus comunicandu. vtina atqꝫ vtina. intento optatoqꝫ haud vacuu fructu euadat.

Operis diuisio.

DEmum opus ipm in duas duntaxat libuit scindere partes. Altera quaru Jerosolimitana. altera vero Katherinianam doceret peregrinatione. vtiliora queda necessarijs respectibus et optimis. de morib9 et ritibus erroribusqꝫ ac sectis varijs incolaru et inhabitatoꝝ locoꝝ eorundem. prime hui9 operis parti adiciendo. inserta nichilominus in fine narrationis huiuscemodi sectatum. pulcra quada disputatione. ceu anthidoto quodam et remedio. ne quis vnuqueqꝫ in sua fide/lege/vel secta credat posse saluari. Alias etia quasdam exhortationes et lamentationes prout res exposcit addendo bonis et oportunis motiuis. Postremo omniu pium opto lectore. deprecorqꝫ deum cuctipotente. vt veris suis cultoribus cristianis omnibus affectum et amorem infundat ampliore. zelumqꝫ ad terra illam sanctam no modo visenda. sed et aliquado recuperanda. redigendaqꝫ sub cristiane reipublice ditione. vti olim fuit. ad sui nominis gloria et fidelis popu li laudem et honorem Amen.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Sequitur inicium huius peregrinationis a solo natali vsq͂ venecias·

AD laudem et gloriā dñi nostri ihesu xpi· gloriose genitricisq͂ sue ꝑpetue virginis marie· atq͂ totius celestis curie· ob nostrarū salutem animarū/ nos tres subscripti videlicet Generosus dñs Johannes comes de Solms dñs in Mintzenberg· et ego supra memoratus Bernhardus de Breydenbach camerarius atq͂ decanus ecclesie Maguntine· Itemq͂ dñs Philippus de bicken strennuus miles· singuli cū singulis famulis pio ducti zelo et desiderio iam supra expresso· venimus in locū ꝑ nos deputatū et cōdictū· videlicet Oppenheym diocesis Maguntinensis opidū· ipa die sancti Marci euangeliste Anno salutis· Mcccclxxxiij· vnde profecti· sub quindecim dierū interuallo· venecias diuo munere sani et incolomes applicuimus· Inter agendū iter salvo vsi cōductu· vbi expedire videbatur/ maioris gratia securitatis· Inuenimus autē ibidem plures generosos comites et barones· strennuos milites· ac alios nobiles viros· atq͂ ecclesiasticas quasdam ꝑsonas· eodem quo nos animo ex diuersis xpianitatis partibus illo confluxisse· ex quibus duo barones et tres milites cū suis famulis nostre se cōmiscuerūt societati· aliis seorsum turmā facientibus singularē· Erāt autē nomina eoꝝ qui in vna nobiscum galea fuerunt et societate· dñs Maximin⁹ de Roppensteyn baro· Itē dñs Vernandus de merꝛnawe baro· Item dñs Caspar de bulach miles· Dñs Georgius marx miles· Item dñs Nicolaus maior de kurt miles· Neq͂ hoc in loco necessariū visum est· viam nostrā vsq͂ venecias· q͂ omnibus germanis suapte nota sit prolixiori stilo designare· Spaciū vero qd̄ interiacet ex p̄fato opido scʒ Oppenheym vsq͂ venecias· centū pene germanica cōtinet miliaria· nec vltra protenditur· Ibidē apud Petrū vgelheymer de franckfordia veneciis cōmorantem· hospicio fuimus recepti· et ab eodē legaliter in omnibus atq͂ humaniter tractati· rebusq͂ in gerendis· et p̄sertim in cōducēda galea cōsilio suo et auxilio fideliter adiuti· Multa enim opus est diligentia et sagacitate in cōuentione cū patrono galee· vnde haud ab re duxi eas hic clausulas annotare· quas matura deliberatione preuia· literatorie nostre cū patrono nostro dño Augustino cōtereni· id est comite reni· inseruim⁹ pactioni· quo ceteri hāc eandem fortassis subituri peregrinationē· hinc exemplum sumāt itidem faciendi vel certe meliorandi·

De forma contractus cū patrono galee·

ERant enim in conuentione articuli tales inserti· quos quasi ad alios factos cursim et sub cōpendio hic enarrabo·

In primis q͂ dictus patron⁹ ꝑegrinos de veneciis vsq͂ ad terrā sanctam id est Joppen· et inde denuo vsq͂ venecias ducat reducatq͂· ad qd̄ faciendū immo et ꝑueniendū adiximus ꝑ diem

alteram galeā que dn̄o Petro cognomento landawe attinebat/in qua
alij peregrini de secūda societate vehebantur·sub pena se mille florenoꝝ
obligauit·sup quo debita fiat prouisio iuxta placitū et votū pegrinoꝝ
Item ꝙ ipsi dn̄i peregrini duos inter se ordinent deputentqꝫ·qui in ve
neciano portu et deinceps in omnibus locis quibus foret applicandū/
prospiciāt et inquirant an patronus necessarios et sufficientes habeat
famulos et officiatos·vt moris est vsitati· et necessitas siue cōsuetudo
hactenus obseruata requirit·Et si aliquem vel aliquos huiusmodi ex
famulis quolibet casu deficere aut mori cōtingeret· patronus aliū vel
alios in locū eius vel eoꝝ subrogare teneatᷣ·suis in expensis·
Item ꝙ patron⁹ teneatur armaturā pro·lxxx·viris disponere pro pe-
regrinorū et galee defensione·aut hostiū si opus fieret inuasione·
Item ꝙ patron⁹ ad singula loca et portus applicare teneatur·quibus
ab olim cōsuetū est applicare·neqꝫ tamen vltra bidui tridiiue spacium
in aliquo loco immoretur·nisi forsitan tempestas maris (fortuna ap-
pellata) id faciendū ꝑsuaderet·hoc adiecto ꝙ si peregrini in insula Cy-
pro ad Nicosiam ciuitatē ꝑgere velint·eos teneatur in portu Cyprino
exspectare· At in reditu de terra sancta biduo vel triduo in quolibet
portu·merciū vel vendendarū vel cōparandarū gratia·poterit immo-
rari et nō vltra· Ita tamen ꝙ loca peregrinis deputata·in galea libe-
ra maneāt·nec mercibus occupentur aliquo modo·
Item ꝙ patronus peregrinis singulis diebus bis ad comedendū et bi
bendū det vt decet pro viris honestis· Et si ex qualibet causa aliq̄s pe
regrinoꝝ ad mensam patroni mane aut vespere venire nequiret·aut so
lus fortasse vel cū sua societate seorsum vellet manere·nichilominus ipse
patronus solitū sibi cibum et potū transmittere teneatur absqꝫ contra-
dictione omni·
Item ꝙ patronus pegrinis ex venecijs vsqꝫ ad terrā sanctam· et inde
vsqꝫ venecias de bonis panibus·vino bono·recentibus carnibus· ouis·
alijsqꝫ huiusmodi esculentis cōpetenter prouidere teneatur·
Itē ꝙ patron⁹ peregrinis id petentibus mane vnā refectionē·et vespe
re collationē cū malmaseto et alijs tribuat·vt fieri solitū est et cōsuetū·
Item si peregrini plures vel pauci ꝓ recenti aqua aduehenda·et alijs
procurandis necessitatibus·ad litus vellent ꝓficisci·patronus nauicu
lam siue barcā et famulos q̄ eos ducāt et reducāt cōcedere teneatᷣ eisdē
Item ꝙ patronus semp et vbiqꝫ ipos tutari debet peregrinos·ne ab ali
quo hominū verbis aut factis quoquo mō molestentᷣ siue in mari siue
in terra·iuxta suū posse et nosse absqꝫ fara·
Item ꝙ patronus ipos peregrinos debito ꝑmittat tpe in terra sancta
morari· et eos custodiat atqꝫ cū galea exspectet· Itemqꝫ ꝑsonaliter cū
eisdem equitet ad loca sacra visitanda·vsqꝫ ad Iordanē·et inde denuo
vsqꝫ ad galeam·fideliter quoqꝫ et probe se ad eos exhibeat·tuendo et sp
ac vbiqꝫ defendēdo·ne ab infidelibus aut alijs vllo pacto circūueniātᷣ

siue seducantur dolo et fraude semotis.

Item si aliquem vel aliquos ex peregrinis (quod deus auertat) mori cōtingeret. patron⁹ de derelictis eius vel eoꝝ bonis. nullo modo se impediat siue intromittat. sed apud eum vel eos cū vel quibus eiusmodi decedens vel decedentes bona sua legauerit vel legauerint. omino relinquat intacta.

Item q̄ si aliq̄s ex ipis peregrinis anteq̄ terre sancte applicaret moreretur. patron⁹ ipe dimidiā partem date sibi prius pecunie restituere teneatur. de qua ei⁹ testamentarij ordinabūt iuxta cōmissa.

Item si aliqui ex peregrinis ad sanctā vellent proficisci Katherinā in montē Synai. patron⁹ cuilibet tali id petenti decem ducatos de data prius pecunia reddere teneat. et hoc ipm peregrini patrono quātotius studeant insinuare in Jerusalem. ne propter eos diutius ibidem exspectare oporteat cū galea.

Item si pegrini aliquē sibi interptem siue scium et periū linguarum illarū terrarū ad quas pergunt. sibi in venecijs vt fieri solet voluerint procurare. patronus eidem interpreti vsq₃ ad terrā sanctā. et inde vsq₃ venecias de cibo et potu prouidere tenetur. et naulum recipere nō possit neq₃ debeat ab eodem. Postq̄ vero pegrini ad Joppen siue Japha vsq₃ puenerint. et iā fuerint in terra cōstituti. q̄cq̄d tūc et deinceps interpres ipe exposuerit siue pro vectigalib⁹ theloneis pedagijs salua guardia. aut victualibus. peregrini ipi qui eū cōduxerūt exsoluere teneantur absq₃ damno patroni. Conuentio vero cū interprete arbitraria esse dinoscitur. et suā propriā secundū q̄ inter eos cōuentū fuerit et conclusum habet formam.

Item q̄ patronus omnia vectigalia omnemq₃ pecūniā pro saluo conductu exponendā siue salua guardia. proq₃ iumentis et alijs exactionibus. quibuscūq₃ nominibus censeantur. aut vbicūq₃ exponere oportebit. ipe solus pro peregrinis totū soluere et expedire absq₃ eorū sumptu vel damno teneatur.

Item quilibet peregrin⁹ ipi patrono pro huiusmodi omnibus per eū vt prefertur faciendis vel exponendis. quadraginta duos ducatos de tzecka dictos. id est nouiter monetatos dare teneatur. ita tamē q̄ illius summe dimidiā partem in venecijs exsoluat. reliquā vero in Japha siue Joppen absq₃ fara.

Item q̄ si peregrini omnes vel eorū aliqui postq̄ Jerosolimam peruenerint vlterius ad montē Synai aut alio ire voluerint. ipe patron⁹ eisdem auxilio esse teneatur atq₃ consilio in cōueniendo cum infidelibus iuxta suū posse et nosse. acsi causa ipa suam contingeret psonam.

Nec q₃ si qui peregrini quidpiam rerū suarū quas secum ferre oportune non possent. in galea decernerent derelinquendū. reducendūq₃. ipe patronus id venecias vsq₃. secū reducere omni absq₃ cōtradictione teneatur. iuxta eorum dispositionem eis ibidem reseruandum et hoc iterum

proprijs sub expensis.
Item q̄ patronus peregrinis aptū in galea assignet locellum pro pul
lis sive gallinis. lignis. aqua. sale et huiusmodi rebus necessarijs inibi
reponendis. Necnon per eorum si habeant cocum aut seruū omnia eis co
quenda disponat.
Item q̄ si aliquid in hac cōuentionis formula neglectum aut suffici
enter non esset preuisum et expressum. quod tamen iure vel cōsuetudi
ne ipsi patrono congrueret faciendū. Id pro expresso in hac formula
p̄sentisq̄ tenore pro inserto debet haberi.
Huiusmodi omnia et singula pūcta p̄scripta. articulos et clausu
las p̄notatas. patronus cū quo peregrini taliter paciscūtur sub bona fi
de loco veri iuramenti prestiti. se solet obligare fideliter firmiterq̄ ob
seruaturū. nec contra ea se facturum aut fieri siniturū. p se vel alios suo
nomine quomodocūq̄. q̄ si in aliquo pūcto vel aliquibus ipse patron⁹
cōtrauenire p̄sumeret. quicquid inde damni allatum fuerit peregrinis
siue in venecijs siue in transitu vel reditu totū ipse patronus exsoluere
teneatur. scd̄m q̄ a peregrinis arbitratū fuerit vel iudicatum. ita vt ipi
prorsus maneant sintq̄ indemnes. Solet quoq̄ huiusmodi conūentio
necessarijs fideiussionibus et alijs mūnimentis roborari. quo firmior
sit et diligentius obseruetur.

De reliquijs p̄ciosis et venerandis
que habentur venecijs.

Consequenter deuotis peregrinis venit cōsiderandū
q̄ in ciuitate ipsa veneciarū plurime p̄ciose reliquie
conseruantur. que ab eisdem videri et visitari tempo
re intermedio quo ibidem vsq̄ ad galee p̄parationē
et expeditionem expectare cogūtur. possunt et meri
to debēt. nā et nos viginti duobus diebus illic traxi
mus causa ex p̄dicta moram.
In primis in monasterio sancti Georgij quod in mari iacet prope san
ctum Marcū. est brachium cum manu integra ipsius sancti georgij in
quodam altari. Sed et in alio quodam altari eiusdem ecclesie sancti
martires Cosmas et Damianus requiescūt.
Item in monasterio sancte helene iuxta castella. ipsa sancta requiescit
helena tota in quadam capella. que crucem dominicam Jerosolimis
legitur inuenisse. Ibi etiam duplex crux cōseruatur. in quarū altera
frustum quoddam ipsius viuifici ligni. In altera vero Constantini
magni. ipius sancte Helene filij pollex. ac sancte marie Magdalene
os quoddā de pectore continetur.
Item in monasterio sancti Nicolai de elio dicto. est vna de sex ydrijs
quatū aquas dn̄s in euāgelio legitur cōuertisse in vinum. Ibi etiā est
baculus pastoralis sancti ipius pontificis Nicolai. quo dum viueret

in presulatū suo vtebatur. Multe ibidē alie reliquie reseruantur quas omnes enumerare non est necesse.

Item aliud quoddam monasteriū est in venecijs quod acrusechirij appellatur. in quo corpus sancte Barbare requiescit in quadam capella marmoreo quodam sarcophago nūc studiose reconditum. quod prius in quodā altari in ecclesia reseruabatur. In alio quodam altari est os quoddam magnū sancti Cristoferi.

Item in alia quadam ecclesia venecijs que ad sanctā Marinā vocatur sancta ipa Marina tota. in quodam requiescit altari. de qua mira in vitaspatrū legūtur.

Item in alia quadam ecclesia sancte Lucie venerabile corpus eiusdem sacre virginis ac martiris Lucie requiescit. adeo integrū et illesum. vt mamille eius videri et recognosci proprie valeant et distincte.

Item in ecclesia sancti zacharie venecijs. corpus ipius venerandi sacerdotis patris sancti Johannis baptiste iacet humatū. Atqȝ cū eo duorū quorūdam corpora sanctorꝝ. quorum nomina sunt in libro vite.

Ibi etiam pre foribus ecclesie eiusdem. est sepulcrū domini instar eius quod est Jerosolimis formatum.

Item venecijs in ecclesia parrochiali vbi et patriarcha residere cōsueuit. multe sunt reliquie p̄ciose et indulgentie maxime a pena et culpa. p̄sertim singulis per quadragesimā dominicis diebus.

Item ad sanctū Marcū eiusdem euangeliste corpus venerandū requiescit. Estqȝ ibidem thesaurus venetorꝝ in testudine quadam. summa cū diligentia reclusus.

Item duodecim corone. et. xij. pectora de auro. margaritis. saphiro. atqȝ smaragdis etcetera.

Item sex magne et p̄ciose valde cruces de auro

Item pileus ducis quo quilibet dux venetorꝝ. singulari priuilegio siue p̄rogatiua coronatur. et est precij inestimabilis.

Item duo candelabra aurea et magna. de ccl lapides p̄ciosos habentia

Item cornu vnū cuiusdam vnicornis. et alias multa et varia p̄ciosa ornamēta. opesqȝ infinite. de quib9 nō est p̄ntis tpis p singula disserere

Item prope venecias ciuitas quedam est Muranū nūcupata. vbi vitra fiūt. Ibi in ecclesia parrochiali in duobus altaribus multa iacent corpora sanctorꝝ innocentū.

Item vltra memoratā ciuitatē aliud est quoddam opidū dortzellan appellatū. vbi in quadā ecclesia corpus sancte Cristine virginis et martiris fertur cōseruari. quod multo prius tempore in castro bulseno nō longe a viterbio quieuit. vbi et ipa martiriū suscepit.

De reliquijs in Padua

Porro cum antiqua et insignis vrbs Paduana magna et populosa· modico a venecijs distet interuallo· si quempiam peregrinorum illuc vsq̧ pia traxerit curiositas· inueniet que animū suū possint oblectare· etiam reliquias ꝑciosas· Nam sub vnius spacio noctis· de venecijs illuc vsq̧ nauigio venitur

In primis padue in cōuentu fratrū minorū· sanctus requiescit Anthonius· eiusdem religionis quondā professor et obseruator precipuus· qui magnus dietim miraculis claret·

Item ibidem in monasterio sancte Iustine virginis· corpus venerandum sancti requiescit apostoli Mathie· excepto capite· qđ in Treueri seruatur in monasterio insigni ab eodem sancto Mathia nomē et gloriam habente apud germanos singularem·

Item in quodam altari eiusdem ecclesie corpus sancti euāgeliste Luce requiescit· Et ibidem in alio quodā altari corpus est reconditum eiusdē sancte virginis Iustine· in cui⁹ honore etiā ipa ecclesia est cōsecrata· Item corpus sancti Prosodaci episcopi· Item corpus sancti maximi episcopi· corpus quoq̧ sancte virginis Felicitatis· Item multa corpora sanctoꝝ innocentiū· Item in eo altari in quo est corpus sancti Luce· tabula quedam ingens et ꝑciosa supposita extat· In qua venerabilis illa imago gloriose virginis marie puerū ihesum habens in brachijs· quā ipse sanctus dicitur depinxisse Lucas in honore magno habetur· Fertur etiā ꝙ quicūq̧ imaginem illam semel cū deuotione et cordis cōpunctione inspexerit· nūquā a visione faciei sue dulcissime· eius interuentu· separabitur in euum· Nemo tamen friuole aut temere se huic cōmittat incerte narrationi· audita enim q̄ꝫ credita narro potius·

Item in eadem ecclesia est corpus sancti Vrini qui dicta sanctoꝝ mathie et luce corpora in ꝑfatum monasteriū deportauit· Cūq̧ idem sanctus dicta corpora de locis suis accepta per mare venecias transferret· rogatus a collega suo· sancto quodam viro· qui sibi adiutorio in huiusmodi fuerat corporū translatione· quatenus ei aliquam tanto de thesauro particulam conferret· caput sancti Mathie ꝑciosum vtiq̧ munus· partibus germanicis tradidit inuehendū· reliquam ipe gazam in loco reposuit memorato· merito proinde multa habendus veneratione apud paduanos atq̧ deuotione· ꝙ tantis eos opibus locupletarit·

¶ Sequitur oratio cōmendaticia ciuitatis et dominationis veneciarum·

Vm antiquissima clarissima et florentissima ciuitas veneciaꝝ· sancte hui⁹ ꝑegrinatōnis ꝑindeatq̧ termin⁹ a quo per gētibus ꝑ mare extet et principiū· atq̧ hic sub aspectū cōsequēter effigietur· haud ab re fuisset fateor immo q̄ꝫ decens q̄ꝫ ve

decorū eius hoc in loco amplissimas laudes. atqꝫ singularem preter et
supra ceteras ciuitates ꝓminentiam et ꝓstantiā decusqꝫ maximū. tum
in potentatus magnitudine. tum in eiusdem optima administratione
stilo paulo venustiori et accuratiori designauisse. Verū id hac potissi-
mum ratione haud sum ratus necessariū. missumqꝫ feci. ꝙ et dicendorꝫ
copia maxima est. meis nō equa sed grauiuscula viribus et humeris.
nec ocij atqꝫ scientie michi satis. quoqꝫ eiusce vrbis immortalis et immē-
sa fama et gloria ꝑ se toti notissima extat vrbi. nec quicq̄ꝫ pro sue clari
tudinis luce et cumulo fugere potest. Vt tamē pollicito a principio or
dini morigerus sim. et saltē paucis eam videri videar commendauisse.
suapte q̄ꝫ cōmendatissimā (Nam velle michi adiacet et si ꝑficere sit pro
cul) ab ei⁹ vetustate exordiū sumā. hinc ad alia que occurrent descen-
surus. Sane vti veteres tradūt historie. Anno ante Romanam vrbem
cōditam. cccc. xxviij. Ante vero xp̄i saluatoris nostri natiuitatē. M. c.
lxxviij. nō longe videlicet post Troyanū decennale bellum famosissi
mū. troieqꝫ excidiū. Euolutis iam a mūdi exordio Annis circiter bis
millenis septingentis octoginta. hec insignis et summis efferenda lau-
dibus ciuitas. a troyanorū reliquijs. et nequaq̄ꝫ a pastoribus vt roma
(nam et in hodiernā vsqꝫ tempestatē nobiliū industriorū et clarorum
semp est ferax virorꝫ) primū fuit extructa in adriatici maris sinu. vbi
hodie gloriosa consistit vrbs antiqua. iamqꝫ multos dn̄ata per annos.
Diues opū. armis potens. studijs sat aspera belli. Neqꝫ tamē inficias eo
ꝙ ipsa cōplures post annos a sua primeua conditione emensos. cum
iam incarnati verbi annus curreret scꝫ quasi quadringentesimus sexa-
gesimus. ciuitas ipa venetiarū a potentioribus. ac ditioribus prouin-
ciarū aduenis. illuc ob seuissimā Attile tyrāni (qui et dei se flagellum
recte equidē cognominauit) ꝑsecutionē cōfugientibus. ob loci inexpu-
gnabilem munitionē. ampliata quidē fuit. et ex parua maior effecta. q̄
eo quo dictū est tēpore. humili satis inicio fuerat fundata. Et profecto
dictu mirabile est. credituqꝫ pene difficile. atqꝫ summo ꝑconio dignum
potuisse a tot tamqꝫ diuersis vrbiū et opidorūm populis conditam ci-
uitatem. sub nō paucorū decursu annorꝫ. cum tali reipublice incremē-
to. ac glorie splendore. vnanimiqꝫ ciuiū sagacitate et concordia conser-
uari. sic exaugeri. sic exornari deniqꝫ vrbem. que ex paruulis piscatorū
tugurijs et mansiūculis illic primū omniū. Trapesinorum consensu
ciuiū (qui iampridem sue subdūtur ditioni) locatis. in tantā consur-
rexit sublimitatem. Jnqꝫ tantū conscendit fastigium. vt inter notissi-
mas. famosissimas. et potentissimas in orbe vniuerso ciuitates. nō mo
do vna. sed precipua extet nulli fortasse secunda. Eya (vt paulo plus
ipsius fiat cognitu euidentior mire dominationis potentia) q̄ꝫ longe
q̄ꝫ late sue olim potestatis alas ꝑ immensos terre marisqꝫ tractus Dū
id fata sinūt iam tūm tenditqꝫ fouetqꝫ. Nam germanorum nō tam cō
tingit. q̄ꝫ occupat fines. et in longobardorum late se effudit regiones.

vbi.(vt cetera silencio transeam que optinet terrar̄ spacia) p̄clararas il-
las et egregias cū latissimis terminis habet sibi subditas regiones et
ciuitates. Padūam videlicet magnam. et sibi coeuam vrbem. non tam
nobilissimo pado fluuio qui cā pterfluit. q̄ archiepiscopali sede et an-
tiqua ac famosa vniuersitate. ceterisq̄ rebus ex multis insignem. Vin
centiam dehinc. ast Veronā. Brixiamq̄ atq̄ Pergamū vrbes. tum po
pulosas. tum opulentas. tum plurimis comitatibus terrisq̄ finitimis
viniferis. fructiferis. et vbere valde glebe/ piscuosisq̄ aquis superbas.
Quis gardelacū magnū et nobilem vidit et non obstupuit. vtpote qui
vndiq̄ fortissimis et amenissimis castris. castellis. et opidis. et his mul
tis circūseptus refulget. p̄sertim firmissimo castro pisthera munitus. et
insula tutissima pulcerrimaq̄ Sermione. vbi veterū adhuc latibula et
cōfugia subterranea videntur. In quibus q̄ locus nō tam secretus q̄
firmissimus atq̄ defensioni aptissimus sit. se inter bellorū strepitus vt
fertur receperūt interdū. In pontū autem fretūq̄. eius rimaturus domi
nij amplitudinē. si eucharis. o quantū mirabere. o quorsum fereris. nā
histriam mox attingit et dalmaciam sua potestas. atq̄ Schlauoniam
Inde in greciam vsq̄ se porrigens. et Candiam Cyprūq̄ regales insu-
las. multas inclitas maritimas possidens vrbes. et p̄potentes insulas
alias. portus et sinus quos numerare longum nimis foret. sed eos se-
quens descriptio fortassis pandet magis. Credo profecto neq̄ vna fi-
des q̄ regnū aut dominiū huic par p omnia. in mari p̄sertim. n. repe-
riatur vllum. vnū videlicet et solum sumptum toto in vrbe. Facile est
venetis et parū sexcentas armatas galeas ex suo producere archinali.
bidui dūtaxat spacio in mare. O classem insignem et terribilem hosti-
bus. si solo veneciano nomine et signo vexilloq̄ fuerit illustris. Nam
sub vnius horule interuallo. ducēta milia viror̄ expeditor̄ ad pugnā
vel terrestrem vel naualem. omnibus necessarijs et oportunis armis a
planta pedis vsq̄ ad verticem munire et prouidere possunt. ad insilien
dum subito in hostes. et congrediendū animose si necesse fuerit cum eis-
dem. Et q̄d magnū sue est argumentū prouidentie. p̄ter alias copiosissi
mas in victualibus prouisiones. semp mille adminus habent in archi-
nali suo viros. diuersarū mechanicarū artiū. et p̄sertim faciendarū na-
uium scios et gnaros. armorūq̄ fabros. et alios artifices perdoctos. cū
quibus iuniores quosdā eisdem instituendos artibus cōgruis enutriūt
stipendijs. ne obliuione intercidente. inuenta argute ars deperire pos-
sit. Mulieres vero quinquaginta. omni habent tempore pro solis ve-
lis faciendis. debito precio in eodem loco conductas. Omnia vero hec
ipse ego meis p̄spexi oculis. q̄ vix credidissem prius narrātibus michi.
et p̄baui q̄ maior est potentia et circūspectio venetorū q̄ rumor. quē
aliquā audiui. Adde q̄ p singulos ānos ipsa dn̄atio veneciana. in omia
regna et loca. quibus nauigio applicari potest suas armatas galeas vel
naues onerarias p̄ mercibus aduehēdis. vel alijs deferēdis necessitatibus.

transmittit· potissime sex in Alexandriam· duas in damascum· duas
in barutum· duas in barbarorum regiones· duas in cõstantinopolim·
duas in Joppen siue Japha· in quibus et peregrini in terram sanctã
pergũt· duas in angliam· duas in portum flandrensem slußnũcupatũ·
Jd quoqꝫ q̃ȝ magnificũ· q̃ue maximi sũt dominij ꝑ belle ostensiuũ· ꝙ
in omnes prouincias suas et ciuitates ac terras rite administrandas·
probeqꝫ gubernãdas· singulis annis ad sexcentos aut septingẽtos ma-
gnanimos· eruditos· probatos· expertosqꝫ viros· venecijs natos· qui et
gentiles homines suo trito et vulgato appellantur cognomine· trans-
mittunt· quos et annue mutãt· quo equa sit honorꝝ onerũqꝫ distributio
et pax firma· iugisqꝫ inter eos ꝑseueret· Redeuntes autem expleto hu-
iuscemodi p̃fecture tempore potestates· aut capitanei p̃dicti· sue villica
tionis corã inclito veneciano duce et senatu· omniũqꝫ gestorꝝ reddere te
nentur rationẽ· Nam si ob causam quãlibet emergentem· ambasiatam
aliquã· siue maximũ ad pontificem· siue ad imperatoriam celsitudinẽ
et maiestatem· siue ad reges· principes· vel cõmunitates ipa dirigit do-
minatio veneciana· in scriptis redigit quid fiendum decreuerit· nec li-
cet cuiqꝫ misso tali cõtrauenire decreto· Jta et de hijs quos rebus belli
cis p̃ficit· Nã si quispiam auso temerario aliud quidpiã facere p̃sumpse
rit q̃ȝ in cõmissis accepit· absqꝫ vlla retractatõne· capitali sententia pu
nitur· qua et ego quendã capitaneũ plecti ibidẽ vidi· pro eo ꝙ et si bene
rebus gestis et prospere redijt· tamen nõ ꝑ omnia tradite sibi paruerat
cõmissioni· Jd ea tempestate p̃sertim accidit· qua inter venetos et ducẽ
ferrariensem litium et guerrarũ turbines· et dissensionũ volumina age
bantur· Quo etiã in tempore dominatio ipa veneciana in re bellica su-
perior fuit· ducemqꝫ cum omni sua que magna erat adherẽtia· sub suã
compulit potestatẽ· productis contra eum copioso exercitu terrestri· et
classe maritima· lxxx· nauium et galearũ· Sed vt multa paucis absol
uam· fatear necesse est· non michi si lingue centũ sint· oraqꝫ centum· fer
rea vox· omnes venetorꝝ probitates· omnia virtutum ꝑcurrere genera
possem· Quis gentis antique mores semꝑ laudatos· quis ritus omnes
ceremonias et obseruationes· quas celebris de eis fama predicat· quis
fortia facta patrum· quis egregia facinora maiorꝝ· quis modernorum
gloriosos triũphos· crebras victorias· omnẽqꝫ magnificentiã auguste
orationis limitibus cõprehendat· Superuacaneũ etiam quis non arbi-
trabitur· ciuiũ inter se explicare mutuã pacẽ et cõcordiã· vrbanitatẽ et
munificentiã· beniuolentiã et amorẽ· cũ cernere sit ꝙ hisce suis virtuti-
bus ex parua maximã et auctissimã suã rẽpublicã ciuilem fecerũt· qm̃
vt omnibus nota habet sententia· cõcordia res parue crescũt· discordia
vero etiã maxime dilabũtur· Ceterũ quẽ lateat fides eorꝝ integra· zelus
precipuus· et eximia deuotio in deum· inqꝫ eius ecclesiam et omnem ec-
clesiasticã disciplinã atqꝫ religionem· vnde omnẽ suã que latissima est
ꝓuinciã terre pelagiqꝫ· iusto apprime imperio regũt ꝓtegũt· ab hostib9

potenterq; defendunt. et optima gubernant pollicia. piratarū vbiq; in
mari tyrānicam reprimentes predam. et nullam prorsus diuinis con-
trariam institūtis sectam. sitos infra terminos manere dissimulantes.
Pape vero q̄ gloriosum. q̄ve celeberrimū est istud. q pro sua qua sunt
deuotione et constantia ꝑfidos turcos. xp̄iane religionis hostes acerri-
mos. et crucis xp̄i inimicos truculentissimos. plurimo iam tempore pe
ne soli ex omi xp̄ianismo. laboriose. sūptuose. fortiter. fideliter. et enixe
satis. impugnando. ꝑsequendo. et exturbando. plerisq; in locis. murū
se pro ecclesia posuere. donec qui sibi man⁹ porrigeret adiūtrices et fer-
ret auxiliū ex ceteris cristicolis. habuere neminē. Postremo omniū q̄s
dini ducis eorum. et incliti principis maiestatem. gloriā. religionem. et
grauitatem. omnesq; suas ꝑstantissimas. q̄as eius ꝑseferūt mores. vir-
tutes. et gratias. digna vn q̄ attollet cōmendatione. laudeq; debita af-
ficiet. Quis ornatissimi et spectatissimi numerosiq; senatūs venetiani.
et tanto ꝝ patrū miram et incredibilem pene proūidentiā. occulatissi-
mā circūspectionē. iusticiā equissimā. grauissimas censuras. instituta li-
bratissima. leges sacratissimas. cautissima plebiscita. et ꝑsertim proui-
dum illum et pacificū eligendi ducis sui modū moreq; perutilem. quo
ex primoribus sancti Marci procuratoribus optime in rempūblicam
meritis. vnū sibi ꝑficiunt. que et salūberrimis volunt esse regulis suis
obtemperantē. quatenus sic ab vno et eodem principio et capite. omis
eorum deinceps per varios distributa gradus. magnifica proficiscat̄
dominatio. Quis inquā has omnes et hijs similes eorum laudes. et ex
cellentias cumūlatissimas. quibus mirifice ꝑstant. ꝑfulgētq; omni in
gente. Quis eorūm ꝑconia. meritaq; innumera. quibus dei illustrant
ecclesiam. breui et paūcula ꝑstringet eūolueteq; oratione. Credo equidē
q etsi dicēdi magister Cicero ex inferis emergeret. huic rei pro sua im-
mensitate vix faceret satis. Quāobrem et hijs post habitis. ad cepta re-
gredior ea que meo magis alludunt instituto prosecuturus.

CIVITAS VENECIARV

Sequitur descriptio processus transmarini ex vene-
cijs vsq₃ in terram sanctam.

Marinam iam n̄re profectionē et nauigationis descripturus
ordinē· atq₃ totius relique peregrinationis historiā texitu-
rus· quoad potero breuitati studebo· morigeruſq₃ ero quātū
licebit legentibus· ne fastidiū eis generem vllum interlegendū· Sed et
humili dūtaxat et pedestri sermone· remissioriq₃ dicendi genere vtar· cō
muni omniū captui inseruiturus· om̄i prorsus cōcinnitate cultu et ve-
nustate rethorice orationis posthabita· sci⁹ q̄ oratio si circuitosa sit et fu
cata· vel potius manufacta· ostendit animū quoq₃ nō esse sincerū· et ha
bere aliquid fracti· proinde nō ficto carmine· non p ambages et varios
dicendi anfractus incedā· neq₃ quēadmodū sed q̄d dicā potius curabo.

Igitur euolutis ·xxij· diebus quibus venecijs mansim⁹ galee ex-
peditionē p̄stolantes cū iā tēpus oportunū nauigandi instaret·
Atq₃ omnibus ad pfectionē necessarijs in ordinē dispositis· iubente pa
trono nauigaturi galeā intrare pararem⁹· ciuis quidā venecian⁹ im-
pedimentū nō modicū patrono et nobis p̄stitit· grauēs contra patronū
ipm querelas apud senatum deponēs ratione debito ꝝ nō soluto ꝝ ⁊c̄·
Quāobrem ne nostra diutius differreretur nauigatio· cōmuni decreui
mus cōsilio inclitū accedere ducē venetiarū· sue principali magnificen
tie supplicaturi· quatenus inducie patrono nostro· datis interim ab eo
fideiussoribus· vsq₃ ad reditū ei⁹ de terra sancta p̄lerentur· aut certe q̄d
maluissemus ceptis litibus finis si fieri posset quātocius imponeretur·
Quod totū factū fuit sub pauco ꝝ interuallo dierū Hijs ita exactis
Prima die mensis Junij que tūc erat dn̄ica prima post trinitatis· ga-
leam cū patrono intrauim⁹· iactiſq₃ anchoris ab hora eiusdem diei ter-
cia vsq₃ in crastinū prosperū gratūq₃ ventū nō tam expectabam⁹ diu
q̄ exoptabam⁹· Quo tandē afflante· multa cū iocūditate et leticia cā-
tatis ex more Salue regina et quibusdā alijs Antiphonis et collectis
subiūctis· expansis velis postera die id est tercia Junij portui appli-
cuimus Parentino·

Est aūt parentiū ciuitas quedā in Histria ꝓuincia sita· cōstituta sub dominio venetoꝝ· distās a veneciis centū miliaribus ytalicis dūtaxat Estqꝫ illic episcopalis sedes· sūt quoqꝫ in eccles̄ia maiori multe recōdite reliquie ꝓciose· q̄s et visitauimꝰ vt decuit deuote· In primis in maiori altari sancti martires requiescūt Demetrius et julianꝰ· Item in alio quodā altari ante chorū eiusdem ecclesie corpa sanctarū sunt virginū Berte et Acolite· In eadē etiā ecclesia ante paūca tp̄a sanctoꝝ Mauri et Eleuterij corpa quieuerūt· sꝫ p januēses inde asportata januā trāslata fuere· Narratūqꝫ nobis fuit decerto· q̄ cū ijdem januenses aliud q̄dam altare temptassent effringere· animo quedā scōꝝ corpa inde recipiendi· mox sanguis miraculose ex eodē profluxit altari (cuiꝰ hodie ibi cernūtur vestigia derelicta) vnde territi a cepto desierūt·

Prefata ciuitas Parentina in amenissimo versus terrā loco sita est· ita vt inde in Vngariā aliaqꝫ regna p terrā trāsiri possit· Nam et inde Jerosolimā vsqꝫ· p terrā posset veniri q̄q̄ id factu difficile esset et periculosum· eo q̄ saluus cōductus non facile posset haberi· sine quo· tantū iter p eas infideliū terras nulli est temere temptandū neqꝫ consulendū vt faciat· Dictū p̄terea nobis fuit et certa assertum relatione q̄ paris Troianus cū helenā grecie reginā Menandri regis cōthoralem raptū pgeret (que res Troiani excidij exordiū fuit· vt ipsa Troyna historia late narrat) omnē suā classem in hac aptari fecit ciuitate· Et cum ipsa helena rapta illuc de grecia reuersus votoqꝫ potitus· a nomine suo ciuitati imposuit nomen Paridinū sed ab ytalis hodie Parentium appellatur·

¶ Sequitur vrbs Parentina hic subsequenter effigiata·


Parm

Die quarta mensis Junij ante dictã ciuitatẽ Parentinã ꝑ aliquot
horarũ spaciũ expectabamus· donec secũdus aspiraret ventus· quo in t͞pe
pisces illos mõstruoses vidim⁹ delphin dictos/magnos valde qui sese
in modũ rotarũ carri circa galeã hincinde volutabant· Mox vero vbi
optatũ accepim⁹ ventũ· expansis velis nauigãtes aliq̃diu leto ferebã-
mur cursu celeriq̃z· At nõnũq̃z etiã aduersis et cõtrarijs iactabamur vẽ-
tis in freto· nũc via recta ꝓcedẽtes· nũc retro vi ventoꝝ repulsi vt fieri
solet equore cõmoto· experimẽtoq̃z didicim⁹ ꝙ nauigãtes mare enarra-
re possunt ei⁹ ꝑicula si tamẽ euadãt· Nã ꝑ octo dies cõtinuos iter agẽ-
tes in mari et plura castra insulasq̃z multas ꝑtereũtes· horrendos et in-
gentes sepe passi fuim⁹ tẽpestates ob aeris inclementiã et maliciã ma-
ris seuã· ita vt vehementer nõnũq̃z periclitati· ventoꝝ impetus et ꝓcella-
rũ inundationes vix ferre possem⁹· celo etiã desuꝑ obtenebrescente· atq̃z
crebris coruscationibus et tonitruis terribilibus· vltimã nobis mortẽ
minitante· Nam et quosdã naucleros siue (vt aiunt) galyotas extra
galeã ventus fortissim⁹ depulit inundas· et cũ oẽs eiecissemus anchoᷓ-
ras vix nauim figere valebam⁹· metuq̃z magno afficiebamur· clamo-
re nõnũq̃z miserabili aera replentes· ob imminentẽ pene sub oculis mor-
tem· Itaq̃z parua nobis illis diebus leticia sed tristicia ingens fuit· cũ
interdũ sub triũ horarũ spacio centũ et viginti miliaria cursim cõficere-
mus· eo in incertũ nauigãtes quo impetus spũs et ventoꝝ vis nos im-
pellebat· Interdũ· xxiiij horarũ interuallo ꝑ ducẽta q̃uinquaginta mi-
liaria traiceremur vel in ante vel retro· Tandẽ hijs ita excursis octo
diebus· postridie· id est· xij· Junij venim⁹ deo propicio in ciuitatẽ Cor-
fonã appellatã· sitã in grecia· octingentis a venecijs miliaribus remo-
tam· ipsoꝝq̃z dominio venetoꝝ subiectã· Inter iã dictã vero ciuita-
tem et vrbem parentinã supra memoratã quedã notabiles interiacent
ciuitates in Schlauonia· In primis vrbs quedã cui nomen zara· cen-
tum miliaribus a parentino segregata· Ibi archiepiscopatus est vbi et
in ecclesia maiori requiescit sanctus ille senex Symeon iustus et timo-
ratus· qui puerũ ihesum in vlnis suis gestauit· vt euangeliũ Luce tra-
dit· Ibi etiã in maiori altari corpus sancti prophete johelis est recõdi-
tum· Alia quoq̃z ciuitas vocata rũfigina nõ longe a parentina ia-
cet in mari· Vbi in ecclesia quadã corp⁹ sancte Eufemie ṽginis et mar-
tiris cõseruat̃· Inde ad· xxv· miliaria aliud quoddã est opidũ qḋ Pol-
medor appellatũ· finẽ histrie prouincie facit et iniciũ Dalmacie· Inde
nauigio ꝑ sinũ quendã siue (vt aiũt) golfum· id est ꝑ spaciosam et latã
maris viã· vbi nil aliud in prospectu habet̃ q̃z celũ et mare· et vbi ma-
re sꝑ est in cõmotione et furia· nec vlla potest nauis anchora figi· quẽ
n aute corierum hoc in loco cognominãt venitũr ad portũ sancti Petri
qui ad triginta miliaria ab opido distat ꝑfato·

De Zara ciuitate spacio centū miliariū aliud quoddā est castellū Li=
zina appellatū sub dominio venetoꝝ cōstitutū in Dalmacia. Inde ad
munitissimā quandā et ꝓpotentē opulentāq; venitur ciuitatē que Ra
güsiū vocatur in Schlauonia prouincia regni Croacie sitā vbi cōmu
nitas ipa dominio potitur. nec aliū recognoscit dn̄m nisi ꝙ regi vnga
rie annuū exsoluit tributū q̄d et Turco magno facit vt optata cūctis
mortalibus pace frui possit. In eadē ciuitate multe sunt insignes eccle
sie sed et cōuentus quidā ordinū sancti Dn̄ici et sancti Francisci
Item in alia qüadā ibidē ecclesia que ad sanctū Blasiū dicitur. est ca=
püt ipius martiris sancti blasij et ambe manus. et quedā argentea ta=
bula deaurata. Distat aūt ciuitas ꝑdicta a venecijs quingentis milia
ribüs veniēdo illuc via propinquiori. De ragusio ꝑgendo ad Corsinā
ciuitatē supra memoratā. due quedā ad triginta miliaria prope ragu=
sium sunt ciuitates collocate. quarū altera Rathera. altera Budua ap
pellatur. vbi et terminatur Schlauonia et incipit Albania. Inde dul
cis quedā aqua et abilis ad potandū influit in mare ex ciuitate quadā
que Cozora antiquo ꝑnotatur vocabulo. sed Scutarim hodie eā ytali
appellant. distans a mari ad. xxv. miliaria Thurco magno a paucis
superioribus annis subacta. ymmo data a venetis quoꝝ subditione an
tea fuit. vna cū quodā munitissimo castro Tornesij cognominato q̄d
etiā veneti Turco tradiderūt tp̄e treugarū mutuo inter eos initarum.
Inde nō longe prope mare ciuitas quedā apparet iam pridem destru
cta cui nomen Duratzum venetis subdita. quā Cōstantinus magnus
olim edificare ceperat animo illic regni sedē et imperiale palaciū fun=
dandi. Sed propter sterilitatē et glebe inepciā mutata sententia eousq;
processit. vbi nūc Cōstantinopolis est ab ipso edificata. De durazo ad
paruū spaciū alia quedā est ciuitas in littore consistens nomen habens
Lauelona sub ditione Turci magni ciuitas equidē firmissima. iuxta
quā in flümine quodā Turcus ipe ingentē solet habere classem. nauiū
vt cōmuniter quadringentarū. Distat autē ipsa ciuitas a Ragusio ad
ducenta miliaria. Ex eadē quoq; ciuitate superiori anno nō absq; ve=
recundia et clade xp̄ianoꝝ Turcus ipe ydruntum kathedrali sede glo=
riosam et alias bene münitā et populosam cepit ciuitatē in Apulia si=
tam. que ad regnū ꝑtinet Neapolitanū vbi fidelibus omnibüs qui in
ea erant ferro ꝑemptis/episcopū tūc sacris insistentē misterijs in altari
lignea serra ꝑ mediū Turcus fecit secari. Verū eodē turco rebus huma
nis exempto ymmo gehennalibüs orcis tradito (quippe qui maximā
sepenümero xp̄ianis intulit pluribus in locis stragem et more rabidi
canis ecclesiā vndiq; ꝑsequebatur. ꝑter et supra oēs suos ꝑdecessores)

CORFVM

Tandem filius suus qui hac tempestate eius loco dominatur regi red
didit Neapolitano ipam p̄fatam ydruntinā ciuitatē que quinquagin
ta distat duntaxat miliaribus a Corfuna ad sinistrā manū. et greca vti
tur lingua. Ex opposito illius ꝑ transuersum vltra mare est prouin=
cia Appulie p̄dicta que ꝑ primogenitū regis p̄fati Neapolitani admi
nistratur. Prope Corfunā ante q̄ꝫ illic applicetur ad decē et octo milia=
ria est portus quidā et opidū destructū vbi nullus hominū morat᷑ nisi
fratres quidā ecclesiā beate marie virginis que ibidem est custodientes.
vbi et virgo ipa gloriosa multis et crebris miraculis locū illum vene
rabilem facit. vnde et a turcis casa poli id est domus celi appellatur.
Nꝫ autē locus ille ab hominibus mansit incultus id cause fuit ꝙ dra=
co quidā mire magnitudinis ex marino quodam scopulo illuc dietim
natando venit et plurimos hominū interfecit suo flatu. Et ita tandem
habitatores loci illius fugere cōpulsi alibi mansionem sibi fecere. Ipse
tamen draco per quandā industriā vt fertur postea occisus fuit ab eis=
dem.

Ciuitas Corfuna sepe iā memorata in grecia sita est duobus satis emi
nentibus castris supra in monte positis firmiter munita. illic peregri=
ni in suburbio manere duntaxat sinuntur vel apud fratres minores qui
ibi cōuentū habent. Porro ciuitas ipa et insula adiacens que ab ea no=
men traxit centū octoginta miliaria occupat in longū et latum. estq̄ꝫ
tota sub dominio venetoꝝ

Je quinta decima mensis Junij que erat Viti et modesti exeuntes Corfunā venimus prospero satis vento ad ciuitatem Modonā bidui spacio. vbi postq̄ applicuimus superuenerūt peregrini cōfratres nostri in alia galea vecti que erat Petri landawe quā vna die ꝑuenimus venecijs mare ingrediendo. Itaq̄ cōuenientes in vnū nos omnes ex vtraq̄ galea peregrini in Modona. mansimus ꝑ diem/nos mutuo aspectu et colloquio refouētes atq̄ potu. Nam ibidem aliud nō habetur vinū nisi malnasetum. Sūt quoq̄ plurima ante ipam ciuitatē tuguria numero quasi trecenta in quibus pauperes quidā instar ethiopū nigri et difformes habitant quos nos dū nostras veniūt in terras vulgato vocabulo sarracenos appellamꝰ qui se falso asserūt ex egipto esse que tamen ꝑ longissimos ab loco illo distat tractus sed reuera sunt de gippe terra quadā illi loco vicina. traditores ut cōmuniter et proditores xpianoꝝ.

Modona ciuitas est satis firma et munita sita in Morea sub potentatu venetorum/trecentis a Corfuna miliaribus distans. Estq̄ ibi greca lingua vsitata et homines magna pro parte de cinctura id est de fide sancti Pauli. Verū est etiā ibi archiepiscopatus et clerus venerabilis de nostra fide scz romane ecclesie. totūq̄ officiū diuinū secundū ordinationē nostre fidei et romane ecclesie agitur in ecclesia maiori. Est etiā ibi in ecclesia porrochiali que ad sanctū Johannē dicitur corpus sancti Leonis et caput sancti Anastasij episcopoꝝ

Item Morea quondā terra bona et fertilis fuit mari vndiq̄ cincta. vno dūtaxat transitu versus Turkiam excepto. vnde et Turcus patriam illam sepe ingressus pene solotenus vastauit sibiq̄ subegit. exceptis sola ciuitate Modona et paucis quibusdā castris que adhuc sunt venetoꝝ sub ditione. In Morea ad sinistrā inter Modonā et Corfunā ciuitas est quedā fortis et bene murata Turco subiecta que Archadia nūcupatur. insigne quoddā habēs castrū in medio sui. et distat a Modona per miliaria quinquaginta. Inde nō longe est alia quedā ciuitas que Coroyna dicitur distās a modona. xviij miliaribus etiā Turcorū sub manu et potestate.
Item alia quedā ciuitas dicta Neapolis de romania ducentis distās miliaribus a modona et centū a Cameleone.
Item malnasia ciuitas. xxx. distans miliaribus a Camelione vna cū castro sub venetoꝝ existens dominatu.
Item alia quedā ciuitas saxemilo cognominata. centum et quinquata a modona miliaribus distās. Nec alia aliqua est ciuitas in morea.

MODON
vnß frawen · kloster

De Candia seu creta insula

De modona trecente interiacent leuce ytalice usque ad insulam cretam seu Candiam que et ipsa tota sub dicione est venetorum. nam decem illo milium vincium ex suis et exacto tempore suo mutant ut mos est eorum etiam in aliis prefecturis. Est autem Candia seu creta grecie insula a quodam rege endigena dicto creta nominata, inter orientem et occasum longissimo tractu porrecta a septentrione egeis fluctibus, ab austro egiptiis undis perfusa. Fuit quondam centum urbibus nobilibus decorata. unde et centapolis dicta est. Prima autem fuit insula que remis et armis claruit ac sagittis. Prima litteris iura dedit. equestres turmas primo docuit. studium musice in ea primo repertum fuit et in ludo tradendi atque exercicio omnibus amplificatum. Pecudes et capras habet copiosas. ceruos autem et capreas valde paucas. lupos et vulpes aliaque ferarum noxia genera nunquam gignit. serpens ibi nullus. nulla bestia nociva ibi et si aliunde translata inveniatur statim moritur. Terra est vitibus amicissima, arboribus consita, herbis medicinalibus referta ut dipcamno et aliis et huiusmodi. Gemmas etiam generat preciosas. gignit enim lapidem qui ydeactilus dicitur ut dicit ysidorus li. xv. Et cum sic insula a maioribus venenis inhabitabilitate libera tamen spalangias id est quasdam araneas generat venenosas. huiusque ysi. libro xv. Idem per omnia narrat Plinius libro iiij. De eadem vero insula dicit Orosius Creta ab oriente finitur mari carpaseo, ab occasu et septentrione mari cretico, a meridie mari libico quod adriaticum vocant. Et habet in longum passuum milia centum et lxxxvij. In lato vero milia l. Distat autem Candia insula a Rodo leucis trecentis de qua insula mox dicetur.

CANDIA

Ie·xvj·mensis Junij exeūtes p̄fatā ciuitatē modonā lento
satis cursu die illa ferebamur in mari·sicut et diebus duobus
seq̄ntibus·Erat enim tranquillitas magna in freto·ventis
vndiq; quiescētibus quā trāquillitatē naute bonatzū appel=
lant cōmuni vocabulo·sicut et tempestatem fortunā·Eo in tp̄e·nauis
quedā veneciana ex damasco rediens/ ad nos applicuit in mari·cuius
patron⁹ longū cū nostro miscuit sermonē·inquirēs de duce ferrariensi
et duce lothringie·statuq; venetoꝝ·Nā guerra tūc tp̄is et dissensio gra
uis inter ducē ferrariensem ex vna·et venetos ex p̄te altera erat/ et bel=
lum ingens terra mariq; gerebat̄ vtrimq;·Finito colloquio vehemēs
irruit ventus nostrā in puppim·ita q̄ illo celerius ducti·die·xviij·Iu
nij Rodensi portui fini⁹ illati·Verū·q; fama (malum vtiq; quo nō
aliud velocius vllum) p̄uolarat et falso detulerat accusaratq; nos q̄
pestis nostra seuiret in galea·id circo noctē ip̄am in portu agere p̄fato
cogebamur donec aurora illucescente dn̄s Rodensis supremus magi=
ster Johānitarū qui illic in castro residet insigni et inexpugnabili·ve=
ritate cōperta·et salua güardia data·in ciuitatē sitā Rodū et visitatam
nos recepit et intromisit·Vbi triduo māsimus seq̄nti/ vsq; ad dn̄icam
proximā inclusiue·que festū erat decē miliū martirū·

De reliquijs que habentur Rodi·

Nter medio vero tp̄e p̄ciose q̄ ibi habent̄ reliquie in castro et in ecclesia
sancti Johānis nobis fuerūt ostense·Est enim ibi crux quedā enea ex
illa cōflata pelui vnde xp̄us discipuloꝝ suoꝝ lauit pedes·et fertur q̄ si
dicta crux in cerā imprimat̄·marinas cōpescat mitigetq; tempestates
Item ibi duē ostenduntur spine de corona dn̄i nostri ihesu xp̄i·quarū al
tera quidē in castro·altera vero in ecclesia sancti Johannis honorifice
cōseruatur·narratūq; nobis p̄certo fuit·q̄ vna eaꝝ scz que est in castro
p̄ singulos annos in die parasceues florem p̄ducere apte et manifeste
videatur·Item ibi illoꝝ·xxx·argenteoꝝ denarioꝝ vnus esse p̄hibetur·
xmino et demōstratur·pro quibus Judas vendidit xp̄m iudeis·
Item ibi caput est sancte Philomene v̄ginis·et magnū sancte crucis
frustū·brachiū quoq; sancti Blasij martiris·Item brachiū sancti ste=
phani p̄thomartiris·Iteq; brachiū sancti Johānis baptiste·Itē bra=
chiū sancti Georgij martiris·Item brachiū sancti Thome apostoli·
Itē brachiū sanct̄ Leodegarij ep̄i·Itē caput sancte Eufemie virginis
et martiris·Itē caput sancti Policarpi ep̄i·Itē caput vnius ex vnde=
cim milibus virginū·Itē man⁹ sancte Clare virginis·Itē man⁹ san=
cte Anne matris virginis marie·Itē sinistrū brachiū cū manu inclite
virginis et martiris Katherine·q̄d nō nisi in festo eius demonstratur
in castro in capella dn̄i Rodensis memorati·

Rodum est ciuitas fortissimis muris/ et turribus firmissimis
edificata·alijsq; propugnaculis et fortalicijs bene munita·
habetq; iuxta littus maris turres·xiij·in terra·in quib⁹·xiij
sunt molendina que ventoꝝ impetu mouentur·p̄ Januenses

Turris sci Nicolai

olim extructa. Ob dolum namq; et fraudem insidiasq; quibus ciuitatē
ipsam et insulam subito opprimere sibiq; subiugare conabātur et capere
plurib9 ex eis interfectis hac pena fuerūt mulctati. vt dictas suis
edificarent impensis turres cū molendinis in ppetuū incolarū et indi=
genarū subsidiū et emolimentū. sint q; iniuste fraudis memoriale ppe=
ne. Ceterū ex Rodo primū legitur fuisse Troya occasionaliter destru=
cta. eo q ibi diceretur et celebri vulgaretur fama aureū esse vellus rē
de quo in ipsa troyana latius historia habetur. Hec preterea insula Ro=
densis insignis opido est, ac montuosa, feris habundans silvestribus et
vallibus amenis. Quicunq; etiā mare trāseūt et vndecunq; veniāt Rodū
applicent oportet. Est autē Rodus insula cicladū insularū prima
ab oriente. vbi rodose capitoliū dicitur esse inuentū. dū ibi ciuitas pri=
mitus cōderetur. Porro ciclades insule vt dicit ysidorus quondā grecie
fuerūt quas inde Cicladas nominatas esse dictas. q licet spacijs longio=
ribus a delo insula media. sint posite in orbem. tamen circa delū ipsā
site sunt. Nam orbem greci ciclum vocant. Quidā tamen dicūt sic eas
vocatas propter scopulos qui in circuitu earū sunt. Hec insule sunt in
helle sponto inter egeū mare et maleū cōstitute. Circūdantur enim pela
go indico. et sunt numero quinquaginta quatuor. tendentes a septen=
trione in meridiem. habent quinquaginta milia passuū a septentrio=
ne ad meridiē. et quinquaginta milia ab oriente in occasum secūdū ysi=
dorū. Secūdū Orosiū vero milia ducenta. Prima vero inter eas vt dicit
idem Orosius ab oriente est Rodus. a septentrione Thenedos a quodā
iuuene thenes dicto sic vocata. qui infamatus q sibi nouercā cognouis=
set. fugiens in insulam istā vacuā repertam cultoribus obtinuit. qui ex no
mine suo ciuitati quā ibi cōdidit et insule nomen dedit. a meridie vero
est carpathos insula cōtra egiptū. a qua carpaticū mare appellatum est
sic vocata. propter celerē fluctuū maturitatē. Est enim inter egiptū et
Rodū. Ex hac insula dicuntur et carpasie. magne naues et spaciose. Ab
occasu autē est insula citerea sic vocata. eo q ibi venus orta sit. Ab ori=
ente finiuntur ille insule ciclades littoribus asie. Ab occidente mari yca
rio. A septentrione mari carphaliō. In hac quoq; vrbe Rodensi et in=
sula (cuius occasione de cicladibus insulis mentio est pinserta) solis
fuit colosus ereus. id est imago erea. lxx. cubitorū altitudinis. alij etiā
in ea fuerūt minores colosi. vt dicit ysidorus. Sed hijs incidenter et per
digressum dictis. redeundo ad historie seriē. Hanc insulam pelictā et vrbē
Rodensem ipsi fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani post
longā obsidionē. quadriennē videlicet occupatā et vehementer oppugna
tam. Tandē vix vi obtinuerūt. et ciuiū conniuentia quorundam qui eis
fauebāt. habentq; ibi iampridem in ea metropolim suā. sine summi sui
magistri sedē principalem. Est quoq; adeo cōtigua Turcis et vicina.
vt vix vnius intersit spaciū miliaris. nec nisi paruū maris brachiū il=
los diuidat ab istis. Vnde et anno superiori videlicet. M.cccc.lxxix.
Turcus vti omnibus manifestū est dictā obsidione vallauit ciuitatē

atq3 classe maxima adducta bellis impetijt mirabilibus multis die-
bus. sepeq3 assultibus animosis aggressus fuit. Tandem ipsa die san-
cti Panthaleonis cum enixissime ex aduerso eam turci oppugnarent.
Jamq3 muros cōscendissent dn̄i Johannite diuinitus (vt certo credi-
tur) adiuti cōfertis fortiter cū hostib9 manibus. ipos e muris eminus re
pulerūt. nō absq3 ingenti Türcorū pudore et strage. Sicq3 obsidio solu-
ta est. iniectis tamē prius (vt fertur) octo milibus lapidibus et vno ex
bombardis et machinis turcorū. Et qd mirabile est dictu haud q3 dubiū
diuina actū dispositione / vno reuoluto anno dūtaxat. mortuo ipso se-
niore Turco qui hoc bellum gessit filius eius ipa eadem die sancti Pan
thaleonis illuc fugiens. germano suo qui hodie imperat in Turkia eū
psequēnte / fuit ibidem captus. sed inde ad alia xpianitatis loca trans-
missus. in quibus adhuc manet detentus. metu germani sui predicti mi
nime audens redire. sed neq3 pualens vtpote diligentissime apud xpia
nos reseruatus et custoditus. Eius rei gratia dn̄i Johānite extūc tri-
butū dari solitū turco nequaq3 prestant. vt olim. quinimmo Turcus
ipse eisdem tributarius effectus est. Johannitis ipis in cōmune. xxxv.
milia ducatorū. magistro vero. x. milia huiusq3 annue psens. qd certa
dn̄orū. iporū didicimus narratione.

DIe·xxij·Junij ex Rodo ceptam viam per mare proſequen-
tes·vento vehementius impellente·p golffum| ſancte helene
dictū nauigauim⁹·locū vtiq periculoſum·tantaq fuit ma-
ris et fluctuū cōmotio·q plerique ex peregrinis metuētes plu
rimū pre timore pene infirmarentur·Poſtera vero die ſecūdiori frueba
mur vento·vnde tribus expanſis velis in craſtino·id eſt in feſto ſancti
Johannis baptiſte|regno et inſule applicuimus Cipri·tranſeūtes per
quaſdā ciuitates·quarū vna Baffa vocatur·magna quondā et potens
vt ruine eius teſtantur·ſed hodie deſolata et deſtructa·vbi et manſimus
ipſo die ſancti Johānis·Ibi aer eſt peſſim⁹·ſicut et in tota fere inſula
Cipri·Ibi veſtigia adhuc cernūtur egregiarū quondam eccleſiarū·que
olim illic fuerūt ſed et turriū fortiſſimarū·in colle quodā in medio euiſ
dem ciuitatis quondā poſitarū·Ibi etiā ſubtus eccleſiam·que antiqui
tus fuit ordinis fratrū minorū·carcer quidā magnus·ſeptem foramini-
bus diſtinctus oſtenditur·vbi ſanctus Paulus aliquanto fertur fuiſſe
tempore·in vinculis detentus·cū ibidem euangeliū pdicaret·vna cum
ſancto Barnaba coapoſtolo ſibi adiūcto·Ibidem etiā ſub alia quadā
eccleſia·fons quidam reperitur|bonā et hauſtu dulcem aquā ſcaturiēs·
que febricitantibus dicitur remedio eſſe et cure·propter quod et in lon-
ginquas aqua ipſa terras defertur·Ibidem ſub terra ſeptemparue ca-
mere demonſtrantur·in quibus ſeptem quidā dormientes·non illi qui
in monte celio·ſed alij·multo iacuiſſe tempore referūtur·Depſata ciui
tate Baffa·in aliam etiā deſtructā venimus ciuitatem·cui vocabulum
eſt Piſcopia·quā rex quidam Anglie cū cōperiſſet ſororem ſuam Jero
ſolimā pergentem·ibi a rege Cipri fuiſſe violatam·dicitur penitus de-
ſtruxiſſe et totā illam patriā vaſtauiſſe·Inde ad quinquaginta milia
ria de baffa·eſt alia quedā ciuitas portū habens vbi cōmuniter appli-
catur Limiſuiū appellata·quam Soldanus quidā funditus ante tem
pora euertit·Ibi vbicunque effodiatur in littore maris dulcis emanat
aqua·Ibi in craſtino ſancti Johannis baptiſte·id eſt die·xxvj·Junij
ī portum ipſum venimus Ciprinum·

ſt antē Ciprus inſula a Cipro ciuitate·que in ea eſt ſic appel
lata·Ipſa eſt et paphon·que quondā fuit veneri conſecrata
multū antē quondam fuit famoſa·et maxime metallis eris
habūdans·cui⁹ etiā vſus primo ibi dicitur fuiſſe repertus·
Terra eſt vinifera·et fortia ſūt valde loci illius vina·Ciuitates habet
multas et nobiles·inter quas caput et metropolis dicitur Nicoſia·
Terra eſt mari vndique clauſa·ſed interi⁹ ſiluis/campis| pratis|vineis
et frugibus nimis plena·fontibus et amnibus irrigua·et multis diui-
cijs·pariter et delicijs opulenta·Hec inſula vocatur ſepius Cethim in
ſcriptura·Spaciū eius in longū tenet centū et·lxxv·milia paſſuū In
latū vero milia paſſuū centū·xxv·Caro tamen ouina nō eſt magni in
ea precij·ſed neque multe bonitatis·vnde cōtingit interdū oues·xij·pro vno
cōparari ducato·Diſtat autem Ciprus a Rodo miliaribus trecentis·

Eſtqꝫ hodie ſub venetorum ditione.
DIe.xxvij.Junij nauigantes de Cypro.vento ſatis optato.
ꝑuenim⁹ tridui pene ſpacio in locū vnde ſanctā ꝓſpicere ter
ram poteramus. Qua ex re.ingenti affecti leticia et exulta
tione.alonge eā ſalutauim⁹.vt par ratio erat.iocūdas pro=
rumpentes in laudes.atqꝫ canentes Te deū laudamus ꝛc̄.cū Antipho
na Salue regina.et collectis atqꝫ orationibus oportunis.pauloqꝫ poſt
eodem die ante Japha ſiue Joppen venimus ciuitatē.modico inde in=
teruallo iactis anchoris.galeam noſtram figētes.Mox inde patron⁹
ex more quoſdā ex ſuis pro ſalua guardia.in Rama vſqꝫ Jeruſalemqꝫ
tranſmiſit.ac pro patre Gardiano fratrum minorum montis Syon.
et conductore ꝑegrinorum qui trutzſchelmann⁹ cōmuni vocabulo ap=
pellatur.Eius rei gracia.per ſex dies continuos.in loco expectauim⁹
memorato.Vbi intermanendum alter patronus Petrus landawe di=
ctus.cū ſua galea et ꝑegrinis fratribus noſtris ſuꝑuenit.et iuxta nos
quantum eſt iactus arcus cōſedit.mittens et ipſe mox pro cōductu ut
ſupra.Hos etiam infra dies quidam ex galeotis galearū vtrarumqꝫ
piſcatum euntes.ac depꝛhenſi.ab infidelibus plagas pro temeritate re=
portauerūt cōdignas.In terrā etiā aliquādo deſcendimus cū patrono
noſtro in quadā nauicula.botros et vuas ꝑcoquas.aliaqꝫ neceſſaria a
paganis coparantes.Quinta tandē julij.venerunt in Japha equites
Soldani.qui apud eos mamalucī vocātur.habentes in comitiua ſua
patrē Gardianū ꝑdictū.duobus ſui ordinis fratrib⁹ aſſociatū.qui etiā
litteratoriū a dn̄is de Jeruſalem et Rama ad nos ꝑtulerūt cōductū.
Eodem die Petrus landawe.ſuos ad litus applicans peregrinos.in
ſpeluncā quandā veterem vti cōmuniter fieri ſolet introduxit.vbi tri=
duo manſerūt incluſi.Nos vero patroni noſtri vſi prouidentia et hu=
manitate.in galea maluimus expectare.Vnde cōtigit alios noſtros
cōperegrinos tribus vt diximus diebus et noctibus.in ſpelunca mane
re.in qua nos nōniſi ꝑ vnā recluſi fuimus noctē.Eſt enim cōſuetudo
paganis.vt illuc aduentantes peregrinos xp̄ianos nominatim vocāt
nominibus patrū ſuoꝝ deſignatos cōſcribant.et cōſcriptos in quandā
laceram teſtudinē ſiue ſpeluncā veterem de qua dictū eſt cōtrudant.do=
nec ipſi cū patronis de pecunia ꝓ ſalua guardia cōueniant pro ſuo li=
bitu.et paciſcātur.Ad oſtiū autē ſpelunce ꝑdicte xp̄iani de cinctura.id
eſt de fide ſancti Pauli de jeruſalem et Rama cōuenientes merces va=
rias venales ſed et victui neceſſaria.puta carnes coctas.pulloſ.oua.pa
nes.fructuſqꝫ et huiuſmodi ſolent cōparare.Vnde peregrini emunt qd
libet.quodqꝫ volunt.

DIe octaua Julij· omnibus nobis peregrinis asini fuerūt adducti· quibus insidentes· vsq; in Rama que ad decem miliaria distat a Japha properauim⁹· triū sub spacio horaꝝ· Fuit autē Japha ante tempora grādis ciuitas et famosa Joppe appellata· vel Japha a japhet filio noe qui eam cōstruxit· et ex suo nomine eā appellauit· et fuit vt dicitur octaua inter eas vrbes· que in mūdo cōtra diluuiū qđ noe tpe extitit fuerūt edificate· vnde et hodie vectes ferrei et magni ex quadā rupe videntur pendere· quibus naues fuerunt affixe· vbi eciā mire magnitudinis cathena quedā apparet· qua gygas quidā Adromadiūs nomine detinebat̄ captiuus· cui⁹ costa quadraginta vnius pedū longitudine ꝯtenditur· vt hodie cernitur·

Cum autē ad Rama vnius jugeris spacio prope venissem⁹· descendere de asinis et pedites ire cogebamur· singuliq; res suas in humeris portare· Qđ idcirco nō parū nobis fuit molestum· q͞ calor erat intensus· et puluis hincinde agitabat̄· Nullum ibi xpianū sinūt pagani introire in asino vel equo· Ibi iterū in vetustā quandā ānumerati et reclusi fuimus domū· Sūtq; ibi testudinata edificia multa· et fons bonam satis cōtinens aquā· hanc domū philippus quondam dux Burgūdie bone memorie in hospiciū cōparauit peregrinorū· ac fratribus mōtis Syon cōmēdauit· vnde et hospitale peregrinoꝝ nominat̄· De Japha associauit se nobis dn̄s ipe de Rama nobiscū equitando propria in ꝑsona· cū multis mām͞alucis· id est (vt dicitur) apostatis xpianis· Sed et trutzelmānus de Jerusalem nobiscū venit· habentes ambo equos pene centum· vt saluos nos cōducerent et custodirent a paganis· et eoꝝ filijs· q̄ in villis et locis illis se cōglomerantes· lapidibus solent impetere peregrinos· et adeo ferociter quādoq; inuadere· q͞ vix etiā adiuti a cōcomitancibus illesi possint ꝑegrini ꝑterire· quin et aliquādo aliquos interimūt lapidibus obruendo· sicut vni ex nostris pene accidisset· vnde periculosum valde est illud cōficere iter de Japha vsq; Rama ob huiusmodi insidias· et insultus paganoꝝ· Est autē in Rama estuariū quoddam siue balneū· miro ingenio et modo edificatū· quatuor inclusū turribus· qđ desubtus ex fornace per pauimentū stratū pulcro et a vario marmore calorem trāsmittit· Mansimus autem in Rama per triduū· hac ꝑpediti occasione· quia duo dn̄i pagani capitanei in se inutuo versi cōpugnabant· quoꝝ vnus Amor cognominatus· albo vtens vexillo decem et octo suoꝝ amisit clientū· Alter vero Naballeus vocatus· rubeum ferens vexillum· victoria potitus· obtinuit triūphū· qui et ductor noster fuit et custos·

Die nona Julij iussu et dispositione Gardiani· vnus ex fratribus eius missam in Rama corā nobis celebrauit· qui vbi ad offertoriū venit· conuersus ad nos· informationes nobis dedit de modo nos habendi in terra sancta· subiectas nobis tradens regulas· lingua latina· ytalica atq germanica· Ita inquiēs Dilectissimi in xp̄o ihesu necessariū vobis scitu indicans· vos facio auisatos de quinq articulis bene cōsiderandis· ne frustra tantis laboribus et sumptibus hucusq veneritis peregrinatū·

Primus articulus est· si qui qui inter vos essent· qui absq summi pontificis licentia huc loci venissent· ac p hoc excōmunicationis sententiā incurrissent· sciant apud nos et p̄sertim patrē nostrū Gardianū auctoritatem summi pontificis quo ad hoc esse· qua ab huiusmodi sententia possint absolui· Et si idem pater noster a quoq vestro sup hoc fuerit requisitus siue rogatus· ip̄a in animo volenti cōmunicabit auctoritatē· vnde gaudete· sed et ob id maxime exultate· qui hanc a deo gratiā estis consecuti· vt has sacratissimas terras· in quibus salutē nostrā ip̄e omniū saluator operatus est· visitare perq lustrare possitis·

Secūdus articulus est· vt veram et indubitatā cristianismi fidē vnusquisq habeat peregrinorū· alioquin frustra venisset·

Tercius articulus· vt purā habeat conscientiā· et verā peccatorū suorū contritionē· atq propositū in antea cauendi·

Quartus· vt quāta potest seip̄m excitet deuotione ad videndū et perambulandū ip̄a sacratissima loca·

Quintus articulus est· q vnusquisq sibi p̄cipuo studio caueat· ne sup paganorū vnquā gradiatur sepulcra· aut ea cōtrectet calcando· quia id molestissime ferunt· immo si vnq̄ fieri viderent· periculum vobis vite immineret· Hijs ita dictis et traditis monitis· idem frater cepta misteria sacra prosequebatur· Finita vero missa· vnusquisq in suā se recepit societatē et mansionem· moxq xp̄iani de cingulo· idest de fide sancti Pauli· coctos nobis afferebāt cibos venales· Vinū autem nemo ibi potest comode habere· nisi de galea ip̄e attulerit secum· Die itaq illo quia dominica erat quieuimus ibi·

Consequenter cōsiderandū venit deuotis peregrinis· quāte indulgentie et remissiones loca sacra visitantibus· Primū omniū a Papa Siluestro ad instantiā Cōstantini xp̄ianissimi imperatoris· ac sancte Helene matris sue sunt cōcesse· et deinceps per successores eius summos pontifices cōtinuate et cōfirmate·

In primis vniuersis et singulis xp̄ifidelibus hāc peregrinationē trāsmarinā subeuntibus· cōtritis· et cōfessis· et ob h̄moi cōsequendas gratias illuc aduentātibus· mox vt galeā egrediūtur· et sanctā cōtingunt terrā· omniū peccatorū suorū remissio (vt dici solet) a pena et culpa vigore indulgentiarū apostolicarū est cōmunicata·

Item in eo loco cōmuniter peregrini sancte applicant terre· Jonas

propheta nauim intrauit vt fugeret a facie dñi in Tharsis vt habetur Jone primo. Item in Japha que et Joppen dicitur. princeps apostolorum Petrus. Tabitam resuscitauit. vt in actibus legitur apostolorum. Inde nõ longe. locus est vbi sanctus Petrus piscationis officio vacabat. vbi et indulgentia est septennis et totidem carene.

Item de Rama per viã procedendo. ad aliã quandã venitur ciuitatẽ ad duo miliaria. que et Lidia dicitur. vbi vsq in hodiernum diem ecclesia quedã est in honore sancti Georgij martiris dedicata. vbi et ipse suũ celebrauit martiriũ. capite truncatus. In eo dẽ opido sanctus Petrus Eneã paraliticũ sanauit. et est ibi indul. sep. et totidem carene.

Exiuimus autẽ de Rama die vndecima Julij circa horã noctis secundã. et ascendimus Jerosolimam in asinis nostris. Distat autẽ Jerusalem a Rama triginta miliaribus ytalicis nõ paruis. Eundo vero de Rama ad manũ dextrã. est castellum Emaus ex euangelio satis notũ. distans a Rama ad miliaria viginti. ab Jerusalem vero stadijs. lxxx. vbi et Cleophas vnus ex. lxxij. discipulis xpi requiescit. Illic prope opidũ est sanctorum machabeorum Modon appellatum. vnde originem traxerũt. et est ibi indul. sep.

Inde nõ longe versus Jerosolimã in cuiusdam mõtis cacumine. sanctus propheta Samuel est sepultus. Omnibus hijs in locis prefatis est indulgentia septẽ annorum. et totidem carenarũ.

Ibi prope ad dexterã est villa Ramatha. vnde Samuel fuit oriũdus et Joseph ille de Aramathia. cuius fuit monumentũ illud nouũ excisum in petra. quo sacratissimũ xpi corpus recondituʒ fuit.

De ingressu in Jerusalem

Multa quidem sunt loca sacra in ciuitate sancta Jerusalem. nec dies sufficit vna peragrandũ singula. Inter ea tamen dñici sepulcri templum obtinet principatum.

Die igitur memorata vndecima Julij. hora sexta post meridiẽ in sanctã venimus ciuitatẽ Jerusalem. descendẽtes vt iustũ est de asinis nostris. et pedibus illam ingredientes. in cuius introitu plenaria est remissio omniũ peccatorum. Nec aliquis peregrinorum illic permittitur equitare.

Primũ autẽ omniũ processimus et venimus ante dñici sepulcri templum gratia indulgentiarũ cõsequendarũ. Inde in hospitale ducebamur peregrinorum. Ego vero cũ cõfratribus meis qui mecũ per mare venerãt. domũ intrauimus Cabini minoris. iuxta hospitale predictũ. qui vt cõmuniter interptis fungitur officio. et cũ peregrinis ad sanctã proficiscitur Katherinã. hic assignata nobis camera hospicio suscepit. vbi die illa quieuimus. longi itineris fatigati confectione.

De locis sacris qui sunt inter hospitale peregrinorum et montem Syon inclusiue.

In crastino aũt id est. xij. mẽsis julij. que et dñica erat. cõuenientes in vnũ oẽs peregrini in montẽ ascẽdimus Syon. in via intermedia quedã

De Rama ad Lid[...] est duo miliaria

Jerusalem distat a Rama trenta miliaribus ytalicis

de Castello Emaus

nichilominus loca sancta visitantes.

Et primū in eū venimus locū. vbi iudei corpus gloriose virginis marie quando ab apostolis in vallem Josaphat ferebatur. sepulture tradendū vi conabantur auferre. Inde mox illū accessim⁹ locū. vbi sanctus Petrus post trinā negationē suā. egressus foras atriū Cayphe. speluncā quādā intrās amarissime fleuit. Paulopost ecclesiā intrauim⁹ sanctorꝝ angelorꝝ titulo ꝑnotatā. vbi quondā domus fuit Anne pontificis. in quā xp̄s dn̄s de mōte oliueti primum ductus. grauem ꝑtulit iniuriā. alapa sibi a ministro in faciē data. Inde in aliā properauim⁹ ecclesiā. ad sanctū saluatorē appellatā. vbi quondā Cayphe dom⁹ magna et angularis stetit. in quā et dn̄s noster xp̄us illusus fuit. et velatus. facieqꝫ ꝑcussus. ac tota nocte grauiter afflictus. vbi etiā ostēditur locus angustus. in quo xp̄m recluserūt donec cōsilio inito. seniores iudeorū quid de ip̄o faciendū esset deliberarunt. Et appellatur locus ille carcer dn̄i. Et q̄uis qꝫ id in euāgelijs nō reperiatur expressum. q: nō om̄ia scripta sunt q̄ circa xp̄m cōtigerūt. tamen propter loci illius existentiā et testimonia q̄ de hoc ꝑhibentur. nemini id absurdū videatur tāq̄ a veritate alienū. Ibi etiā est lapis ille magnus valde. quē ab angelo legimus reuolutū a monumēto. et est hodie mēsa altaris magni in ecclesia supradicta saluatoris. Ibi in curia que est ad sinistrā. est arbor quedā lapidibus circūdata. vbi ministri iudeorꝫ et Petrus cū eis calefaciebāt se ad ignē. Exeūdo autē de dicta curia. in plateā ad manū dexterā. est lapis quidā in angulo. quo in loco virgo maria stetit. quando Petrus flens amarissime. exiuit de atrio principis sacerdotū. vnde ꝑ fletu nec virgini gloriose de filio inquirēti potuit respondere. Ibi etiā ip̄a benedicta virgo auida sciendi de filio expectabat vsqꝫ mane. quādo vinctū eū duxerūt ad pylatū p̄sidem. quo et eū sequebat̄ ip̄a mestissima haud dubiū mater. Inde ad modicū spaciū. quedā desolata apparet ecclesia lapidibus dūtaxat circūsepta. in qua gloriosa virgo post mortem filij sui. xiiij. annis vsqꝫ in diem assumptionis sue morā traxit. et est ibi remissio omniū peccatorꝫ. Nec ex defectu aut culpa fideliū eadē ecclesia sic manet neglecta. sed q: pagani in eodem loco edificari nō paciūtur.

In omnibus vero supra memoratis locis et singulis est indulgentia septennis cū totidem carenis. Ibi prope iuxta locū vbi virgo maria mortua fuit et assumpta in celum. est vestigiū cuiusdā capelle. q̄ quondam ibi fuit. in qua sanctus Johānes euangelista tanq̄ virginis gloriose capellanus. eidē post xp̄i ascensionē sepenumero missas celebrauit apparet qꝫ ibi ps quedā illius lapidis. sup quē idem diuina misteria ꝑfecit. Ibi etiā locus ostenditur vbi sanctus Mathias in apostolum loco Jude fuit electus. et est locus ille lapide rubeo designatus.

Inde ꝑgendo in montē Syon prope ecclesiā est locus vbi virgo beatissima suas dietim deuotissimas ꝑsoluit orationes. Ibi etiā duo lapides demonstrantur. in quorꝫ altero xp̄us suis p̄dicans discipulis seorsum sedebat. In altero vero mater sua dignissima sedēs audiebat verbū illi⁹

Sub ecclesia vero montis Syon partim et ptim extra est locus sepulture prophetarū et regū Israhel. puta dauid Salomonis et reliquorū. Quo℞ hec sunt nomina. Roboam. Abya. Asa. Josaphat. Jorā. Ochozias. Athalya regina. Joas. Amasias. Ozias. Joathan. Achaz. Ezechias. Manasses. Amon. Josias. Joachaz. Elyachim. Jeconias. Sedechias. qui tamen non omnes in eodem sunt loco sepulti. vtpatet in scriptura sacra.

Ad huiusmodi sepulcra regū hodie xpiani nequaq̄ sinuntur introire. Sed sarraceni qui locū illum colunt et venerātur muschkeam. id est ecclesiā siue capellam sibi illic cōstruxerūt. Nūc in locū cū ego et quidā ex cōfratribus meis nobilibus descēdissem⁹. nisi quia dn̄s adiuuit nos paulominus a paganis improuise aduenientibus. interempti fuissem⁹.

Inde nō longe est locus ille. vbi secūdo sanctus pthomartir stephanus sanctus Gamaliel Pauli apostoli informator. et Abybas filius eius. Nicodemus quoq̄ fuerūt tumulati. Ibi etiā prope locus demōstratur q̄d tūc erat cenaculum grande vbi discipuli parauerūt pascha xpo iubente. vbi scz agnus paschalis. quē in vltima cena xpus cū discipulis comedit dicitur fuisse assatus sine igni coctus. Vbi etiam aqua illa fertur calefacta. cū qua discipulo℞ suo℞ dn̄s pedes lauit.

Illic in proximo est locus vbi dauid penitentiā agens pro occisione vrie. quem in bello in aciem vt interficeretur. insserat cōstitui. septem psalmos quos penitentiales appellam⁹. spiritu haud dubiū reuelante diuino dictauit. vbi modo indiani claustrū sibi fecerūt. Omnibus hijs in locis supra assignatis est indulgentia septennis cū totidē carenis.

Omnibus peragratis. in monasteriū intrauim⁹ montis Syon. vbi satis pulcra et testudinata est ecclesia. eratq̄ ob nostrū vt reor aduentū accuratius solito pparata et ornata pciosis tapecijs. parietibus affixis et alijs ornamētis. que dux quondā Burgundie Philippus vna cum annuo mille ducato℞ subsidio dum vixit. pro sua ad loca illa cōtulit deuotione. ac fratrū inibi deo famulantiū sustentatōne. Quod et filius suus Karolus dū fuit in humanis etiā fecit. Nam et successor eius modernus dn̄s illustrissimus atq̄ victoriosus dux Burgūdie Maximilianus. ipm idem suo℞ imitatur exemplum pdecesso℞. Mox illic ingressis nobis peregrinis. solenne officiū misse fratres ipsi celebrauere. quo expleto sacris omnes induti ornamentis. pcessionem quandā fecerūt. quā nos ex more sequebamur. Ducebamur antē inter pcedendū ad hec loca.

Primū ad locū vbi nūc est altare maius. vbi xpus cūm discipulis suis vltimā cenā fecit. et post agnū typicū corpus suū instituit in sacramento. a suis deinceps sumendū. simul et sanguinem suū pciosum bibendū Ibi est remissio plenaria omniū peccatorum.

Ibi prope ad dextrū cornū altaris supradicti. est locūs vbi xpus discipulis suis pedes lauit.

Deinde venimus in locum extra chorū vbi spiritus sanctus in linguis igneis die penthecostes super discipulos venit.

Ibi subtus est capella illa de qua supra habitū est. in qua videlicet est regū et prophetarū israhel sepulcrū. in qd per fenestram quandā introspeximus. nam ingredi nemini licet xpiano prohibentibus paganis.

In ipso loco iterū plenaria est remissio.

Inde paululum progressi venim9 in locū vbi xpus post resurrectionē suā discipulis suis ianuis apparuit clausis. et post octo dies dū iterū essent discipuli cōgregati et Thomas cū eis. iussit Thome inferre digitum suū. et manus afferre. et mittere in latus suū vt Johannes scribit.

Ibi est indulgentia septennis cū totidem carenis.

¶ Finita processione inuitati fuimus a Gardiano et fratribus illius vt est de more manducare cum eis. pro quo et alijs eorum officijs et obsequijs nobis crebro et humaniter exhibitis. refusionem sponte propria fecimus cōdignam.

Deinde redeuntes ad hospiciū nostrū. in via in quandam intrauim9 ecclesiam. quā Jacobite inhabitāt. quo in loco Herodes sanctū fecit decollari apostolum Jacobū maiorem. Ibi iterū est indulgentia septennis cū totidem carenis.

Inde nō longe est locus vbi xpus post resurrectionem suā marie magdalene et alijs deuotis mulieribus apparuit in via. quando de monumento venerūt. dicens eis Auete. que accesserūt et tenuerūt pedes eius.

Vbi iterū est indulgentia septennis.

Et quia nocte subsequēti in templum dn̄ici sepulcri eramus intromittendi. iuxta veterem cōsuetudinem paululum nos dedimus quieti. in hospitali manentes p̄fato ad paucas horas.

Et nota q̄ ciuitas Jerusalem sita est in loco multū eminenti. et de ea videtur tota Arabia et mons Abarim et Nebo. et phasga planicies jordanis et Jericho et mare mortuū vsq3 ad petrā deserti. Nec vidi ciuitatem siue locū qui pulcriorem habet prospectū. Ad ipsam autē ascendit' ab omni parte. q2 sita est in loco altiori qui est in terra illa p̄ter q̄ Sylo que distat ab ea per duas leucas.



De ingressu in templum dñici sepulcri. et processione ibidem facta ad loca sacra.

Die .xij. Julij hora vesperarū in ipm venerandū dñici sepulcri templū a paganis. id est rectoribus ipius ciuitatis sancte Jerosolime fuim⁹ admissi et numerati. ostijs p eos apertis. pro qua re vnusquisq3 nostrū quinq3 exsoluit ducatos. nec vnq̃3 alias hoc aperitur templū ab eis. nisi vel propter aduenientes peregrinos. vel fratres mutandos qui ibi pro custodia deputātur. Mox q3 nobis intromissis templū clauserūt. Intrauerūt autē nobiscū Gardianus ipe et plures suoꝝ cōfratrū. Quāprimū aūt deuotus quisq3 xpianus vel peregrin⁹ in templū hoc pedem posuerit. plenariā cōsequitur remissionem.

Est autē hec dispositio templi eiusdem sacratissimi. Ecclesia ipa rotūda est. et habet p diametrū inter columnas septuaginta tres pedes. absidesq3 que habent p circuitū a muro exteriori ecclesie decē pedes super sepulcrū dñi. q̄ꝺ in mediū eiusdem ecclesie est apertura rotunda ita vt tota cripta sancti sepulcri sit sub diuo. Galgathana autē ecclesia adheret isti. et est oblonga loco chori ecclesie sancti sepulcri adiūcta. sed parū demissior. sunt tamē ambe sub vno tecto. Spelunca in qua est sepulcrū dñi habet in lōgitudine octo pedes. in latitudine similiter octo vndiq3 tecta marmore exteri⁹. sed interi⁹ est rupes vna sicut fuit tpe sepulture

Ostium ad hanc spelũcã intrat ab oriente demissum valde et parũ
Tumba vero sancti sepulcri est ad dexterã intrantis iuxta parietem
ad septentrionem de marmore grisei coloris·alta a sup̃ficie pauimenti
tribus palmis·longa pedibus octo·sicut est interius ip̃a cripta siue spe
lunca·et ex omni p̃te clausa nec lumen potest haberi intrinsecus ab ex
trinseco·quia nulla fenestra est mittens lumen intus sed pendent nouẽ
lampades sup̃ sepulcrũ dñi ministrantes lumen intus·Alia etiam spe-
lunca est ante spelũcã istã scʒ sepulcri eiusdem longitudinis et latitu
dinis et dispositionis intus et extra·et videntur iste due extra existen-
ti esse vna·sed cũ interius fueris videbis eas ab inuicẽ pariete p̃ mediũ
separatas·Intratur autẽ prima ista et deinde alia in qua est sepulcrũ·
in istã exteriorẽ intrauerũt mulieres quãdo dicebãt·Quis reuoluet no
bis lapidem ₇c̃·Et iste lapis erat aduolutus ostio spelunce interioris
et iacet hodie magna p̃s eiꝰ ante ostiũ spelunce interioris·cui fuerit ad-
uolutus in medio istiꝰ Alia p̃s eiꝰ trãslata est in mõtẽ syon pro lapide
supponẽdo altari quẽ etiã ibi vidi Mõs caluarie in quo dñs crucifixus
est distat a loco sepulcri p̃ septingẽtos pedes·et ascẽdit᷑ ad locũ vbi crux
infixa fuit rupi decẽ et octo pedes a sup̃ficie pauimẽti ecclesie·scissio pe-
tre eiusdẽ in qua crux fuit fixa·tante capacitatis est·vt caput hominis
recipiat·Nam ego in ea imposui caput meũ et descendit longitudo eiꝰ
de loco crucis in fixionibus vsqʒ ad pauimentũ ecclesie inferius p̃ decẽ
octo pedes·et color sanguinis dñi nostri ihesu xp̃i apparet hodie in ip̃a
scissione petre·et scissio ip̃a erat sub manu eius sinistra·Altare etiã edi-
ficatũ est iuxta eundem locũ manus sinistre valde decorũ et pulcrũ de
marmore pauimentũ·huius capellule stratũ est totũ et parietes de mar
more sunt tecti et op̃e musino decorati de auro purissimo·Locus vero
in quo crux fixa est·est fossa ꝓfunda duabus palmis et ita capax qꝫ
ui ea posui caput meũ·De caluaria cõtra orientem viginti quatuor pe-
dibus est altare quoddã sub quo est pars columne·super quã dñs fuit
flagellatus illuc trãslata de domo pylati·et sub lapide altaris est tecta
ita vt a fidelibus possit tangi et videri et osculari·Est autẽ de lapide
porfirico subnigro habens maculas quasdã rubeas naturaliter·quas
credit vulgus tincturas esse sanguinis ihesu xp̃i·Alia pars columne
dicitur trãslata esse in Cõstantinopolim·De altari columne huiꝰ con
tra orientẽ ad decem pedes·descenditur p̃ gradus quadraginta octo·ad
locũ vbi ab helena fuit crux inuenta·Et est ibi capella·et duo altaria
longe infra terrã·Ille locus in quo crux fuit defossa videt᷑ michi fuis-
se vnũ de fossatis ciuitatis·in qͦ cruces depositis corporibus misse fue
rũt·et desup̃ sordes ciuitatis cõportate·donec per Helenã loco mũdato
crux est inuenta·Prope ciuitatẽ enim erat locus passionis·et ortus in
loco illo·Locus vero vbi stetit beata virgo cũ mulieribus alijs iuxta
crucẽ non fuit sub ip̃o brachio crucis ad aquilonemᵛ sicut volunt qui-
dã·sed ante faciẽ filij fere ad occidentẽ·Monstrat᷑ enim locus stationis

eius contra faciem filij pendentis in cruce sub monte et rupe· in qua crux fuit fixa· et venerationi habetur a fidelibus· quē locū etiā pluries vidi· Ipse etiā xp̄us in cruce pendens faciem vertit cōtra occidentem vt volunt quidā· q̄d patet ex eo· quia vorago illa magna de q̄ua dictū est supra· q̄ue fuit ab occidente per fossata ciuitatis erat retro crūcem· et in ipa erat crux proiecta et postmodū inuēta· vt dictū est paulo ante· Multa altaria sunt in ecclesia ista et decenter posita et ornata· Ante ostium occidentale huius ecclesie foris· est locus vbi maria egipciaca orans ante imaginem beate virginis cum diuinitus remota fuisset volens intrare templum cōsolationem per responsum beate virginis recepit· Reliqua loca templi huius que p nocte hanc p̄cedentibus fratribus minoribus et demōstrantibus· processionaliter circueūtes· deuote visitauimus sunt hec vt magis in specie explicentur·

In primis capella dn̄ici sepulcri de qua iam habitum est·

Deinde capella quedam in honore virginis gloriose marie consecrata quam Gardianus et fratres sui ingressi· sacris se vestibus induerūt· et iterū solennem processionē cū letania inchoauerūt· quos nos sequebamur e vestigio· ad summū altare eiusdem capelle accedentes· Est enim ibi locus ille vbi xp̄us primū omniū sue dilectissime post resurrectionem apparuit matri·

Item in eadem capella est frustū quoddā siue pars columne· ad quam xp̄us ligatus fuit in domo pylati flagellatus· et est indul· ibi ple· ꝛc· Aliud quoddā eiusdem columne frustū equalis magnitudinis est Rome ad sanctā praxedem· Item aliud simile frustū est lugduni in ecclesia maiori· Item aliud est altare in dicta capella ad sinistrā maioris altaris· vbi longo tempore sancta crux stetit integra et tota postq̄ a sancta helena fuit inuenta· Estq̄ ibi pars quedā eiusdem sancte crucis reseruata· Ibi est indul· septennis· Item in medio illius capelle est lapis quidā rotundus ex marmore· et est ibi locus vbi dn̄ica crux supposita cuidā mulieri defuncte p eius resuscitationē a ceteris fuit discreta· q̄ ibi cū aliis reperte fuerūt· et est ibi indulgentia septennis·

Item ipam egressi capellam· duos alios ex marmore reperimus lapides albos et rotūdos· in quorum altero est locus vbi xp̄us post suā resurrectionē apparuit marie magdalene in specie ortulani· in altero vero locus vbi ipsa stetit quādo nomine suo vocata respondit Raboni ꝛc· Ibi iterū est indulgentia septennis·

Inde p̄cedendo in templo· aliam quandā intrauimus capellam in rupe quadam edificatā· vnū habentē altare dūtaxat· ibi est locus ille· vbi xp̄us mansit detentus donec crux sibi pararetur· Ibi iterum indulgentia est septennis ꝛc·

Inde prope alia est quedam capella vnicū habens altare· ibi est locus ille· vbi crucifixores xp̄i diuiserūt sibi vestimenta sua· sortem mittētes super ea· Et est iterū septennis indulgentia·

Inde per triginta gradus lapideos in aliam quandā descendimus ca
pellam sancte Helene titulo p̄notatam· vbi etiā ip̄a suas exegit deuo-
tiones ibi manens post sancte crucis inuentionē· Ibi etiā est locus quē
ipsa fecit effodi vbi sancta crux latebat· et fuit ibidem prius indulgen-
tia septennis dūtaxat· sed Sixtus papa quartus dedit ibi plenariam
remissionem ꝛc.

Inde adhuc ꝑ vndecim gradus descendimus in rupem quandā· et est
ibi spelunca vigintiduos in longitudine habens pedes· et illic crux san
cta· lancea quoqꝫ et claui atqꝫ corona spinea reperta fuerūt· anno post
xp̄i passionē tricentesimo septimo· et est ibi plenaria remissio ꝛc.

Ex hoc vero loco ascendimus· atqꝫ ꝓcedendo accessimus ad quoddam
altare in templo· sub quo lapis quidā est ad modū columne situs quem
xp̄us sedit in p̄torio pylati· quādo fuit coronatus spinea corona· deri-
sus et oblitus sputis ꝛc· et est ibi indul· sep·

Inde adhuc ascendentes per gradus decem et octo· in montē venimus
Caluarie· vbi xp̄us fuit crucifixus· et est ibi pulcra quedā capella testu
dinata· et sunt ibi semꝑ vndecim lampades ardentes· eo ꝙ locus val-
de sit sacer et venerabilis·

Ibi etiā est foramen in quo crux stetit in petra excisum· habens trium
palmarū profunditatē· latitudinē vero hodie nōnisi palme vnius· eo ꝙ
lamina quadā cuprea circūdatum sit ne aliquid inde subtrahi possit·

Ibi etiā spacio septem palmarū de loco sinistri brachij xp̄i pendentis
in cruce· est scissura magna in petra ita vt homo in eā possit locari· que
scissura ꝑ ipam petrā vsqꝫ subtus terrā facta fuit· xp̄o moriente in cruce
Vbi etiam virgo gloriosa maria· sanctus Johannes· et sancta maria
magdalena vna cū ceteris sanctis mulieribus steterunt· paulo inferius
tempore xp̄i passionis et mortis· et est ibi plenaria remissio ꝛc.

Sub monte Caluarie descendendo ad sinistrā est alia quedam capella
in honore virginis marie et sancti Johannis cōsecrata· in loco golga
tha dicto· vbi etiā p̄dicta videtur scissura descendens a sursum vt dictū
est ꝑ petrā totam vsqꝫ infra terrā deorsum· Ibi etiā inuentū fuit caput
prothoparentis nostri Ade· et est ibi indulgentia septennis ꝛc. Nec cū
processione descenditur vsqꝫ ad illum locum·

De monte vero Caluarie ad locū illum processimꝰ albo quodā lapide
designatum· vbi virgo maria mater dolorosa sedit· habens in gremio
mortuū filij sui corpus depositū de cruce· mox sepulture tradendum· et
est ibi plenaria remissio·

Tandem cū processione in supra memoratā venerabilem intrauimus
capellam· amplam et rotundā· in cuiꝰ medio gloriosum est dominicū
sepulcrū· et lapis ille quo ip̄m sepulcrū claudebatur est in ecclesia sancti
saluatoris· vt supra est habitū· Sūt aūt in dn̄ico sepulcro· xvij· lampa
des sp̄ ardentes· et ante sepulcrū vbi est q̄si quedā puula capella sp̄ tres
habentur accense lucerne· et est ibi plenaria omniū peccatoꝝ remissio.

Inde egressi reuertebamur in priorem capellam virginis marie honorecelebrem· et vnde iniciū hui⁹ fuit processionis· ibi et finis·

Postea ipa finita processione· quisqꝫ corpus suū cibo et potu reficiens· ꝓ reliquā noctis partē iuxta votū suū et libitū ibat hincinde ad loca sacra intra templum visitatū· Et deputatis cōfessoribus cōfitebātur singuli peccata sua· illucescente die in aurora cōmunicaturi· Erat autem dies hec terciadecima julij· quādo sub missa solenniter cantata in mōte caluarie peregrini cōmunicabant· Ego vero vna cū nobilibus comitibus et baronibus in nocte ipa intra dominicū cōmunicauim⁹ sepulcrum ꝛc·

De egressu ex templo dn̄ici sepulcri et locis alijs sacris intra Jerusalem·

Hijs omnibus pactis· orto iam sole et clarius refulgente die videlicet tercia decima mensis julij· apertis templi ostijs ꝑ paganos qui nos intromiserāt euocabamur· exeūtes ergo vidimus sepulcra xp̄ianoꝝ regū versus meridiem in templo videlicet regis melchisedech et regis waldani· Item ducis gotfridi de bulion primi regis Jerosolimitani· cui septem alij in eodem regno immediate successerūt· qui et ibi sepulti sunt oēs honorifice satis· Quippe qui Jerosolima et terra sancta recuperata gloriosis claruerūt victorijs et triūphis· regnū ipm jerosolimitanū ereptum de manibus ꝑfidorū per lxxxviij· annos et· xix· dies successiue administrantes· donec sub eorū vltimo videlicet Gwidone iterū in ditionē redactū fuit vt hodie est sarracenoꝝ vt infra latius patebit·

Item in templo in medio chori· quidā ostenditur lapis modicū eleuatus a terra· rotūdū habens foramen· latitudinis palme vnius· vel paulominus· vbi dicitur esse centrū habitabilis terre·

Sunt etiā intra templum diuerse hominū nationes· in locis hincinde distinctis habitantes· habentes alios et alios ritus et mores· atqꝫ obseruationes ac ceremonias dispares prorsus· qui omnes se xp̄ianos gloriantur· pluribus tn̄ inuoluti erroribus et heresibus· de quibus plenius infra disseremus· Sūt autē ante templum tres capelle· quaꝝ prima in honore omniū angelorum· altera sancti johānis baptiste· tercia marie magdalene est cōsecrata· et est in qualibet earū indulgentia septēnis cū totidem carenis·

Item prope templum retro montē caluarie· petra quedā lata ostenditur· super quā dicitur Abraham filiū suū ysaac voluisse immolasse· et illic prope est oliua quedam peruetusta· in qua Abraham circūspiciēs· vidit arietem herentem cornibus· quē accipiens· ad iussum angeli immolauit loco filij sui ysaac·

Inde non longe in muro templi monstratur altare immuratū· super quo melchisedech obtulit sacrificium suū· ꝑsignans quādoqꝫ per xp̄m· verū illic sacrificiū in cruce offerendū·

Item ante templum ad decem passus est lapis quidã positus in signũ ꝙ xp̄s ibi crucē baiulans pre amentia et debilitate cecidit in terrã sub cruce. alius quoq lapis ostenditur prope murũ qui adhuc sanguinis xp̄i vestigia et insignia prefert.

In crastino. id est die quartadecima Julij. sacra visitauimꝰ loca. pce-dentibus et ostendētibus nobis guardiano et aliquibus fratribus eiꝰ. audita prius missa in hospitali sancti Johãnis. itaq pcedentes p viã illam longã. per quã et xp̄s de domo pilati vsq ad crucifixionis locũ ductus est. ad subscripta ex ordine deuenimus loca.

Item ad domũ sancte veronice. que ad passus quingētos et quinqua-ginta distat a domo pylati. vbi xp̄us eius peplo imaginem faciei sue impressit que hodie Rome habetur.

Item ad domũ diuitis epulonis. qui sepultus est in inferno.

Item ad quoddã biuiũ vbi multe mulieres stabant. que dñm lamenta bantur dũ duceretur ad mortē. quibus et dixit. nolite flere sup me filie jerusalem. sed sup vos ip̄as flete et sup filios vestros.

Item iterũ ad quoddã biuiũ. vbi est locus in quo judei angariauerũt Symonē cyreneũ venientē de villa. vt tolleret crucē post ihesum.

Item ad locũ vbi beata virgo stetit. quãdo filio suo obuiauit crucē por tanti. vbi et p̄ nimio dolore amens fuit effecta. In eodem loco sancta helena ecclesiã quandã edificauit. que omnino desolata hodie cernitur et destructa. Nec tamen aliquis paganoꝝ in eodem loco edificare potest. diuino vt creditur miraculo. nam id sepius attemptatũ est. et semp cō-pertũ. ꝙ nulla ibi potest manere structura

Item ad quandã stratã siue vicũ. vbi arcus lapideus stat suppositus vie. sup quem duo videntur lapides albi et lati. in quorũ altero xp̄us stetit quando morti fuit adiudicatus. In altero vero pylatus quando in eum sententiã tulit vt crucifigeretur.

Item ad domũ pylati in qua xp̄us fuit flagellatus. ligatus. pcussus. coronatus. et multis alijs iniurijs et opprobrijs affectus. nec aliquis peregrinoꝝ in domũ illam intromittitur. nisi forte ex gratia et fauore speciali. et seorsum atq occulte. quo modo et ego cũ paucis nobilibus intrare fuimus pmissi pecunijs datis.

Item ad domũ Herodis que est ad sinistrã iam dicte domus pylati ascendendo. in quã xp̄us inductus herodi fuit p̄sentatus. et a judeis ac cusatus. ac tandem ab herode spretus. et veste alba indutus. Et est ibi scola puero infidelium.

Item ad domũ in qua marie magdalene dimissa fuerũt peccata.

¶ De templo Salomonis.

Item ad locũ vbi fornisecus templum vidimꝰ Salomonis. ope rotũ-do. et greco labore fabricatũ. altũ valde et amplum. plumbo q tectum magnis sectis et politis lapidibus edificatum. Super ambitum illius templi eclipsim lune posuerũt pagani. sicut solent facere in suis eccle-sijs cunctis. in quarum ingressu cōmuniter dimidiam locant lunam

Et est ante templum illud quedā lata planicies· marmoreis lapideis strata· Prope illud templum est quedā longa ecclesia· plumbo desuper tecta· quondā dicta porticus Salomonis· sed dum Jerusalem sub ditione fuit xpianoꝝ· ecclesia ipa a beata virgine maria nomen fuit sortita· ita ꝙ templum marie virginis vocabatur· et habent in eo Sarraceni octingentas lampades semꝑ ardentes· In templo vero Salomonis septingentas· Nam et porticus in magnitudine templum salomonis excedit· Juxta illud templum modernus Soldanus nouā edificauit ecclesiam siue muschkeam· in qua et ego fui ipa die sancte Braxedis virginis· et semꝑ· lxxxviij lampades in ea habent accense· Estq3 mire magnitudinis ecclesia ipa· Sub ipa ecclesia beate virginis que et porticus dicitur Salomonis est structura quedā subterranea· mirabilis et lata· sic ꝙ sexcenti equi cōmode ibi possent locari· Hanc ecclesiam inhabitant pagani· nec facile ꝑmittūt xpianos introire·

Item Sarraceni templum salomonis in magno habent honore· nullas in eo immūdicias sustinentes· Nam et nudis pedibus illud ingrediūtur· et rupem sanctā appellant non templum dñi· et id hac ratione· quia in medio illius templi rupes est quedā parua· ferro vndiq3 cācellata· et sicut nobis retulerūt apostate xpiani· quos nos mamelucos cognominam9· nullus sarracenoꝝ aut infidelīū eidem rupi aliquatenus audet vel ꝑsumit appropinquare· Veniūt tamen ipi a longinquis ptibus/rupem illam deuote visitantes· Multa enim magna mirabilia in rupe illa legūtur facta·

In primis nāq3 Melchisedech sacerdos dei summi sup eam panē obtulit et vinū· Item iuxta illam Jacob patriarcha dormiuit· viditq3 in somnis sup eam scalam stantē· cui9 summitas celos tangebat· et angelos ascendentes et descendentes ꝑ eam· Item dauid vidit sup eā angelum dei habentē gladiū euaginatū· Item sup illam sacerdotes templi holocausta ponebant· que ignis diuinus totaliter absumpsit·

Item in illam rupem fertur Jeremias propheta archam federis miraculose inclusisse tpe captiuitatis babilonice· et dixisse spiritu prophetico· locus iste manebit incognitus donec miserebitur dñs populo suo· Hinc arbitrantur multi archam eandem adhuc ibi esse inclusam·

Item super illam rupem xpus fuit oblatus quando Symeon iustus accepit eum in vlnas suas·

Item sup eandem ipse ihesus adhuc duodennis sedit in medio doctoꝝ audiens et interrogans eos· atq3 postmodū cū esset triginta annoꝝ· sepius super eam sedens/populo ꝑdicauit·

De ipso templo Salomonis multa egregia refert scriptura· que non est necesse hic per singula explicare·

Deinde venimus ad portā sancti Stephani· ꝑ quā ipe eductus nō longe ab ea fuit lapidatus· Ibi etiam videtur locus vbi sanctus Paulus tūc quidē Saulus stetit· quādo iudei stephanū lapidantes· vestimēta sua deposuerūt secus pedes eius·

Ibi etiā porta aurea fuit nobis demonstrata· per quā xp̄us in die pal-
marū sedens in asino Jerusalem introiuit· Nec aliquis cristianoꝝ ac-
cedere eam propius ꝑmittitur· sed quicūqꝫ peregrinoꝝ illam ꝓspiciens
versus eā orauerit· omniū peccatoꝝ suoꝝ plenaria cōsequit̄ remissionē

De descensu in vallem Josaphat·

Hinc in vallem Josaphat descendimus ad torrentē Cedron·
qui estiuo quidē tempore aquis caret· sed verno tp̄e et preser-
tim circa tempus quadragesimale copiose illis habundat·
Pontem habet lapideū in eo loco quē sancta helena cōstrui
fecit· vbi lignū illud iacuit ex quo crux xp̄i facta fuit· Dicitūr ꝙ lignū
illud fuerit viale siue yta ꝑ ripam illam q̄dqꝫ regina Saba noluerit
transire· neqꝫ pedibus suis ip̄m contingere· eo ꝙ cognouisset in spiritu
redemptorem mū di in eo passurum·
Inde non procul venimus ad quandā ecclesiā beate virginis titulo et
sepulcro insignem· grandem et testudinatā· estqꝫ descensus in ea ꝑ gra-
dus quadragintaocto· et ibi sepulcrū virginis gloriose ex albo mar-
more factū paulo latius xp̄i sepulcro· potestqꝫ ibi celebrari sicut et sup
sepulcro xp̄i· Et habet duas ianuas ꝑ quas ingrediatur vel egrediatur
Illic intemeratū virginis gloriose corpus· eius post mortē ab aposto-
lis honorifice traditū sepulture· sed tercia post die vt pie creditur assum
ptum fuit in celum· anime virginis beata resurrectione vnitū· Est ibi
plenaria remissio·

De monte Oliueti et locis sacris in eius ascensu·

Hinc egressi ecclesiā ꝑgentes ad sinistrā· venimus ad pedem
montis oliueti· vnde paululum ascendentes accessimus locū
illum sub rupe quadam cōcaua· vbi xp̄us orans positusqꝫ in
agonia factus est sudor eius tanq̄ȝ gutte sanguinis decurren
tis in terrā· Ibi etiā videt̄ lapis sup quē angelus stās cōfortabat eū·
Inde descendentes quantū iactus est lapidis· venimus ad locum vbi
xp̄us Petrū Jacobū et Johannem reliquit· dicens eis sedete hic donec
vadam illic et orem·
Inde ascendimus denuo in locū illum vbi sanctus Thomas aposto-
lus fertur cingulū virginis gloriose accepisse dū ip̄a assumeret̄ in celū
Inde procedentes intrauimus ortū in locū vbi xp̄s fuit captus· et vbi
Petrus abscidit Malcho auriculam·
Ibi prope ostenditur locus signatus lapidibus vbi judas osculo xp̄m
tradidit jūdeis· vbi et judei ip̄i resupini cadebant· cristo eos interrogā-
te et dicente· quem queritis·
Adhuc amplius ascendentes in eū ꝑuenimus locū· vnde xp̄us videns
ciuitatem Jerusalem in die palmarum fleuit super illam dicens· Si
cognouisses et tu ⁊c̄·
Inde altius scandentes illo preximꝰ· vbi angelus dn̄i palmā dicitur
virgini gloriose detulisse· atqꝫ diē mortis eius sibi ꝑnūciasse ⁊c̄·

Unde paululum progressi inter ascendendū venimus in collem quendam cui nomen est galilea. Et est locus ille de quo angelus xpi annūcians resurrectionē. dixit discipulis p̄cedet vos in galileā ibi eū videbitis sicut p̄dixit vobis. nam et ante passionē suā xpus eis promiserat dicens. postq̄ autē resurrexero p̄cedam vos in galileā. id est locū iam memoratū. nō regionē galilee que longe distat a loco isto.
Tandem in cacumen montis venimus. vbi est ecclesia quedā in eo fabricata loco vnde xpus videntibus discipulis eleuatus est in celum et nubes suscepit eū ab oculis eorū. In eadē ecclesia prope ingressum est lapis quidā sup quē xpus stans ascendit in celum. in quo adhuc pedū eius relicta vestigia cernūtur. et p̄sertim pedis dextri. Distat aūt locus ascensionis xpi ab Jerusalem leucis cōmunibus tribus. et illic prope locus est vnde mare mortuū ꝓspici potest. vbi quondā ciuitates quinq̄ videlicet Sodoma et Gomorra et alie stabāt. cū adiacente prouincia. postmodū in vltionē peccati cōtra naturā submerse. Distat vero ip̄m mare mortuū ab isto loco miliaribus septem. et tamen vix ad dimidiū distare videtur.

De locis in descensu montis Oliueti.

Igitur per aliā viā descendentes de monte oliueti. Primum in quādā venim⁹ ecclesiā. vbi sancta Pelagia requiescit. vbi etiā dū viueret rigidissimā penitentiā et arduissimā exegit.
Inde paulo post venimus in villā Bethphage vnde xpus misit duos discipulos Jerosolimā die ipsa palmarū dicens eis. Ite in castellum qd̄ contra vos est. et statim inuenietis asinā alligatam ₇c̄.
Inde haud procul venimus in ecclesiā sancti Marci euangeliste. quo in loco apostoli post xpi ascensionē symbolum fidei cōdiderūt. singuli singulos articulos spiritu haud dubiū dictante diuino depromentes.
Inde iterū non longe est alia quedā desolata ecclesia in eo loco quondam cōstructa. vbi xpus discipulis suis modū orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater noster qui es in celis ₇c̄.
Inde paululum descendentes ad lapidem quendā venimus. sup quo virgo gloriosa maria solita erat quiescere. quando loca ista sacra frequenter pagrans atq̄ deuotissime visitans sepius fatigabatur.
Postmodū ad ecclesiā sancti Jacobi minoris primi Jerosolimoꝝ ep̄i descendimus. In eo loco xpus post suā resurrectionē eidem apostolo apparuit. in quo etiā loco post mortem suam sepultus fuit. licet postea inde fuerit translatus. Nam iudei ip̄m ostendentē xp̄m esse filiū dei. de pinnaculo templi p̄cipitauerūt. et cū adhuc constanter xp̄m p̄dicaret. quidam cū partica fullonis cerebrū eius excussit.
Inde non longe sepulcrū extat zacharie prophete. vnde profecti in locum venimus vbi quondā erat villa Gethsemani.

De locis in valle sub monte Oliueti.

Tandem in vallem vsq3 descendimus vbi turris quedam stat-
in qua Absolon dicitur fuisse sepultus. et ibi est magn9 acer-
uus lapidū. q2 pagani via illa trāseuntes. lapides ꝑ fenestrā
quandā in turrim proiciūt. quasi exprobrantes et vindica-
re volentes eius inobedienciam. et rebellionem aduersus patrem suum
Dauid. quem fugatū de ciuitate persequebatur vt habetur secundi re-
gum quinto decimo. et tribus sequentibus capitulis. Inde venitur in-
vallem Siloe. In pede vero mōtis oliueti ad leuam locus ostenditur
vbi Judas laqueo se suspendens. crepuit medius. In hui9 vallis syloe
introitu. fons quidam satis clarus reperitur aliquantulum sub terra
scaturiens. vbi virgo gloriosa pannos illos sepenumero lauit. quibus
filium suum adhuc infantulum inuoluit. Inde venimus ad natatori-
am syloe. ad quam cristus cecum natum cūm fecisset lutum ex spūto et
inde liniuisset oculos eius misit dicēs. vade et laua in natatoria syloe.
Qui abijt et lauit et venit videns. que historia per longum texitur Jo
hannis nono capitulo.

Inde pergentes locū illum vidimus iuxta arborē quandā. vbi ysaias
propheta lignea serra per medium sectus fuit iussu Sedechie regis. Et
est ibi hodie ortus olerum 7c. Ibi etiam mūlte sunt cauerne et latibu-
la siue receptacula. in quibus apostoli et alij sancti plures ob metū iu-
deorum latuerunt.

Inde digressi ad agrum peruenimus achaldemach. id est agrū sangui-
nis. qui emptus fuit triginta argenteis mercede scilicet xpī tradicōnis
in sepulturā peregrinoꝝ. et valent tres ex illis denarijs vnū ducatū.
Est autē ager ille ꝑdictus. quatuor muris inclusus in modū turris. su-
perius testudine coopertus. habens foramina desuꝑ distincta septem. ꝑ
que defunctoꝝ corpora xpianoꝝ intus proiciuntur. fecitq3 eum sancta
Helena in hanc redigi clausuram. Est autē latitudinis quinquagin-
ta pedum. longitudinis vero septuaginta duorū.

Omnibus hijs visitatis locis Jerosolimā reuertebamur ex itinere tan
to nōnichil fatigati. iam refectionis hora instabat. qua expleta quieti
fessa dedimus mēbra.

De transitu in Bethleem et de locis adiacentibus.

Vespere itaq₃ facto· die q̄ua supra id est q̄uartadecima Julij que festū erat diuisionis apostoloꝝ· in montem Syon perreximus ad fratres· vbi paratos inuenimus asinos· quibus ascensis in Bethleem vsq₃ properauimus· que quinq₃ leucis ab Jerusalem distat· Exeuntes autem Jerosolimā ad dūo miliaria· venimus ad locum vbi stella reapparuit magis· que disparuerat ipis Jerusalem intrātibus: de q̄ matheus dicit· ecce stella q̄uā viderāt magi in oriente antecedebat eos· vsq₃ dū veniēs staret supra vbi erat puer· Deinde ad quandā venimus ecclesiam constructam in loco vbi propheta helias natus fuisse phibetur·

Jnde nō longe locus ostenditur vbi angelus dn̄i Abacuc prophetam cincinno capitis sui sublatū· transtulit in babiloniā· depositq₃ iuxta lacū leonū in quo erat daniel propheta quē Abacuc allatis cibis et potu aque refocillauit

Jbi prope locus est in quo patriarcha Jacob moratus dicitur· vbi et sepulcrū est Rachelis sue cōthoralis sub quercu ꝛc·

Inde in Bethleem vsqꝫ pergentes· ad ecclesiā mire pulcritudinis ꝑue=
nimus in honore virginis cōsecratam· longitudo eiꝰ ducentoꝝ viginti
octo pedū· latitudo vero octogintaseptem· Moꝝ vbi illo venimꝰ · fra=
tres minores ꝓcessionem ordinauerūt· quā nos accensas gestantes in
manibus candelas· e vestigio sequebamur· Primūqꝫ venimus ꝑ ambi=
tum monasterij ad quoddā altare· ibi est locus vbi xp̄us est circūcisus
Inde processimus ad aliud quoddā altare· ibi est locus vbi tres reges
munera sua aptabāt et donā· dn̄o offerenda·

Inde ꝑ gradus quosdam lapideos descendimus in quandā capellam
pulcerrimā sed paruā· secus cuius altare maius est locus xp̄i natiuita=
tis quondā diuersorium· locus vtiqꝫ sacratissimus· vbi puerpera beata
virgo maria solem iusticie regem peperit supremū ·

Inde ꝓcedentes venimꝰ ad aliud quoddā altare sub rupe quadā exci=
sum· vbi magi dn̄o aurū· thus· et mirrā obtulerūt· Ante dictū altare est
locus vbi erat p̄sepe in qd̄ beatissima virgo et mater natū filiū reclina=
uit· vilibus pānicůlis inuolutū· Retro vero dictū altare multa sancto=
rum Innocentū ibidē ab herode interfectoꝝ corpora multo tp̄e incogni=
ta iacuere· Vnde in ambitū monasterij reuertentes· in aliā quandā ꝑ
gradus lapideos descendimꝰ capellam· in honore gloriosi Jeronimi de=
dicatā· vbi et corpus suū multo iacuit tp̄e humatū· donec tandem Ro=
mam ad sanctā mariā maiorē fuit translatū· In eodem loco ip̄e glorio=
sus et laboriosus doctor ecclesie bibliam de hebreo transtulit in latinū·
et grecū· et mansionē illic multo tp̄e habuit· suāqꝫ eximiā peregit deuo=
tionem simul et cōuersationē· Illic nō longe aliud est quoddā altare·
vbi sanctus Eusebius eiusdem Jeronimi discipulus et imitator studio=
sus fuit sepultus·

Inde exeūtes in ambitū sepedicti venimus monasterij· vbi terminata
ꝓcessione illic quieuimꝰ· manducauimꝰ et bibimus· mansimusqꝫ vsqꝫ
post mediā noctem· ex tūc enim fratres missas celebrauerūt in locis su=
pradictis donec illucesceret· Latior ipsius Bethleem et locorū ei adia=
centiū descriptio infra habetur·

De reditu ex Bethleem in Jerusalem

Mane igitur facto die· xv· Julij· regressi sumus ex Bethleem
in Jerusalem ꝑ aliam viam· Insidiantibus autē nobis pa=
ganis haud inscijs nostris cōductoribus· nec obstante sal=
ua guardia· inuaserunt nos arabes et viginti quatuor duca=
tos exegerūt a nobis· quos et soluimus vt vitā redimeremus·

Venientes autē inter redeundū venimꝰ ad quandā ecclesiā desolatam
dictā ad sanctū Nicolaū· que distat a Bethleem ꝑ leucā vnam· ibi san=
ctus Paulus primꝰ heremita· et sanctus Eustachius ꝑhibentur fuisse se=
pulti· Illic prope alia est quedā ecclesia ad beatā virginem nūcupata·
in eo loco vbi xp̄o nato angelus ad pastores ait· Annūcio vobis gau=
dium magnū· quia natus est nobis hodie saluator mundi· Ex eadem

ecclesia nullus lapis a paganis quacunq; potest subtrahi virtute aut
ingenio vel arte aufferri. Qui vero id psumūt vel subito periclitantur
vel etiā moriūtur. sed nec iumenta puta equi vel asini illi possint loco
absq; periculo propinquare vt certa cōperimus relatione. Ibi etiā pro
pe sunt grandes quedā olive in loco vbi facta est cū angelo priori mul
titudo celestis exercitus laudantiū et dicentiū nato iam xpo gloria in
excelsis deo.
Inde nō longe est quedā capella in eo loco vbi angelus dñi in somnis
apparuit Joseph dicens. Surge et accipe puerū et matrem eius et fu-
ge in egiptū. et esto ibi vsq; dum dicam tibi.
Ibi etiā est sepulcrū duodecim prophetarū. Ibi etiā mons quidā est in
quo dauid Goliam funda et lapide prostrauit. Ibi et ager Boos vbi
idem dauid leonem interfecit et vrsum.
Inde ad domū venimus Zacharie. in quā post salutationē angelicā
et xpi cōceptionē virgo abiens in montana cū festinatione intrauit et
salutauit Elisabeth. canticūq; illud dulcissimū dictauit. Magnificat
anima mea dñm. In superiori eiusdē domus loco. quondā fuit eccle-
sia hodie penitus destructa in eo fundata loco vbi zacharias repletus
spiritu sancto prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israel q2 visi-
tauit et fecit rc. Vbi etiā postulans pugillarē. scripsit de filio suo Jo-
hannes est nomen eius. Ibi prope ostenditur locus natiuitatis ipius
xpi pcursoris Johānis. Fuitq; ibi quondā ecclesia que hodie desolata
stabulum pstat iumentis asinis et equis.
Postea ad Symeonis iusti et timorati habitationē venim9. qui xpm
psentatū in templum in vlnas suas accepit dicens. Nūc dimittis dñe
seruū tuum in pace rc. Paulo post ad duas leucas ab Jerusalem ad
quoddā venim9 claustrū ad sanctā crucē appellatū. qd greci monachi
inhabitant. in quo iuxta maius altare olim arbor quedā dicitur stetis-
se. de cuius ligno Crux xpi dicitur facta fuisse. Prope illud monaste-
rium dicitur quondā fuisse ortus egregius et cōclusus Salomonis.
Inde pgentes Jerosolimā. vidimus in valle claustrū quoddā. qd ad
sanctū Sabba dr. qui illic quondā abbatis officio functus. plurimis
pfuit monachis. quoꝝ numerus ad. xiiij. milia dr interdū excreuisse.
Igitur die qua supra scz. xv. Julij Jerosolimā rediuim9 circa horam
prandij. factaq; refectione quieuim9 paululū. eo q2 nocte subsequēti in
templū dñici sepulcri secūdo dicebamur admittēdi. Nam ter in ipm
peregrini ex more veteri intromittūtur. Adueniente ergo hora septima
noctis. apertis templi ostijs ingressi. illic mansim9 p noctē totā. et q̄sq;
ꝓ voto sancta visitauit loca. In aurora diei crastine id est. xvj. Julij
ex nostris cōperegrinis nobilibus plerīq; cingulū accipientes milita-
rem. et cōsuetas ceremonias de more obseruationesq; peragentes clam
ipis paganis q̄ id nō bene ferūt. gloriā adepti sūt militarē. Quibus rite
expletis. fratres sepedicti missas in dñico celebrauere sepulcro in loco

crucifixionis xpi monte scz caluarie· quo facto iterū templum egressi· in nostro nos collegimus hospicio· quieti et refectioni congruā operam dantes· eo qđ eodem sero in Bethaniā equitare oportebat ꝛc.

De transitu ex Jerusalem in Bethaniam.

Igitur die qua supra id est· xvi· Julij circa horā vesperarum profecti de monte Syon· venimus in asinis nostris in Bethaniam· que est retro montē oliueti· distās ab Jerusalem quatuor leucis· Illic ecclesiam ingressi· monumentū vidim⁹ in quo Lazarus iacuerat quadriduanus· quē ihesus a mortuis suscitauit· Inde nō longe est domus Symonis leprosi· qui rogauit ihesum vt manducaret cū eo· Et eo ibi discūbente maria magdalena afferens alabastrū vngenti· secus pedes dñi astans incessanter crine soluto diua vestigia ei⁹ osculabatur· lacrimis plena atqȝ irrigabat· detergebatqȝ officio capillorꝝ.

Ibi prope est domus marthe hospite dñi· domus quoqȝ marie magdalene· quibus visis Jerosolimā denuo repedauimus.

In crastino id est· xvij· Julij· cōtractū fecimus cū dñis in Jerusalem sup cōductu et salua guardia vsqȝ in montē Synai· et inde vsqȝ in ortū balsami· de quo infra patebit in secūda hui⁹ operis parte latius.

De transitu ex Jerusalem ad Jordanem.

Postera die· id est· xviij· Julij arripuimus iter versus Jordanem· licet multe nobis occurrerent difficultates· preyerunt qȝ nobiscū aliqui ex fratribus montis Syon cōcomitantibus simul et cōducentibus nos quibusdā paganis· propter Arabes ne in eorꝝ manus incideremus· vnde et multā satis erogauim⁹ pecuniā. Trāsiuimus aūt p montē Oliueti versus bethaniam· et tandem venimus ad quandā habitationē vbi quondā fuit claustrū· hodie vero ytalico sermone terra russo· id est latine terra rubea appellatur· distans a Bethania miliaribus octo· Ibi est locus in quem Joachim secessit postq̄ ab Abiathar pontifice cū sua oblatione a templo tanq̄ in lege maledictus vtpote sterilis repulsus est· vnde tali notatus opprobrio· et erubescens cōtribulium suorꝝ oculos· domū redire noluit· sed cū pastoribus suis p dies aliquot remāsit· donec ad angeli iussum tandem fuit regressus.

Deinde p montana iter· vij· miliariū fecim⁹ versus Jericho· et est via illa de qua in euāgelio dr· Homo quidā descendebat ab Jerusalem in Jericho· et incidit in latrones ꝛc. Estenim hodie trāsitus ille satis periculosus· In jericho multa legitur dñs fecisse· p̄sertim in domo zachei in qua et hospicio fuit receptus· ipo zacheo de hoc plurimū gaudente· qȝ talem et tantū hospitē meruit habere.

Item ante jericho locus ostenditur vbi cecus clamabat· licet ꝓhibitus a turbis· ihesu fili dauid miserere mei· et moxq visum recepit.

In jericho nocte vna pnoctantes mane facto· ad jordanē preximus· q̄ est in spacio sex leucarū ab jericho· et venimus ad eū locū vbi xps fuit

baptisatus a Johāne·ibi aquis ipsis jordanicis nōs abluentes et balneantes·a peccatis omnibus mūdari exoptabamus·nam et ibi plenaria est remissio omniū veccatoꝝ·

Est autē Jordanis jūdee fluuius a duobus fontibus·quoꝝ vnus Jor alter dan vocat᷑· Jordanis nominatus·Nascitur aūt sub libano monte·diuidens Arabiā et Judeam·qui ꝑ multos circuitus iuxta Jericho in mare mortuū influit·qđ ipm absorbet penitus et consumit·Hic fluuius tpe messis triticee que solet in palestina vernali tēpore iam maturescere·cōsueuit plus solito habūdare·qđ accidit ex imbris serotini inundatione·et ex niuiū resolutione vt dr Josue·iij· vbi sic habetūr Jordanis ripas aluei sui tpe messis impleuerat ⁊c̄· Hic fluuius in multis est priuilegiatus·qꝛ in primis regionē fideliū judeorū a regione incredulorꝝ paganoꝝ scꝫ ab Arabia separauit·Deinde qꝛ corā filijs israel se aperuit·et eis ad terrā ꝓmissionis transitū p̄bens·in arche dn̄i et populi p̄sentia se diuisit·vt habetur Josue·iij·

Itē qꝛ leprā Naaman syri abluit et mūdauit vt habet᷑ quinti regū·v·

Item qꝛ ꝑ sui diffusionē sanctitati helye et helizei testimoniū ꝓhibuit qꝛ vtriusqꝫ imperio obediuit vt habetur q̄rti regū·ij·

Item qꝛ ferrū cōtra naturā aliarū aquarū nō abscondit in fundo suo·immo ad supficiem illud remittens· prophete qui pdiderat ipm vt reciperet eleuauit vt patet q̄rti regū sexto·

Itē qꝛ ex tactū mūdissime carnis dn̄i sanctificari meruit·quo mediante dn̄s vim regeneratiuā aquis cōtulit et humane salutis sacramentū in aqua fieri ordinauit·

Item qꝛ in jordane Johānes baptista·et celos aptos videre et vocem patris audire meruit·immo totius trinitatis misteriū baptisando dominū cognouit·patrē in voce·filiū in carne· spiritū vero sanctū in columbe specie vt habetur Luce·ij·

Inde ad ecclesiā sancti Johannis baptiste properauimus extructā in eo loco vbi ipse quondā in deserto morabatur· Fuit ibi ante tempora ista monasteriū quod greci monachi inhabitabāt·sed hodie est omnino desolatū· Ibi sanctus ip̄e Johannes videns ad se venientem ihesum vt baptisaretur ab eo·dixit digito demonstrans Ecce agnus dei qui tollit peccata mūdi·

Ibi etiā locus ē vnde helias in cūrru igneo raptus fuit in paradisum·

Inde nō procul ad leuam est claustrū quoddā in eo loco vbi sanctus Jeronimus rigidissimā legitur penitentiā fecisse· Illic paululū quieuimus·postac ꝓfecturi ad mare mortuū· prius tamen vallem illā inquisiuim⁹ et intrauimus vbi quondā sanctus abbas Saba monasterio p̄fuit·in quo quatuordecimmilia monachoꝝ ferūtur fuisse vt supra etiā habitū est·Et q̄q̄ nulle sint ibi indulgentie· tamen qꝛ claustrum ip̄m non longe aberat illuc accessimus·

DEinde ad mare mortuū preximus·vbi quondam Sodoma et Gomorra alieq; fuerūt ciuitates·nec est ibi aliqua indulgentia Sed de hoc mari et ceteris locis supra memoratis infra latius suo loco dicetur·

In hoc mari mortuo Tyrus serpens inuēnitur· vnde tiriaca cōficitur Est autē serpens ille longitudinis dimidie vlne· spissitudinis vero ad modū digiti vnius· diuersis et cōmixtis inter se coloribus respersus· Estq; cecus et tam noxio plenus veneno vt nullo et possit remedio mederi·nisi pcisione eius mēbri qd illo fuerit infectū· Prouocatur autem serpens ille cū fuerit capiendus ad mirā indignationē· vngule cuiuscupiam pcussione·vnde et caput eius intumescit·et cauda· ex cōcursu veneni de toto corpore in mēbra dicta·que subito vno dumtaxat ictu sibi ampūtantur·alioquin venenū extractū nil valeret·

De mandato Soldani nullus Tirus alio duci potest nisi ad Chayrū vbi ipe manet Soldanus vbi et venalis reperitur tirus dūtaxat·

Deinde reuersi Jericho·ad montem vetum⁹ quarentena cognominatūm·et ascendimus in eū locū vbi xp̄us ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus·

Ibi capella quedā est in rupem quandā incisa·estq; periculosius satis ascensus ille et descensus·et pro sui altitudine difficilis·vnde et peregrini rarissime in eius vsq; summitatē conscendūt·nos vero in cacumine eius fuimus·nō absq; labore ingenti et periculo·Quē descendentes· venimūs ad fluuiū helisei cuius ipe sanauit aquas steriles et amaras qui est ad pedem montis· Juxta quem cōsedentes manducauimus et bibimus fatigati ex labore ascensus et descensus·Hic fluit iuxta locū galgale a parte australi vsq; Jericho et ibi tandem influit in jordanem·

Inde recreati paulisper Jerosolimā sumus regressi·

Reliqua huius itineris loca et alia mari mortuo vel Jericho cōtermina infra latius habentur descripta·

Hoc autem iter nequaq̄ est peregrinis absq; tutoribus siue cōductoribus paganis aggredi temptandū·eo q arabes hijs in locis desertis latitantes frequenter spoliant homines·

Omnibus igitur locis superius assignatis per nos visitatis atqꝫ
ꝑlustratis. plures ex nostris cōperegrinis ad recessum se para-
uerūt. pauci vero id est. xviij. dūtaxat ex omni illa multitudi-
ne quoꝝ deus tetigerat corda. nobiscū manere decreuerūt ad virginem
gloriosam et inclitā martirē Katherinā nobiscū pariter profecturi.

Adueniente ergo iam die. xxj. mensis Julij. que erat solennitas sancte
marie magdalene. sole ad occasum vergente. alij in Rama vsqꝫ redie-
rūt et inde Japha vbi quisqꝫ in suā se recepit galeam. Quoꝝ post reces-
sum triginta quattuor diebus nos Jerosolimis mansimus. quo exple-
to tpe omnibus necessarijs paratis. datisqꝫ vie ductoribus. iter illud gra-
ue et laboriosum. aggressi fuimus versus montē sanctū Synai. Verū
inter manendū Jerosolimis crebro et pluries sacra visitauimus loca
singula queqꝫ diligentius ꝑspicientes perqꝫ scrutantes. Nam et bina
adhuc vice in sanctū templum dn̄ici sepulcri prece et ꝑcio fuimus ad-
missi. ita ꝙ quinquies ip̄m intrauimus. Sic et ad domū Pylati datis
muneribus clam et occulte bis ꝑuenimus. et diligenter loca illa vidi-
mus vbi xp̄us fuit flagellatus. coronatus. et cruci adiudicatus. Estqꝫ
ibi plenaria remissio omniū peccatoꝝ.

Sic et alia pleraqꝫ loca sancta illo tempore ꝑlustrauimus a confratri-
bus nostris inuisa. Nam pre nimio estu qui tūc erat ire ꝑ deserta loca
versus Synay nō poteramus. et ob id morā traximus in Jerusalem
longiorem. Imminente autē festo sancte Anne qđ sub die. xxvj. Julij
currebat. industria et patrocinio cuiusdam pagani. occulte in domum
sancte Anne ingredi fuimus ꝑmissi. vbi quondam pulcra fuit ecclesia
eius in honore fabricata. quā pagani hodie pro suo habent vsu. et musch-
leam ex illa fecerūt. nec permittūtur peregrini illam introire nisi forte
valde occulte. Ex illa ecclesia venimus in ambitū ei contiguū. et inde
in criptas quasdam descendimus subterraneas et tenebrosas. quas ac
censis candelis ingressi venimus ad locū vbi beata Anna diem clausit
extremū. Deinde in locū vbi ipsa gloriosam virginē peperit mariā. vbi
et plenaria est remissio omniū peccatoꝝ.

Ibi de lapidibus particulas quasdam assumpsimus eo ꝙ pregnanti-
bus mulieribus consolationi et medele fore dicantur.

Eodem die in probaticā piscinam que prope dictam est ecclesiam veni
mus. vbi xp̄us infirmos plures curauit. de qua et in euāgelio Johan-
nis. v. habetur. ꝙ angelus dn̄i statuto tempore descendebat in eā et mo-
uebatur aqua et sanabatur vnus languentiū et expectantiū illic aque
motū qui primus in eam descendisset. Et est ibi indulgentia septennis
cum totidem carenis.

Illis etiā diebus in alia pleraqꝫ loca preximus que sunt propinqua
Jerusalem et in circuitu eius. de quibus iam nūc latius disseretur.

Sequitur cōpendiosa terre sancte descriptio. et singuloꝝ locorum
quorum habet nomina sequens pictura.

Ad pleniorem habendā noticiā et intelligentiā locoꝝ illoꝝ · Jerusalem ciuitati sancte adiacentium de quibus sacra in pagina crebro fit mentio · potissimū in libris historicis veteris testamenti scz Josue Judicū · Regū · Paralipomenon et ceteris · sed et noui testamenti pene singulis voluminibus · etiā ad declarationē euidentiorē picture et descriptionis terre sancte que hic habetur · subscriptā inserui terre sancte diuisionē q̄ue valebit nō nichil immo q̄z multū deseruiet p̄dicantibus et legentibus frequenter scripturas p̄sertim memoratas ·

Sciendum autē in primis q terra ista quā sanctā dicim⁹ · que cecidit in sortē duodecim tribuū israel pro pte aliqua dicebat' regnū iudee · q̄ erat duarū tribuū scz Jude et Beniamyn · Pro pte altera dicebatur regnū Samarie ciuitatis scz · que nūc Sebaste dr · Et erat caput decē tribuū reliquarū q̄ israel dicebatur · Vtrūqz tamen regnū istud cū tota terra philistym · quondā dicebatur Palestina que erat ps syrie · sicut Saxonia et Franconia ptes sunt teuthonie · et Lombardia et Tuscia ptes ytalie · Ad hoc aūt plenius intelligendū · Nota q plures sunt Syrie diuersis scz nominibus nuncupate · Tota enim terra a tigri fluuio vsqz ad egiptū generaliter syria nūcupatur · pars tamen ei⁹ prima que est inter fluuios Eufraten et Tygrim · et protenditur p longū ab aquilone in austrū · hoc est de monte Tauro vsqz ad mare rubrū appellatur Mesopotamia syrie · quasi media inter aquas · Et habet gētes multas videlicet Persas et Medos · quibus ab austro cōiungitur Chaldea · in qua est Babilonia scz magna iuxta fluuiū Chobar · vt patet Genesis · xj · et illi ibidem ab austro adiacet Arabia vsqz ad mare rubrum · qd in locis illis synus arabicus dr ·

Prima tamen pars totius hui⁹ mesopotamie que aquilonem respicit · in qua est ciuitas edissa que antiquitus Arath vel rages medoꝝ · nunc aūt rase dr · specialiter mesopotamia syrie nūcupat' et hec ē prima syria Secūda est syria Cheleth siue celes · que incipit a fluuio Eufrate · et terminatur in riuo valanie qui fluit sub castro Margad · et cadit postea in mare magnū · Jn hac celessyria erat insignis illa et famosa quondā ciuitas Antiochia cū alijs vrbibus ad eam ptinentibus scilicet Loodicia Hispania et alijs multis ·

Tercia est syria phenicis · que incipit a p̄dicto fluuio valonie ab aquilone · et extenditur versus austrū vsqz ad petrā incisam siue desertā sub monte Carmeli qui postea vocabatur · et erat castrū munitissimū peregrinoꝝ sub dominio quōdā fratrū de militia templi cōstitutū · Jn ista syria erāt nobiles olim et magne ciuitates atz multe scz Margad · Antheradū · Tripolis · Barutū · Sydon · Tyrus · Accon · Capharnaū · Et appellat' syria phenicis a phenice filio Agenonis fratre Cathim qui tyrum instaurauit · et eā metropolim hui⁹ terre cōstituit · atqz terrā ipam suo nomine appellauit ·

Quarta est Syria damasci· in q̄ua est ciuitas Damascus metropolis huius p̄dicte q̄ et tercie syrie phenicis scz ab oriēte cōiūgit᷑. Dicit᷑ tamē ista q̄rta syria etiā syria libanica quia mōs libani in ea p̄clarus habet᷑.

¶ Post istā quartā syriam sequitur Palestina que Philistym proprie nūcupatur· Unde nota ꝙ tres sunt palestine que tamen omnes sunt syrie magne partes· Prima palestina est cuius metropolis est Jerusalem cū omnibus montanis suis vsq̃ ad mare mortuū et vsq̃ desertum cades barne· Secūda est cui⁹ metropolis est Cesarea palestine siue cesarea maritima cū tota terra philistym· incipiens a p̄dicta petra incisa· siue castro peregrinoꝝ· et se extendens vsq̃ basan cōtra austrum· Tercia est cui⁹ metropolis est bethsan sita sub monte gelboe iuxta iordanem· Ista palestina dr̄ proprie galilea· siue cāpus magn⁹ esdrelon·

¶ Sūt etiā similiter tres Arabie· similiter maioris syrie partes· Et est prima cui⁹ metropolis est boseron que nūc bussereth dr̄· olim tamen bozora dicebatur· Huic cōiūgitur traconitidis regio· et yturea ab occidēte· Damascus vero fere ab aquilone· quā ob causam syria damasci aliquotiens arabia vocatur· Unde aretha rex de arabia dicitur· qui in rei veritate erat rex damasci· Secūda est cui⁹ metropolis est ciuitas olim rabath dicta· sup torrentem arnon sita· Ista arabia erat terra filiorūm Amon· licet ciuitas fuerit de moab· Item fuit de regno Seon et includebat regnū basan et montē galaad· et cōiūgitur prime arabie a parte australi· Tercia arabia est cuius metropolis est mons regalis· qui carath dicitur· olim tamen petra deserti dicebatur· sita sup mortuū mare· et cōtinet sub se terrā moab que proprie syria sebal dicitur· et totā ydumeam siue montē Seyr· et totā terrā circa mare mortuū vsq̃ ad cades barne· et vsq̃ ad syongaber et aquas cōtradictionis versus mare rubrū per latissimas solitudines vsq̃ ad flumen Eufraten· Hec est Arabia magna in qua est Mecha ciuitas· vbi est sepultura detestabilis Machumeti· Hucusq̃ de situ terrarū terre sancte adiacentiū dicta sufficiāt· que pro maiori parte de dictis venerabilis patris dn̄i Jacobi de Vitriaco sancte romane ecclesie quondam legati in terra sancta sunt assumpta· Ceterū ad particularem descriptionē ipsius terre· que in possessionē decē tribuū cessit· stilum vertamus·

Diuiditur autem terra sancta in plures partes respondentes diuersis plagis celi· incipiendo semper a ciuitate Acconensi· que antiquitus Ptholomeida dicebatur· et erat vrbs gloriosa et insignis· sed hodie penitus desolata cernitur· Ab ea tamen ob situ eius cognientius linee protenduntur ad omes terras alias· que hic sub cōpendio describentur ꝙ ab aliqua aliarū ciuitatū· Primū igitur descriptionis initiū sumitur ab ipsa ciuitate Acconensi· per directā lineam procedendo versus Tyrum· et inde ad alias ciuitates sequentes de quibus suo loco dicetur·

Sciendū tamen ꝙ hec ciuitas Accon nūquā fuit de terra sancta. nec a filijs jsrael possessa. licet autē in distributione terre. tribui Aser fuerit assignata. aserite tamen nūquā possiderūt eam. Est autē in prouincia phenicis sita. habens ab austro carmelum montē ad quatuor leucas et ciuitatē Caypham ad pedem montis eiusdem vltra torrentē zyson. vbi helyas propheta sacerdotes baal interfecit. vt habetur. iij. regū. xviij. Phenicia vero regio siue syria phenicis adhuc extenditur vltra. contra austrū ad tres leucas vsqꝫ ad petrā incisam. que castrū peregrinorum dicitur. qui locus terminus est phenicis cotra austrū.

Accon autē ciuitas munita valde erat muris mirabilibus turribus et fossatis et barbicanis fortissimis. triangulamqꝫ habebat formā vt clipeus. cuius due partes iūgebantur magno mari. tercia pars campū respiciebat qui ipam circūdabat. habebat quoqꝫ duas leucas latitudinis et plus in ptibus aliquibus vel etiā minus. fertilis valde erat tam in agris ꝙ̄ in pascuis et vineis et ortis. in quibus diuersi generis fructus crescebant. sed ob frequētes terrarū illarū vastationes etiā ipa deperijt destrūcta penitus.

Inde contra aquilonem ad quatuor leucas est casale lamperti iuxta mare vineis similiter et ortis. aquis fluminibusqꝫ habundās sub monte saron constitutū.

Inde transcenso monte saron ad tres leucas est castrū Laūdaleon qd Allexander obsidens tyrū dicitur cōstruxisse. Sed baldūinus rex postea Jerusalem illud denuo instaurauit et quibusdam nobilibus qui inde cognominabātur tradidit possidendum.

Inde modicū amplius ꝙ̄ per leucam vnam est puteus ille āmirabilis aquarū viuentiū iuxta viā ad tyrū quantū iacere potest arcus. Cuius aque sicut dicitur in canticis fluūt impetu de libano. Quāuis aūt singulariter dicatur puteus. sunt tamen q̄tuor eiusdem dispositionis sed disparis quātitatis. Vnus enim qui pcipuus est habet quadraginta cubitos latitudinis et longitudinis et est quadratus. alij tres circa. xxv. omes muris fortissimis de lapidibus durissimis de opere insolubili ad altitūdinem haste vel amplius circūdati. In quibus ita colligitur aqua et exaltatur ꝙ ad omnē partem aqua fluit vltra muros. Sūt tamen nichilominus inde aqueductus facti p riuos descendentes tante profunditatis et latitūdinis. quāta est statūra vnius hominis. Deducūtur autē aque iste p totā planiciem tyri et rigantur inde orti. et terra adiacens vbere satis glebe. Distant autem fontes isti a mari magno paulo amplius ꝙ̄ iacere possit arcus. et in isto modico spacio impellūt sex rotas molendini satis magnas. et statim in mari absorbentur. Fonti isti ad litterā videtur cōuenire illud ecclesiastici. xxiiij. Rigabo ortū plantationū et inebriabo ptus mei fructū et ecce factus est michi trames habundans et fluuius meus appropinquabat ad mare. Multas comoditates cōferūt incolis aque iste.

De isto fonte minus q̄ȝ vna leuca est Tyrus ciuitas in litore maris si-
ta. de cui⁹ p̄conio satis habetur in ysaia et Jeremia. et ceteris sacre scri-
pture libris. habuit aūt de p̄dicto puteo aquarū viuentiū venā vnā p
traco͠ies et piramides mirabiles (quarū vestigia et ruine adhuc vide͂
tur) illuc ductam. Ciuitas Tyrus d̄r a filio Japhet cōstructa post di-
luuiū. sed a phenice vt dictū est supra. instaurata Metropolis phenicie
est effecta. in gyrū habebat murorū ambitū et maior fuit ciuitate Accō
nensi. formā habebat rotundā sita in corde maris in rupe durissima et
vndiqȝ mari circūdata. nisi in fronte ciuitatis cōtra oriente͂ vbi eā pri-
mo Nabuchodonosor et postea Allexander fecerūt cōtiguā terre quan
tum iactus est lapidis. cincta erat muro forti et alto. et ad. xxv. pedes
spisso. qui etiā murus munitus erat turribus duodecim fortissimis qui
bus etiā turribus cōtinuabatur arx ciuitatis siue castrū munitissimū. et
in rupe et in corde maris sitū. munitū etiā turribus et propugnaculis
que expugnare totus mūdus vix debuisset. Multe erāt in ciuitate ista
reliquie sicut legitur in ecclesiastica historia de martiribus sub Diocle-
ciano ibi passis quorum numerus est soli deo notus. Origenes ibidem in
ecclesia sancti sepulcri requiescit in muro cōclusus. fuerunt ibi columne
marmoree et aliorum lapidū tam magne ꝙ stupor erat videre. Sedes
archiepiscopalis erat in ista ciuitate et fuerat metropolis phenicie. habe-
bat suffraganeos baruteñ. sydoneñ. et acconeñ. epos. Et extendebatur
ista metropolis vsqȝ ad petrā incisam sicut dictū est siue castrū peregri-
norū. Ante portā ei⁹ orientalem ad iactū duarū sagittarū inter arenas
ostenditur locus p̄dicationis ihesu xpi. vbi eo loquente ad turbas Ex-
tollens quedā mulier vocem de turba dixit. Beatus venter qui te por-
tauit et vbera que suxisti ⁊c̄. et est lapis ibi magnus in loco in quo tūc
stabat ihesus. qui locus nūqȝ arena operitur. cū tamen arena copiosa te-
nuissima ibi sit et volatilis sicut in ptibus occidentis et aquilonis nix
volare cōsueuit tpe hyemis et cumulos facere circa sepes et loca similia
impulsu venti. Iste enim locus in medio arenarū sp̄ nudus p̄manet et
estate et hyeme. De tyro ad tres leucas modicas cōtra aquilonem flu-
uius eleutherus intrat mare magnū ad quē vsqȝ Jonathas p̄secutus est
regem Demetriū. sicut habetur primi Machabeorum. xij. Iste fluuius ve-
nit de yturea siue galilea gentiū de cōfinio illo qđ dicebatur antiqui-
tus terra roob et postea zabulon et fluit sub castro belfort. qđ fuit mili-
cie templi iuxta boema vsqȝ quo Josue p̄secutus est quinqȝ reges. sicut
dicitur Josue. x. De isto fluuio ad duas leucas est sarepta sydoniorum.
ante cuius portā australem ostēditur capella in loco vbi Helyas pro
pheta vt habetur tercij regū. xvij. venit ad mulierē sareptanā vbi et mā-
sit et eius filiū suscitauit. et ostenditur ibidem cenaculū in quo quieuit.
Sarepta vix octo domus habet hodie. cū tamen ruine eius ostendāt eā
fuisse gloriosam valde. Inde ad duas leucas est sydon vrbs olim ma-
gna phenicis. cui⁹ magnitudinē adhuc ruine ei⁹ testantur q̄ etiā vix crede-
rentur. Fuit autē in cāpo p longū disposita tendēs ab austro in aqui-

lonem sub mōte antilibano inter ip̄m et mare speciosa et spaciosa valde. De ruinis tamen eiꝰ alia est edificata parua quidem sed munita si haberet defensores. et est ex parte vna in corde maris sita. habens hinc inde duo castra satis munita. vnū ab aquilone in rupe quadam in corde maris situm. qđ ibidem edificauerūt peregrini qui de teuthonia venerant. Aliud ex parte australi in colle sitū firmū opido. Que castra cū ciuitate milites tenuerūt templi olim. Terra adiacens fertilis valde est et habundans omnibus bonis et aere saluberrimo. etiā sunt ibidē canne mellis. etiā vinee ibi erant quondā valde bone. que tamen a sarracenis nō modo hic sed et vbiq3 in terra ꝓmissionis negligūtur. neq3 coluntur quidem ab eis. quippe qui vina bibere nō debent sed neq3 ab alijs coli sinūtur. Ante portam orientalem ciuitatis antique que nūc est deserta est capella edificata in loco vbi ad dn̄m venit rogans pro filia demoniaca mulier chananea in via. que versus ytuream et cesareā philippi ducit. De hoc habetur mathei. xv. vbi dicit Egressus ihesus secessit in ꝑtes tyri et sydonis. et ecce mulier chananea a finibꝰ illis egressa clamauit &c. Mons antilibanus distat a sydone ad vnam leucā cōtra orientalem plagam. Incipit autē mons iste sup fluuiū eleutheriū de quo dictū est ante et protenditur vltra vsq3 tripolim ad quinq3 leucas fere p quinq3 dietas et nusq̄3 recedit de mari per duas leucas nisi iuxta tripolim vbi fere distat a mari p tres leucas. Interdū tamen ita accedit ad mare qđ locus est inmeabilis omnino. Habundat autem vineis optimis scđm illud. memoriale eius vt vinū libani. Vltra sydonem ad quinq3 leucas est nobilis illa et antiqua ciuitas Barutum vbi dicitur dn̄s p̄dicasse vbi judei facta imagine de pasta ei illuserūt et tandē crucifigentes sanguinē ab ea in magna quātitate extraxerūt que vsq3 hodie in multis locis venerationi habetur. Episcopus huiꝰ ciuitatis sicut et sydonis suffraganeus erat olim archiepi tyrenß et terminabat ibi metropolis tyrenß. et vltra ad tres leucas in fluuio qui passus canis dicitur qui ibidem magnū mare ingreditur terminabatur similiter patriarchatus Jerosolimitanus. Et incipiebat patriarchatus antiocenus et comitatus tripolitanus qui locus passus canis dicitur. et est locus inmeabilis p terram nisi de sarracenoꝝ voluntate. pauci enim ibi viri prohiberent transitū de facile toti mūdo. De baruto ad sex leucas super mare est bibliū ciuitas prima de patriarchatu quondā antioceno habens episcopū. de ista dr̄ in ezechiele. xxvij. capitulo. in cōmendatione tyri. Senes biblij et prudentes eiꝰ habuerūt nautas ad ministeriū varie supellectilis tue. nunc ciuitas ipa bibleth dr̄. et est satis parua. De biblio ad q̄tuor leucas ē botrū ciuitas opulenta quondā in vino valde nobilissimo et omnibꝰ bonis mūdi. sed nūc funditus ē destructa. Inde ad tres leucas est castrū nephim in mari sitū fere totū. qđ erat principis antioceni. in quo fuerūt. xij. turres bone. et locus munitus valde. vinū huius ville magis nominatū erat inter omnia vina partiū illarum.

De Nephim ad duas leucas est ciuitas tripolis nobilis valde. et fere tota in corde maris sita sicut tyrus et populosa multū. De serico multa fiūt in ea opera. Terra illi adiacens dici potest absqꝫ dubio paradisus propter amenitates infinitas in vineis oliuetis. ficetis canamellis quibus omnibus in alijs ꝑtibus similes vix reperientur. Campus aute ciuitatem cōtinet in longitudine leucam vnā. in latitudine dimidiā. In quo spacio sunt orti multi. in quibus fructus diuersi crescūt. et in quātitate magna atqꝫ copia. Libanus distat a ciuitate ista ad tres leucas ad cuiꝰ pedem oritur fons ortoꝝ fluens impetu de libano sicut dicitur in canticis. Fons iste humiliter nasci videtur. sed subito inualescēs fluuiū facit vehementē et magnū valde. Iste rigat omnes ortos. et planiciē inter tripolim et libanū. et cōmendat mirabiliter regionē. Aque eiꝰ optime sunt frigide et dulces. et plura loca religiosa constructa erant quondā suꝑ riuos eius. et ecclesie multe. Venit aūt sicut dictū est de radice montis. et pro ꝑte circuit montē leopardoꝝ. et postea ꝑ ortos deducitur rigans ip̄os. Tribus aūt fluminibus bene magnis mare ingreditur p̄ter riuos alios qui in locis diuersis similiter in mare fluūt. et pro certo de isto fonte verū est qđ d̄r in hester. qꝛ fons paruus creuit in flumen magnū et in aquas plurimas redūdauit. De tripoli ad duas leucas est mons leopardoꝝ. rotūdus in aspectu et satis altus. distans a libano ad vnā leucā. In huiꝰ pede aquilonari spelunca est in qua erat monumentū habens duodecim pedes longitudinis qđ sarraceni deuote frequētāt. dicentes illud esse sepulcrū iosue qđ nō credo verum esse. Quia textus dicit eū sepultū esse in thamnathsare iosue vltimo. que est iuxta sychem in latere montis effraim. Sed creditur potius istud esse sepulcrū chanaan filij cam filij noe. vel alicuius filij filioꝝ eius qui ad litterā circa locū illum habitasse probatur vt infra dicetur.

De spelunca illa ad tres leucas cōtra aquilonē fere est finis antilibani et libani similiter. et vbi vterqꝫ terminatur ostenditur hodie castrum archas qđ arathꝰ filiꝰ chanaan edificauit. et suo nomine appellauit sicut dicit glosa Gen̄. x. capitulo. Et gloriosa et pulcra et fertilis ē terra ista vbi libanus terminatur. de cuius situ et longitudine infra dicetur cū de cesarea philippi. et iordanis ex ortu fecero mētionē. De castro archas ad dimidiam leucā est Syn opidū qđ Syneus filius chanaan frater arathei edificauit post diluuiū nō ꝓcul ab archas sicut dicit glo. Gen̄. x. Nestorianus tamē quidā ibidē habitās requisitus dixit michi opidū illud appellari synochim. Et idem dixit michi quidā sarracenꝰ. Ibidem sub castro Archas et opido Synochim est planicies magna et amena. et fertilis valde vsqꝫ cōtra castrū crach qđ firmat hospitalis sancti Iohānis fere ꝑ leucas vndecim longitudinis. et ꝑ sex leucas latitudinis vsqꝫ ad Anterandū que nūc Tortosa dicitur. Planicies ista multa habet casalia. et pulcra nemora oliuarū et ficuū et arborū aliarū diuersi generis et ligna multa. Preterea habūdat fluminibus. et pascuis

pinguibus supra modũ· vnde turcomãni et madianite et bodwini ibi=
dem habitant in tabernaculis cũ vxoribus et filijs et pecoribus suis et
camelis vidi ibidem gregem maximũ camelorꝝ· Planiciem istã circũ=
dant quedã montana ab oriente nõ multũ alta· que incipiũt iuxta ar=
chas et ꝯtendũtur vsqꝫ in Crach· In hijs montanis habitabãt quidã
sarraceni qui dicũtur vãnnigeri effeti et malitiosi et xpianis infesti.
Iterum ab Accon procedendo cõtra aquilonẽ occurrit primo castrum
qđ dicebatur mons fortis· qđ fuit hospitale teuthonicorꝝ· sed nũc peni=
tus est destructũ· Inde quatuor leucis cõtra eandẽ plagam est choron
castrũ muniũ ꝗ valde qđ dñs tyberiadis cõtra tyrũ edificauerat cũ tene=
rent eam sarraceni. distans a tyro septem leucis.
Inde quatuor leucis est ciuitas antiqũa Asor dicta in qũa habitauit
rex ille potens Jabin qui cũ viginti quatuor regibus pugnauit et con=
tra josue et israel ad aquas maron· de qua etiã dicitur Josue·xj· ꝙ so=
lam Asor munitissimã vorax flãma cõsumpsit· De huiꝰ ꝓconio ciuita
tis ruine eius testantur vsqꝫ in p̃sentem diem· De ea per sex leucas con=
tra aquilonẽ est fere belenas ciuitas in pede montis libani. que sicũt in
libro Judicũ đr capitulo·xviij· Lays primo dicebatur· Et cũ esset pro
cul a sydone hoc est fere·xj·leucis·et cũ nemine societatis quicqꝫ haberẽt
homines illius sitã in regione roob· ceperũt eam filij dan et vocauerũt
eam lezendan nomine patris sui dan· sepe tamen simpliciter đt danle=
zen etiã Josue·xix·scđm illud·cõgregatus est vniuersus israhel a dan
vsqꝫ bersabee· Est enim hec ciuitas cõtra septentrionem terminus terre
sancte· Bersabee vero contra austrũ scđm illud q̃rti regũ· Venit helyas
in bersabee iuda et infra et abijt in desertum qđ absqꝫ dubio ciuitati illi
est cõtiguũ·et nũc giblyn appellatur· Philippus autẽ cũ esset tetrarcha
ytũree et traconitidis regionis istã ciuitatẽ belenas siue dan suo nomi=
ne cesaream philippi voluit nominari·a grecis autẽ paneas appellat̃.
Sed hodie omnia nomina hec cessauerũt et cõmuniter belenas appella=
tur· Supra hãc ciuitatẽ hincinde oriũtur duo fontes Jor et dan et in
pede montis libani qui est ante portã ciuitatis cõuenientes in vnũ· jor
danem fluuium efficiũt· Nota tamen ꝙ in rei veritate iste nõ est verus
ortus jordanis· Dicit enim Josephus et verũ est· ꝙ ab isto loco contra
austrũ fere sexcentis stadijs est fons qui appellatur phiala semꝑ plenꝰ
et nunqꝫ effluens· sed sub terraneo meatu vsqꝫ ad istũ locũ fluit et ibi ef=
fluit scꝫ dan qđ ꝑ paleas in phialã fontẽ missas ꝛ in fonte dan receptas
sepius est probatũ· Sarraceni autẽ fontẽ illum nõ phialam sed medan
vocãt· id est aquas dan· quasi dicãt iste sunt aque dan· Me enim aqũa
arbbice đr· dan vero fons est vnus de supradictis· Est autẽ nõ longe a
sueta ciuitate iuxta piramidem sepulcri beati job in traconitide regio=
ne· de hoc aũt plenius infra dicetur· Jordanis autẽ fluuius vt dictũ est
ante portam ciuitatis Belenas cõgregatus· de duobus illis fontibus
post longos circuitus quos facit traconitidẽ et yturea seperãdo tandẽ

inter Capharnaũ et corrozaim mare galilee ingreditur quatuor leucis a Cedar ciuitate que est supra in monte sita. Medio tamẽ loco inter be=lenas et mare galilee quandã vallem ingrediens in stagnũ colligitur tpe resolutionis niuiũ de libano. diciturqꝫ hodie ad aquas Maron vbi Josue cum jabin rege Asor et alijs. xxiiij. regibus dimicauit. victorqꝫ existens ꝑsecutus est eos vsqꝫ ad aquas masrefoth. et vsqꝫ ad sydonem magnã fere ꝑ octo leucas. Hec aqua tpe estiuo exsiccatur ꝓ magna ꝑte. vnde crescũt ibi arbusta et herbe dense valde in quibꝰ latitãt leones et vrsi et bestie alie. et sunt ibi venationes regie. Valles autẽ in ip̃o liba=no et antilibano fertiles sunt et bene culte. habũdantes pascuis vineis ortis et pomerijs. habitantqꝫ in ea gentes multe

Iterũ ab Accon cõtra vulturnũ occurrit castellum ad quatuor leucas Indin dictũ in montanis saron. qđ fuit olim domus teuthonicoꝝ. sed modo est destructũ. Inde ad tres leucas est castellum regium in valle. quondã domus eiusdem. habũdans omnibus bonis et fructibus q̃ etiã in terra illa rari sunt nisi ibi. Inde leucis quatuor cõtra aquas maron est vallis senym vbi hebercineus tetenderat tabernaculum non longe a ciuitate Asor cuiꝰ vxor nomine Jahel sysaram principem milicie Ja=bin regis Asor clauo tabernaculi trassixũ ꝑ timpora interfecit. sicut dr Judicũ. v. Ab ista valle ad duas leucas est kabul qđ sarraceni zabul vocãt. terra illa terra kabul est appellata qđ displicentiã sonat vt dr tercio regũ. Inde cõtra austrũ ad duas leucas est ciuitas et castrũ ze=phet firmũ sitũ in monte altissimo qđ quondã fuerat milicie templi. Inde cõtra aquilonẽ quatuor leucis iuxta vallem senym est cedes ne=ptalim. de hac fuit Barach filius Abinoen qui cõtra zizaram pugna=uit in monte thabor. Hec videlicet cedes fuit ciuitas fugitiuoꝝ in tri=bu neptalim. habũdans omibus bonis mũdi. et monstrantur ibidem adhuc ruine magne et sepulcra pulcerrima antiquoꝝ. De castro zephet ad duas leucas secus mare galilee est ascensus montis illius in quẽ to=tiens ascendit xp̃us ihesus in quo fecit sermonẽ illũ longũ et ꝑclarũ de octo beatitudinibus et alijs virtutibꝰ qui habetur Mathei. v. capitulo In quo etiã saturauit quinqꝫ milia hominũ de quinqꝫ panibũs et duo=bus piscibus vt habetur Mathei. xiiij Illuc dimissa turba ascendit so=lus orare. fugit in ip̃m cũ vellent eũ facere regẽ Johãnis. v. Ibi docuit discipulos orare Luce. xj. In eo erat ꝑnoctãs in oratione mathei. viij. Ibi eo descendente supplicauit centurio pro puero paralitico. Ibi ad eũ venit multitudo languentiũ. Et qui vexabatur a spiritibus immũ=dis Mathei. viij. Ibi tetigit leprosum et sanauit eũ. Ibi stetit in loco campestri et turba discipuloꝝ eius. De isto monte videtur totũ mare galilee et yturea et tracõnitidis regio vsqꝫ ad libanũ montẽ. insuꝑ sanir et hermon. terra zabũlon et neptalim vsqꝫ Cedar et alia loca multa. Est autẽ longus herbosus et amenꝰ atqꝫ abilis ad p̃dicandũ. Ostẽditur adhuc ibi lapis in quo sedit p̃dicãs dñs ihesus et apostoloꝝ sessiones.

In pede montis huius iuxta mare ad triginta fere passus oritur fons
viuus muro circũdatus quẽ dicũt esse venã nili qr tzoranũ piscem nu-
trit qui nusq̃ alibi inuenitur. Josephus fontẽ hunc appellat Caphar-
naum qr totus campus qui est ab isto fonte vsq̃ ad iordanem p duas
leucas capharnaum appellatur. De fonte isto ad viginti passus supra
mare galilee est locus vbi post resurrectionẽ suã stetit ihesus in litore.
septem discipulis piscantibus dicens eis. pueri nũquid pulmentarium
habetis. vbi etiã in lapide videntur tria vestigia a dño ihesu lapidi im-
pressa. Inde ad decẽ passus est locus vbi egressi discipuli de naui vide-
rũt prunas et piscem suppositũ et etiã panem vt habetur Johãnis. xxj.
De isto loco ad vnã leucã cõtra orientem est capharnaũ ciuitas quon-
dam gloriosa. sed nũc est valde vilis vix habens septem domos paupe-
rum piscatorꝝ. Et est vere in ea impletũ illud verbũ dñi ihesu. Et tu ca-
pharnaũ si exaltata fueris vsq̃ in celum. vsq̃ in infernum detraheris.
Mathei. xj. De isto loco ad duas leucas mare galilee iordanis fluuius
ingreditur. in cuiꝰ vlteriori litore videntur adhuc ruine ciuitatis Cor-
rozaim supra mare galilee quõdam site. De loco isto scz Corrozaim ad
vnã leucã incipit ascensus montis Sanir siue seyr scd̃m quosdã et in-
troitus ydumee. Inde ad tres leucas est cedar ciuitas gloriosa et firmo
loco sita in mõte Sanir ad orientẽ. et p hanc ciuitatẽ trãsit via p litus
maris galilee ducens ad occidentẽ. In ysaia autẽ via ista vocatur via
maris trans iordanẽ galilee gentiũ. Via maris dr̃ qr omnino procedit
in litore maris. trans iordanẽ additur qr trãs iordanẽ ducit in regionẽ
que dicitur Aran. Galilee gentiũ dr̃ qr galilea ibidem in iordanem ter-
minatur. qui iordanis p mediũ huiꝰ vallis transit.
De ciuitate Corrozaim et ostio fluuij iordanis q̃tuor leucis cõtra aqui-
lonem est Switha ciuitas. vnde in Job dr̃ Baldach swithes. Juxta eã
est piramis beati job ad orientẽ in planioribus locis. Sub ciuitate ista
versus ciuitatẽ cedar. cõsueuerũt cõuenire sarraceni de Aran et mesopo
tamia syrie de moab amon et tota terra orientali circa fontẽ phialã. de
quo dictũ est supra et habere nũdinas toto tp̃e estatis propter locorum
amenitatẽ. et erigere tentoria diuersorꝝ colorꝝ. que in ciuitate Cedar ex-
istentibus in monte pulcrũ generant prospectũ valde. que tabernacula
Cedar in canticis appellantur. De ciuitate Corrozaim quatuor leucis
contra orientẽ est ciuitas Cedar in mõte alto sita. quã Josephus appel
lat Camelam. pro eo ꝙ mons in quo sita est ad modũ cameli disposi-
tus est. In principio longior ad modũ colli et capitis cameli. In me-
dio gibbũ habens vt dorsum. incipiẽs in fine in modũ caude declinare
Hic nota ꝙ sicut dictũ est supra tota terra circa jordanẽ in litore eius
orientali appellatur Traconitidis regio siue planicies libani vsq̃ ad
montẽ Hermon et bosra. Litus vero jordanis occidentale appellatur
galilee gentiũ siue yturea siue kabul' siue decapolis. et via maris trãsit
per mediũ eius ab Accon scz procedendo per vallem terre Aser que nũc
sancti Georgij appellatur. in sinistro habens ciuitatẽ sephet et p litus

maris vsq3 Cedar ad montana sc3 traconitidis regionis supra quā est
terra Aram·vnde dicit quedā glosa vir erat in terra hus nomine iob·
glosa Aram pater syroꝝ qui cōdidit damascū et syriam·cōdidit hus cō
ditorem traconitidis regionis·hic intra celessyriam et palestinā tenuit
principatum quē terra ab eo terra hus est dicta· vnde vir erat in terra
hus siue in regione traconitide· hanc habuit Philippus tetracha sicut
et ytureā que est citra regionē iordanis ad occidentē vsq3 ad montes sy
donioꝝ et tyroꝝ et acconensiū·
Iterū ab Accon ꝓcedendo directe cōtra orientē occurrūt hec ciuitates·
Prima est casale q𝔡 dr̄ Sancgeor· vbi idē sanctus Georgius dr̄ fuisse
natus· et est sitū inter montana in valle pingui·et est fertilis et amena
que amenitas ꝓtenditur vsq3 ad mare galilee·et fuit vallis sortis aser
vsq3 iuxta sephet ꝑ decē fere leucas· Et propter ei9 amenitatē ad literā
dici de ea poterat illud Geñ·xlix· Aser pinguis panis eius et p̄bens de
licias regibus·q𝔡 vtiq3 verificatū fuit in sorte tribus huius·
Inde ad q̄tuor leucas cōtra austrū fere declinādo aliqualiter cōtra ori
entē est villa Naason de tribu neptalim in valle sita·de qua legitur in
Thobia primo capitulo· Inde ad tres leucas cōtra austrū est dothaym
Geñ·xxxvij·vbi ioseph inuenit fratres suos suū sub mōte bethulie ad
vnā leucā opidū valde amenū in vinetis oliuetis et ficetis· habūdās
etiā pascuis pinguibus· Ibidē adhuc in campo ostenditur cisterna Io
seph in quā missus fuit ioseph· que est ibidē iuxta viam que de galaad
veniēs coniūgitur· in bethsaida tamē via q̄ de syria dūcit in egiptū ascē=
dens de dothaym iuxta montē bethulie et inde ꝑ campū esdrelon ꝓce=
dens sub monte Thabor ad sinistrā ꝑ campū magedo ascendit montē
effraym et venit in Ramathaym sophym ꝑq3 gazam ducit in egiptū·
Per hāc viā venerūt hysmahelite qui emerūt ioseph· De ista villa legi=
tur·q̄rti regū·vj·capitulo·ꝙ syri in ea vallauerūt heliseum qui eos inde
duxit ad mediū samarie·que distat inde fere ꝑ vnā dietam·
Nota tamen ꝙ Dothaym nō solum est villa sed etiā contrata ab ipsa
villa dicta·que illi ab antiquo adiacet·sita in terra cāpestri inter mōtes
hincinde nō multū altos irrigua fontibus et ideo pascuosa atq3 alen=
dis pecoribus apta· ¶ De Naason ad duas leucas cōtra orientē de do=
thaym cōtra aquilonē est ciuitas Neptalim de qua fuit thobias·in fir=
mo loco valde sita·habet enim ab occidente montē altū valde et peni=
tus inascensibilem·nisi a pte orientis ꝑbreue spaciū·Hanc puto tpe ex
cidij Ierosolimitani scd̄m Iosephū Iosapatā dictā·in qua idem Io=
sephus obsessus fuit a romanis et captus vt ip̄e testat᷑ nūc syrin dicit᷑·
Et distat de sephet paulo plus q̄3 leucā vnā De neptalim ꝑ duas leu
cas in angulo maris galilee vbi idem ab aquilone curuari incipit cō=
tra austrū sita est Bethsaida ciuitas Andree et Petri et Philippi·nunc
habet vix sex domos iuxta viā que de syria ducit in egiptū· habuit an
tiquitus aqueductus de fluuio quē Iosephus vocat paruū iordanem·
qui medio loco inter ip̄am et Capharnaum ingreditur mare galilee

huius vestigia adhuc apparent Inde p duas leucas cōtra meridiem
est magdalū castellum marie magdalene. cui⁹ domus adhuc ibi vide
tur. situm est in litore maris distans a bethulia tres leucas fere contra
vulturnū. et habet a pte occidentis et aquilonis planiciem magnam et
pascuosam. Et ista diuisio nō habet villas aliquas amplius circa ma
re galilee. ß in alio eius litore sunt ciuitates et castella plura ad hanc
diuisionē ptinentia in terra jerasenoꝝ que huic directe est opposita.
In hac sunt ciuitates plures vt Jerasa Gadera Pella Suitha a qua
fuit baldach Suites Thema a qua eliphas themanites et plures alie
Gerasa tamen ciuitas est in litore maris sita galilee sub monte Seyr
cōtra tyberiadem fere ß modicū declinās ad aquilonē. Et erat de tribu
manasse dimidia q̄ citra jordanē sortē acceperat. Et nota ꝙ tota terra
ista vltra mare galilee montuosa est valde. Et erat in regno Og regis
Basan. pro pte aliqua dr mons Seyr qꝛ Esau ibi habitauit vt statim
dicetur. Dicebatur insup alibi mons Sanir qꝛ ille erat in ea. Item di
cebatur mons hermon q̄ similiter illic erat. et ita a diuersis locis et mō
tibus. diuersis erat terra ista nominibus appellata. tota tamē cessit in
partē dimidie tribus manasse. sed nūꝙ eam totam possedit. Quia filij
Esau habitant in ea pro pte vsꝙ in p̄sentē diem. appellantur autē cō-
muniter sarraceni. qꝛ nec ritu nec lingua discrepāt ab eis nisi forte ton
sura et vestitu. Hic tamen sciendū ꝙ adhuc est alius mons Seyr siue
Edom cōtra desertū maris rubri de quo dr Gen̄. xiiij. ꝙ chodorlaha-
mor et alij reges cū eo percusserūt chorreos qui habitabāt in monte seyr.
qui tūc vtiꝙ nō dicebatur mons seyr qꝛ Esau qui et Seyr dictus est a
quo et mons iste appellatur nondū erat natus. vnde p anticipationē
creditur esse dictū. Item Deutronomij. ij. trāsibitis p terminos fratrū
vestroꝝ filioꝝ esau qui habitāt in seyr et timebūt vos. Hoc primo dictū
fuit filijs israel venientibus de egipto cū essent in cades barne ventu-
ris ad montē seyr qui est iuxta cades barne vbi tūc erant. sed certū est
ꝙ terminos hui⁹ mōtis seyr qui est supra mare galilee nūꝙ acceperūt
filij israel cū exirent de egipto. qꝛ iste mons seyr cōiūgitur cū damasco
quo nūꝙ puenerūt. Alius autē seyr mons de quo ibi loquitur cōiūgit͛
cū deserto pharan. quē longo tpe circuierūt filij israel ꝓhibiti a dn̄o ne
eū tangerent. Et de illo monte seyr dr Deutronomij. ij. in monte Seyr
olim habitauerūt filij israel. In isto autē monte seyr qui est iuxta ma
re galilee et montē galaad habitabat Esau eo tpe quo jacob redijt de
mesopotamia syrie cui occurrit iuxta vadū jaboth vt dr Geneß. xxxij.
Est adhuc tercius mons seyr in finibus azoti et ascolonis q̄ ascriptus
fuit tribui juda in distributione terre. sed quare sit sic dictus nō recolo
me legisse. habitatores tamen loci illius ydumei dicti sunt sicut et alij
posteri Esau ab edom ydumei dicebantur.
Item ab Accon cōtra austrū ad quatuor leucas est chana galilee vbi
dn̄s cōuertit aquā in vinū vt habetur Johānis. ij. et ostenditur ibidem
hodie locus vbi steterunt sex ydrie et tricliniūm in quo erant mense-

Sunt tamen hec loca sicut omnia alia fere in quibus dñs aliquid ope
ratus est hodie sub terra. Et descenditur ad illa in criptã ꝑ plures gra
dus. sicut etiã est locus annũciationis et natiuitatis xpi. et iste locus
in chana galilee et plura alia q̃ ostendũtur sub terra. Cui⁹ rei aliã nõ
inuenio rationẽ nisi q̃ ꝑ frequẽtes destructiones ecclesiarũ in quibus
erãt loca ipa ruine sũt sup terrã exaltate et sic eis qualiter cũq; cõpla
natis alia edificia desup sunt constructa. Cristiani vero deuotionẽ ha
bentes visitãdi loca ista et volentes ad vera loca vbi res est gesta pue-
nire. necesse habuerũt loca emundare ad gradus faciendos vt sic ad ea
ꝑuenirent. Et ideo fere omnia loca ista quasi in criptis videntur.
Chana galilee ab aquilone montẽ habet altũ et rotundũ. et est in decli
uo lateris ei⁹ sita. sub se vero cõtra austrũ habet campum et planiciem
valde pulcrã. quã Josephus appellat Carmelion vsq; in sephorũ ferti
lem nimis et amenã. ¶ Inde nõ longe sunt ciuitates ille quondã p̃po
tentes et p̃clare Tirus et Sydon. de quib⁹ etiã supra mẽtio est habita.
In quarũ ꝑtes cũ secessisset ihesus ecce mulier chananea a finibus illis
egressa clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid filia mea male
a demonio vexat̃ ꝛc. quã et ipse sanauit vt habetur Mathei. xvij. Et
est ibi indulgentia septẽnis. Multe quoq; alie ciuitates et opida in eo
dem sunt districtu. in quib⁹ legitur dñs miracula multa fecisse. vt euã
gelisste tradũt. Inter q̃s maritima quedã p̃stat ciuitas q̃tuor distãs ab
Jerusalem dietis. que hodie Barutũ est dicta. portũ habẽs marinũ. Est
et ibi nõ longe ciuitas q̃ Cappadocia appellat̃. vbi sanctus Georgius
draconẽ interfecit. Et est ibi indulgentia septennis ꝛc.
Item de baruto ad septentrionalem plagã est ciuitas quedã q̃ tripo-
lis nũcupatur vbi est locus ille in quo sancta Marina in habitu virili
monachali de crimine accusabat̃ q̃si cũ filia cuiusdam bubulci. carnis
ꝑpetrasset peccatũ Inde ꝓcedendo est ciuitas quedã Leodosia dicta
hodie destructa et desolata. vbi tamẽ inter alias ecclesias quedã est cete
ris pulcrior ad sanctũ Saluatorẽ appellata q̃ remãsit. Estq; in ea in-
dulgentia septennis cũ totidẽ carenis. ¶ Adhuc vlterius ꝑgendo veni
tur ad Antiochiam ciuitatẽ. vbi sanctus Petrus verbũ vite p̃dicãs plu
rimisq; miraculis coruscãs infra septẽ dies plusq; decc milia hominum
baptisauit. vbi etiã cõstituta sibi kathedra multitudo populi ad eũ cõ-
ueniens quotidie audiebat sanã doctrinã quã sanitatũ efficacia cõfir-
mabat. vbi et ꝑ septenniũ p̃fuit. vbi etiã primũ omniũ xpianũ nomẽ
fuit exortũ. Sũt aũt ibi plures ecclesie. nam et sedes patriarchalis illic
plurimo tpe ꝑseuerauit. Et ẽ ibi indulgẽtia septẽnis cũ totidẽ carenis.
Inde ꝓcedẽdo est ciuitas Accon dicta siue ptholomeida. de qua supra
habitũ est. vnde etiã omes hec diuisiones incipiũt ad alias scdm diuer-
sas plagas ꝓcedendo Ibi sanctus paulus verbũ vite diu p̃dicauit. Et
fuit hec ciuitas quondã sub dominoꝝ Rodensiũ ditione.
Inde venitur in ciuitatẽ Damascenoꝝ inclitã et insignem. itinere sex
dierũ ab Jerusalem distantẽ in qua sanctus paulus baptismũ suscepit

non enim longe ab ea locus est vbi subito circūfulsit eum lux de celo et
cadens in terrā audiuit vocē de celo dicentem sibi Saule saule quid me
ꝑsequeris ⁊c̄. et cū dixisset. dn̄e quid me vis facere. ait ad eū dn̄s. Surge
et ingredere ciuitatē scȝ damascū et dicetur tibi quid te oporteat facere.
Ad manus autē viroꝝ introductus damascū erat ibi tribus diebus nō
videns et nō mādūcauit neqȝ bibit. Tandē post baptismū accepto cibo
cōfortatus est et māsit cū discipulis qui erāt damasci ꝑ dies aliquot. et
cōtinuo ingressus synagogas p̄dicabat iudeis ihesum affirmans q̄ꝛ hic
est xp̄s. Tandē cōspirantibus in eū iudeis. et notificatis insidijs eorū
ꝑ discipulos noctu in sporta ꝑ murū submissus est. vt habet̄ actuū. ix.
ꝑ totū. ¶ Est etiā ibi domus Ananie qui iussu dn̄i Paulū baptisauit.
et in hodiernū vsqȝ diē locus ostenditur in muro ciuitatis. vbi a fratri-
bus in sporta fuit dimissus querentibus eū iudeis interficere. Et est ibi
indulgentia septēnis ⁊c̄. sicut et in loco sue cōuersionis de quo supra. q̄
ad dimidiā leucā distat a damasco. Sed harū ciuitatū p̄termissa vlte-
riori descriptione. q̄ꝛ nō venerūt in sortem tribuū filioꝝ israhel ad cepta
reuertamur. Igitur de chana galilee ad duas leucas cōtra meridiem
fere in via q̄ de Sepharo tyberiadem ducit. est villa quedā Rama no-
mine in qua ionas propheta dr̄ sepultus fuisse. villa ista est sub monte
sitā q̄ de nazareth veniēs includit p̄dictā vallem Carmelion a pte au-
strali. De Rama ad vnā leucā et fere dimidiā cōtra orientē. est villa
grādis quondā vt videtur nomine Abelina. de qua legitur Judith. vij
capitulo. q̄ḋ holofernes vadēs cōtra Bethuliā venit secus eā. et sic opor-
tebat q̄ꝛ propter difficultatē locoꝝ via alia illuc esse nō poterat.
De hac villa creditur oriūdus fuisse helyseus propheta. sicut dr̄. iij. regū
. xix. capitulo. et est in cōtrata illa que dr̄ Dothaim distās de ip̄a villa
ꝑ mediā leucā cōtra occidentē. Sūt in ea columne multe marmoree et
ruine magne que omnia ostendūt eā fuisse gloriosam. et est in loco al-
to et firmo sita. De Abelina ad vnā bonā leucā est mons Bethulie vbi
Judith occidit holofernē. qui mons ꝑ totā fere galileā videtur pulcer
valde et munitus. Sūt in ea adhuc plura edificia et ruine plures. sed et
in fine mōtis adhuc castellum ꝓ tuitione mōtis factū. Ibi etiā adhuc
sunt edificia castroꝝ holofernis in campo prope dothaym. et vallis in
qua Judith se lauit et quā girauit in bethuliā redeundo. De Bethulia
ad duas leucas bonas supra mare galilee inter orientē et austrū est ciui
tas tyberias. a qua mare galilee mare tyberiadis dictū aliquotiēs inue
nitur. vt habetur Johannis. vj. hec antiquitus dicebatur zenereth que
postmodū ab herode tetrarcha galilee instaurata ad honorē tyberij cesa
ris tyberias est appellata. Ibi xp̄us cū trāsiret vidit publicanū nomi-
ne leui. qui et matheus sedentē ad theloneū et ait illi. Sequere me. Qui
relictis omnibus surgens secutus est eum. et fecit ei cōuiuiū magnū in
domo sua ⁊c̄ vt habetur Mathei. ix. et Luce. v. Et est ibi indulgentia
septennis. ¶ Ibi in proximo est locus vbi xp̄us filiam archisynagogi
a mortuis resuscitauit. expellēs prius tibicines et turbā tumultuantē ⁊c̄

vt habetur Mathei·ix· Est autē longa valde iuxta litus maris plongum sita et sunt in eius australi pte balnea medicinalia· et ruine multe et magne· Palme aūt multe crescunt ibi·et sunt ibi vinee et oliueta et terra pinguis valde· Hic nota ꝙ in hac ciuitate tiberiadis scȝ terminatur regio q̄ decapoleos appellat᷑·cui⁹ fines siue extremitates sunt mare ab oriente·et sydon magna ab occidente· et hec est latitudo eius· In longitudine vero ꝓtenditur a ciuitate tyberiade et toto litore aquilonari maris galilee vsqȝ in damascū·et ꝺr decapolis a·x·ciuitatib⁹ principalib⁹ sitis in ea que sunt tyberias·sephet·Cedes neptalim·Asor· Cesarea philippi·Capharnaū·quā josephus juliam appellat· Jacopata· bethsaida·corrosaym·bethsan·q̄ satopol dicebat᷑· Sūt tamen adhuc in ea plures alie p̄ter istas· Hic nota tamē ꝙ terra ista diuersis nominibus appellatur· Dicitur enim vt supra dictū est nūc yturea·nunc regio traconitidis·nūc planicies libani·nūc terra roob·nūc kabul· nūc galilea gentiū·nūc galilea superior·et est semꝑ eadē regio licet diuersis nominibus appelletur·et nō continet multo amplius q̄ȝ dietā et dimidiā in longū et in latū·neqȝ videtur michi ꝙ longitudo excedat latitudinē nisi forte in modica quātitate· Post territoriū autē sydonense et mōtana vsqȝ barutū est proprie yturea regio in valle q̄ ꝺr bakar et q᷑ ad radices libani extenditur in longū saltus libani appellatur·

De tyberiade redeundo contra occidentē ad sex leucas et de chana galilee ad duas leucas contra austrū est Sephoru opidum et castrū desuper pulcrū·de quo Joachim pater beate marie virginis ꝺr oriūdus fuisse·

De sephoro ad duas leucas cōtra austrū fere sed modicum declinando contra orientem est Nazareth itinere dierū triū ab Jerusalem ciuitas galilee illa videlicet benedicta·in qua virgo de radice yesse exorta ad eā facta angelica salutatione de spiritu sancto cōcepit ventris fructū benedictū ihesum xp̄m· Distat autē ab Accon leucis septē· Est hodie in ca pmanens locus ecclesia scilicet quedam in honore virginis gloriose cōsecrata olim quidē in veneratione multa habita· sed hodie valde desolata· In eadem ecclesia· paruula quedam est capella extructa in loco dominice annūciationis· vbi etiam hodie marmorea quedā manet columna cui virgo ipsa fuit appodiata quando angelus gabriel missus a deo sibi attulit nūcium salutarē dicens· Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus·

Tria altaria sunt in capella et est excisa de rupe in petra sicut et locus natiuitatis·passionis· et resurrectionis· Magna quoqȝ pars ciuitatis Nazareth erat antiquitus excisa in rupe que adhuc apparet·

Ibi etiam quondā fuit synagoga· in quam cū post baptismū dn̄s venisset Nazareth vbi erat nutritus·intrauit scd̄m consuetudinem suam in die sabbati et surrexit legere· Et traditus est ei liber ysaie prophete· Et vt reuoluit librū inuenit locū in quo scriptū erat·Spiritus dn̄i super me·propter qđ vnxit me·euāgelisare pauperibus misit me· sanare cōtritos·p̄dicare captiuis remissionē et cecis visum·dimittere cōfractos

in remissionē peccatoꝝ. p̄dicare annū acceptū dn̄i et diem retributionis Et cū cōplicuisset librū. reddidit ministro et sedit. et omniū in synagoga oculi erāt intendentes in eū. et omnes mirabantur in verbis gratie que ꝓcedebant de ore ipsius. vt habetur Luce. iiij. capitulo.

Est insuper in fine ciuitatis vbi quondā erat ecclesia sancti gabrielis nuncupata fons quidam siue puteus qui ab incolis venerationi habetur de quo hausit aquam sepe vt dicitur Puer ihesus ministrās dilecte matri sue. Extra ciuitatē contra aūstrum forte quantū quater potest arcus iacere est locus qui vocatur saltus domini in monte. in cuius supercilium iudei duxerūt ihesum vt p̄cipitarent eum. Ipse aūt transiēs per mediū illoꝝ ibat. vt habetur Luce. iiij. et est ibi indul. septennis. Mox autem inuentus est xp̄us in latere montis oppositi ad iactū arcus et videntur ibidem adhuc liniamenta corporis et vestiū lapide impressa. De monte isto videtur fere tota latitudo campi magni esdrelon De nazareth ad duas leucas cōtra orientem est mons Thabor. in quē assumpsit ihesus Petrū et Jacobū et Johannē fratrem eius. et transfiguratus est ante eos. et resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. vt habetur Mathei. xvij. In huius montis cacumine est murus ambiens locum transfigurationis dn̄ice. Intra quē est ortus arboribus cōsitus et fontibus irriguus. Nemo tamen in eo habitat. sed in pede montis multi morantur pagani. Neq; enim aliquē hominē dignū arbitrantur. vt in eo monte maneat quem valde venerantur et cognominant pro reuerentia loci montē dei. Estq; plenaria ibi omniū peccatoꝝ remissio.

Ibi etiā hodie ostendūtur ruine triū tabernaculoꝝ siue claustroꝝ scdm desideriū petri cōstructoꝝ. Sūt p̄terea ibi ruine maxime palacioꝝ turriū et regaliū edificioꝝ in quib⁹ nūc latitāt leones et bestie alie. et sunt ibi venationes regie. Difficilē ascēsum habet mons iste et est altus valde ꝫ aptus pro castro cōstruendo. In pede ei⁹ australi cōtra villā Endor in via q̄ ducit de syria in egiptū est locus vbi d̄r melchisedech occurrisse Abrahe reūerteti a cede q̄tuor regū. vt habetur Gen̄. xiiij. de confinio damasci. Ad pedē vero ei⁹ ex p̄te occidentis cōtra Nazareth est capella cōstructa in loco in quo dn̄s de mōte descendens dixit discipulis suis. nemini dixeritis visionē hāc Mathei. xvij. In pede eius orientali descendit torrens cyson ille in quo barach pugnauit cōtra zisarā et vicit eum et fugauit. Torrens iste cyson collectus de aquis pluuialibus mōtis thabor et hermon descēdit cōtra mare galilee. et intrat illud iuxta castrū bellifort. q̄d fuit fratrū hospitalis sancti Johānis. De monte thabor ad dimidiā leucā cōtra Eurū est villa Endor in monte sita hermonio scꝫ modico. q̄ hermoniū non est mons p se. sed quasi tumor quidam veniens de monte hermon contra montem Thabor.

Et in eo est villa Endor sita. de qua dicitur in p̄s Disperierūt in endor In hac villa mansit mulier habens phitonem que ad instantiā saulis

samuelem suscitauit·vt dr primi regū·xxviij·qui sepultus fuit in Ra-
mathaym sophym fere ad duas dietas de illo loco·De nazareth ad du-
as leucas·de monte thabor plus vna· cōtra austrum est hermon maior
mons in cuius latere aquilonari est ciuitas Naym· cuius cū appropin-
quaret porte xpus· ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue
que et a mortuis suscitauit·vt habetur Luce·vij·Et est ibi indul·septē·
Et extenditur mons iste in longitudine fere quatuor leucis cōtra ma-
re galilee·et terminatur nō longe a loco isto vbi jordanis fluuius egre-
ditur de mari galilee·

Ceterum ab Accon cōtra northum occurret prima ps mōtis car-
meli ad q̄tuor leucas de Accon vbi locus est in quo helias pro-
pheta occidit sacerdotes baal in torrente cyson· vt dr tercij regū
xviij·qui etiā ibidem post modicū spaciū mare magnū ingreditur vna
leuca a ciuitate Caypha·sed fere ad tres leucas a ciuitate Acconensi·
Et nota de isto torrente cyson q licet in rei veritate videatur et dica-
tur vnus esse·dupliciter tamen accipitur· qr dupliciter currit· Aliqua
enim ps eius currit cōtra orientem ad mare galilee· aliqua vero currit
contra occidentē ad mare magnū·Et hec diuersitas cursus huius ex eo
contingit·q qr mons thabor et mons hermon nō longe distant ab in-
uicem trāsmittūt ad se inuicē tumorē quendā vt videatur quasi conti-
nuari in pede montis vtriusq·qui tumor maior est ex pte montis her-
mon·et vocatur hermonim·de quo dictum est supra·in quo sita est villa
Endor·et iste tumor impedit ne aque pluuiales q cadūt in vtroq mōte
descendāt ad plagā vnā omnes· Sed ps vna descendit contra orientē
et ingreditur mare galilee nō longe a ciuitate bethsan· In hoc torrente
cyson pugnauit barach cū zysara vt dr judicū·v· Alia ps descendit con-
tra occidentē ad mare magnū·Et in hoc torrente cyson helyas interfe-
cit sacerdotes baal vt dr·iij·regū·xviij· Ad istā tamen ptē que contra
occidentē fluit colligūtur aque multe de monte effraym et de locis sa-
marie propinquis·et de toto cāpo magno esdrelon et maggedo·De lo-
co interfectionis sacerdotū baal ad tres leucas cōtra austrū est castellū
montis Cayn in pede extremo mōtis carmeli·vbi lamech cayn sagitta
interfecit·vt dr Geñ·iiij·occidi virū in vulnus meū rc· De cayn monte
ad sex leucas cotra austrū est maggedo qd nūc subube dr·vbi mortuus
fuit ochozias rex juda quē hieu rex israhel vulnerauit iuxta jesrahel in
ascensu gagaber·qn etiā ipe hieu joram regē israhel sagitta interfecit et
proici fecit in agrum naboth jesrahelite vt habetur q̄rti regū·ix In hac
eadem maggedo occisus est Ozias rex juda a pharaone rege egipti qn
pficiscebat cōtra regē assiriorū ad flumē eufraten·vt dr·iiij·regū·xxiiij
Et nota q campus maggedo et esdrelon et planicies galilee vnū sunt
et idē s nomina alia acquisierūt·et appellat nūc cōmuniter cāpus fabe
a quodā castello fabe dicto·qd distat a ciuitate affeth quātū ter pt iace-
re arcus·Est autē in rei veritate campus galilee qui cingitur ab orien-
te mari Galilee et Jordane·ab austro monte Effraym et Samaria·

ab occidente partim monte effraym partim monte carmelo. Ab aqui-
lone mōtibū phenicie et libano. Et videtur habere cāpus iste in longi-
tudine decē leucas fere. in latitudine sex vel amplius. in ptibus aliqui-
bus fertilis supra modū. in frumento vino et oleo. et habūdans omni-
bus bonis mūdi. ita ꝙ videtur michi ꝙ terrā nō viderim meliorē si de-
meritis et peccatis nostris nō impedientibus eā possent colere xpiani.
De mōte Cayn cōtra orientē ad duas leucas et amplius casale mesrha
est in torrente cyson. ꝑ vnā leucā a pede mōtis hermon. De mesrha vna
leuca cōtra austrū est castellum qđ dr̄ Faba. ad cui⁹ latus occidentale
extra viā que ducit jesrahel ad dextrā ostendūtur ruine ciuitatis affeth
vbi syri pugnauerūt cōtra Achab regē israel quādo dixerūt dij mōtiū
sunt dij eoꝝ. pugnemus cōtra eos in campestrib⁹ et obtinebim⁹ eos vt
habetur tercij regū. xx. capitulo. De affeth ad vnā leucam cōtra ori-
entē ad sinistram extra viam que ducit Jesrahel in latere australi mō-
tis hermon. Suna ciuitas ostenditur quam frequētare solebat Helise-
us vadens de Carmelo ad Galgala vel jordanem. Erat enim planior
via eunti in Jhericho. vbi cum filijs prophetarum morabatur vadens
de carmelo per Sūnā in Bethsan. et inde per cāpestria Jordanis vsq
ad galgala. ideo quarti regū quarto dicitur ꝙ cū vellet ire ad jordanē
oportebat eum transire ꝑ Sunam. et hac occasione eā freqnētabat. De
ipsa etiam ciuitate eadē mulier mortuo filio suo. venit ad eum in mon-
tem Carmeli. qui distat ꝑ quatuor leucas de loco isto. hui⁹ filium He-
liseus ipē suscitauit quarti regū. iiij. Ibi castrametati sunt philistym
quādo Saul venit in gelboe. primi regū. xxviij. Et primi palipome-
non. x. De ista ciuitate Suna fuit Abisag sunamitis. que senem regem
Dauid calefecit dormiens in sinu eius. tercij regum primo. De Suna
duabus leucis contra orientem fere sed parum declinādo ad austrum
est Bethsan ciuitas inter montem Gelboe et jordanem dimidia tantū
leuca a jordane semota. in cuius scꝫ ciuitatis Bethsan muro philistym
suspenderūt cadauera Saülis. et filiorum eius in monte Gelboe occi-
sorū. primi regum vltimo. Dicebatur aliquādo Satopol vt dicit Jo-
sephus. sed nūc ab omnibus Bethsan appellatur. et est locus delicatus
valde. Supra hanc cōtra occidentē. est mons Gelboe extēdens se vsq
Jesrahel ad duas leucas. De Bethsan ad duas leucas contra occiden-
tem. oritur fons magn⁹ ad duas leucas sup̄ Bethsan. qui dicitur fons
Jesrahel primi regū vltimo. vbi philistym posuerūt castra sua cū esset
Saul in Gelboe. inter ipm̄ fontē et Bethsan. De fonte isto ad modicū
fere quātū bis potest iacere arcus est ciuitas jesrahel in loco aliquātu-
lum eleuato sita. quondā vna regaliū ciuitatū in jsrahel. sed hodie vix
habet. xxx. domos. et dr̄ hodie Sanachim. et est in pede mōtis Gelboe
ad occidentē sita. ante cui⁹ introitū adhuc ostendit̄ ager Naboth jesra-
helite. de quo. tercij regū. xxj. et distat duab⁹ leucis modicis a ciuitate
Sūna q̄ est ab ipsa cōtra aquilonē in latere australi mōtis Hermon
Isti duo mōtes scꝫ mons Hermon et mons Gelboe ita sunt dispositi

vt mons gelboe sit ab austro et hermon ab aquilone et duarũ modica-
rum leucarũ spaciũ sit inter eos. longitudo vero eorꝫ ptenditur ab ori
ente in occidentẽ. et terminantur ambo in iordane longi duabus leucis
vel plus. In planicie vero intermedia multi et magni habiti sunt cõ-
flictus. Ibi enim pugnauit gedeon cõtra madian Judicum. vj. Item
saul contra philistym. Item achitob contra syros. ibi etiã tartari con-
fli xerũt cũ sarracenis superioribus temporibus.
Nota aũt de isto monte hermon ꝙ adhuc est alius mons eiusdem no-
minis supra regionẽ traconitidẽ iuxta montẽ sanir q̃ est multo maior
et altior isto. et ille est de quo scriptura in multis locis loquitur nõ iste
In planicie vero q̃ ẽ inter montes istos incipit cõuallis q̃ dr illustris
propter sui amenitatẽ et fertilitatẽ. Et extenditur a loco isto p totũ de-
scensum iordanis vsqꝫ ad mare mortuũ. Anteq̃ enim subuerteret dñs
sodomã et gomorrã erat conuallis hec illustris q̃ irrigabatur sicut pa-
radisus et sicut egiptus vt dr Geñ. xiii. Jesrahel aũt pulcra habet pro-
spectacula p totã galileã vsqꝫ ad carmelum et mõtes phenicie monteq̃
thabor et galaad et vltra iordanẽ et totũ montẽ effraym vsqꝫ carmelũ.
Iter autẽ de monte galaad versus Jesrahel est in latere australi mon-
tis gelboe p viã valde planã de iordane p hermon et salim vbi erat Jo
hannes baptisans. et p hãc viã venit hieu de ramatha galaad qñ dixit
speculator video ego globũ hieu venientis. q̃rti regũ. ix. Nec verũ est ꝙ
dicunt quidã ꝙ nec ros nec pluuia veniat supra montes gelboe. Verũ
est tamen ꝙ in quibusdam locis petrosi sunt aridi et steriles sicut alij
montes israhel. De jesrahel quatuor leucis contra austrũ est gymin opi
dum munitũ quidẽ. ꝫ collapsum situ in pede montis effraym. a quo
opido incipit samaria. et terminatur galilea. De gymin vsqꝫ iordanẽ
sunt fere septẽ leuce contra orientẽ. et illi parti ab austro cõiũgitur ter
ra taphne q̃ habet mõtes valde altos. De gymin cõtra austrũ ad qua
tuor leucas est ciuitas Sebaste. q̃ quondã samaria dicebatur. cũ caput
esset et metropolis decem tribuũ. In qua subscripti regnauerũt reges
israhel successiue videlicet Jeroboã Nadab Baasa hela. zamri. Amri
Achab Ochosias joram Hieu joachas joas. jeroboam. zacharias. sel-
lum. manahel. phaceia. phacee. osee. In hac ciuitate postmodũ p̃cursor
dñi sanctus Johãnes baptista ab herode vinctus missus fuit in carcerẽ
et ob puelle saltatricis rogatus. immo matris sue adultere pessime mis
so spiculatore in carcere ipo decollatus vt habetur Marci. vi. Et est ibi
indulgẽtia septẽnis cũ totidẽ carẽnis. Fuit aũt ciuitas hec abolim ma
iorem immodũ insignis et potẽs atqꝫ munitissima. ꝫ hodie nec vnã ha-
bet domũ nisi duas ecclesias desolatas. de quar vna q̃ principalis erat
et sedes kathedralis. sarraceni fecerũt sibi mancria. et maxime de sepul-
cro eiusdẽ beati Johannis baptiste qđ de marmore fuit factũ ad instar
sepulcri dñici vbi idem sanctus inter Heliseũ et Abdiam prophetas
fuerat sepultus. Ista ecclesia est in latere montis sita in descensu
Alia ecclesia est in supercilio montis vbi erat palaciũ regis. hãc inha-

bitabant quondā greci et quidā monachi xpiani. Samaria autē ipsa
ad tantā miseriā nūc deuenit vt in rei veritate sit ortus olerū effecta. si-
cut achas rex eius facere voluit de vinea Naboth Israhelite eo q esset
prope domū sitā. et reuera nūc iusto dei iudicio nō solū vinea ipa sed et
palaciū ipm regis est in ortū olerū cōmutatū. Situs hui⁹ ciuitatis val
de pulcer erat. Erat enim prospectus eius vsq ad mare joppen et anti-
patridā et cesareā palestine. p totū quoq montē effrayim vsq ramatha
sophym et ad carmelū mareq iuxta Accon. habūdabat fontibus ortis
et oliuetis et omnibus bonis mūdi istius. ¶ De samaria quatuor leucis
cōtra orientē sita est Tersa ciuitas in monte alto. in q reges israel ante
cōstructionē samarie aliquāto tpe regnauerūt. et erat in sorte manasse.
De tersa sex leucis cōtra orientē in via qua itur ad Jordanem est terra
tophne. q inter ceteros mōtes habet vnū valde altū. hec similiter fuit in
sorte manasse. et protēdit vsq ad cāpestria iordanis cōtra macherōta.
De samaria ad duas leucas contra austrū iuxta viā que dūcit sichem
in monte alto ad dexterā est bethel mons in quo Jeroboam filius na-
both posuit vnū de vitulis aureis quibus peccare fecit israel.
Inde ad dimidiā leucā ad sinistrā sup viā est alius mons altior priore
qui vocatur dan supra ciuitatē sichem. in quo dicūt quidā q alius vi-
tulus aureus positus fuerat. sed alij tradūt q in ciuitate dan que nūc
belenas siue Cesarea philippi dr. et hoc videtur Jeronim⁹ potius velle
Eligat quiuis qd voluerit. certū tamen est q mons iste dan vocatur.
Inter istos duos mōtes sita est ciuitas sichem hodie Napolis. siue vt
alij dicūt napolosa vocata. amenitate nimia et delicijs habūdans sed
munita nō est. nec muniri potest vllo modo nec aliquid restat. nisi q
hostibus accedētibus ad portā vnā habitatores fugiāt p aliā si fuerint
eis pauciores et inferiores. Est aūt in valle media sita inter mōtes al-
tissimos ita vt intus iacere possit aliquis cū lapide manuali. De por-
ta eius australi quātū fere bis potest arcus iacere est fons jacob in via
que ducit Jerusalē vbi dūs fatigatus ex itinere sedens sup puteū aquā
petiuit a samaritana. Supra fontē istū ad dexterā est mons excelsus
habens duo capita quoꝝ vnum garrisym. aliud Ebal appellatur. In
monte garrisym edificato altari Josue scripsit Deutronomiū. et bene-
dicentes stabāt et maledicētes. Et de monte Ebal respondebāt vt pce-
ptū fuit Deutronomij. xxvij. Supra montē garrisym ostēditur adhuc
phanū antiquissimū jouis. olim piaci hospitale qd ad instar tēpli Je-
rosolimoꝝ edificauerat sarrabalach vel saraballa tpe Allexandri ma
cedonis. dux regionis trās flumen genero suo manasse qui voluit esse
summus pontifex. et pmansit idē templū ibi vsq ad destructionē factā
p romanos et vestigia ei⁹ et ruine adhuc videntur. hūc montē et hoc tem
plū creditur demōstrādo Jo. iiij. innuisse mulier samaritana qn dixit
patres nostri in mōte hoc adorauerūt. Ad sinistrā fontis hui⁹ est opidū
qddā magnū valde s desertū qd credo fuisse sychem antiquā. qr ruine
ei⁹ magne sūt distās de fōte ⁊ māsione jacob q̄tū bis pt iacere arcus. in

amenissimo loco sitū·nisi ꝙ aquis caret·nec vidi alias locū tam ferti=
lem et fecundū·Distat aūt de ciuitate que nūc Napolis dr̄ siue napo=
losa iactu duoꝝ arcuū·et hanc napolim quidā putant fuisse thebas·
Huic fonti adiacet prediū qd̄ dedit Jacob Joseph filio suo extra fra=
tres suos vt habetur Geñ·xlviij·et est vallis longa et fertilis et ame=
na nimis·Et nescio eque magnam vallem ibi similem in delicijs·In
sichem sepulta sunt ossa Joseph allata illuc de egipto·

De sichem quatuor leucis cōtra austrū iuxta viā euntibus Jerusalem
ad dexterā est Lepna casale pülcrū valde·Est tamē alia ciuitas in tri
bu juda Lepna dicta·sed ista fuit de tribu effraym· De Lepna quinqꝫ
leucis cōtra austrū est opidū Magmas magnū satis· qd̄ fuit terminꝰ
tribus effraym cōtra aurstū·nūc dr̄ Byra et fuit quondā fratrū mili=
cie templi· Juxta latus eius australe sunt termini inter tribū effraym
et benyamin·De magmas cōtra austrū ad vnā leucā est Gabaa saulis·
vbi oppressa fuit vxor Leuite·que venit de Bethleem· ꝓ qua fere tota
tribus benyamin deleta fuit Jüdicū·xix· De ista ciuitate Gabaa fuit
oriūdus Saul filius Cis primus rex ysrahel· De Gabaa ad vnā leucā
contra austrū est villa Rama in mōnte sita ad sinistrā eūtibus in Je=
rusalem extra viā nō longe·De hac creditur dictū illud Jeremie·xxxj
Vox in Rama audita est ⁊c̄· De Rama ad düas leucas cōtra austrū
est ciuitas illa gloriosa Jerusalem ciuitas dei summi locus vtiqꝫ san=
ctus quē elegit dn̄s vt esset nomen suū ibi ⁊c̄·

Nota tamē prius ꝙ plures sunt ville in terra sancta que dicūtur Ra=
ma: Vna iuxta Techuam circa viā que ducit in Ebron·Alia in tribu
neptalym nō longe a castro zephet·Tercia est ista de qua hic dr̄· Quar
ta sylo que similiter Rama dr̄: Rama autem excelsum interp̄tatur·et
reuera omnes iste ville in collibus excelsis sunt site· De sychem igitur
procedendo cōtra austrū ad jordanē primo ad q̄tuor leucas est Emon
opidū valde bonū in ameno loco sitū·habūdans quondā omnibus bo
nis·Et fuit de sorte effraym· De Emon ad q̄tuor leucas cōtra orientē
in descensu montis effraym ad duas leucas a jordane in campestribus
est zephet casale vbi torrens carith descendit de mōte·tercij Regū·xvij
in quo mansit helyas quādo corui deferebāt ei cibū mane et vespere·

De zephet ad vnā leucā ad sinistrā versus terrā tophne est castrū Doch
in quo ptholomeus filius Abobi insidiose cepit symonē· primi macha=
beoꝝ vltimo· In loco isto multū plane videtur terra Galaad et duaꝝ
tribuum et dimidie· Terra esebon et montana moab mons abarym et
phasga et nebo·et descenditur hic in campestria jordanis· et sunt loca
plana vsqꝫ in jericho et vltra ꝑ totū descensum jordanis vsqꝫ ad mare
salinarū·montes etiā abarym et phegor et phasga et nebo sunt directe
cōtra locū istū vltra iordanē· Sciendū etiā ꝙ ab ortu jordanis sub mō
te libano vsqꝫ ad desertū Pharan fere ꝑ centa miliaria et amplius ipse
iordanis in vtroqꝫ litore cāpos latos et amenos habet· et postea idem
campi circūdantur mōtibus altissimis hincinde vsqꝫ ad mare rubrū·

De zephet fere contra austrū sed tamen declinando parū cōtra orientē
ad quinqȝ leucas est locus galgala vbi longo tēpore castrametati sūt
filij israel trāsito jordane et fuerūt ibidē quidā ex eis circūcisi.
De galgalis ad dimidiam leucā cūdo in Jericho ad dexterā vltra viā
est mons quarentena dictus vbi dn̄s quadraginta diebus et noctibus
ieiunauit altus mons et difficilis ad ascendendū. sed tēptatus est dn̄s
ipe in alto monte. qui p tres leucas distat ab isto supra in deserto a la=
tere bethel et hay australi. Subter quarentena fere quātū bis potest ia=
cēre arcus. oritur fons helisei et effluit cui⁹ aqūas sanauit heliseus quia
amare erant et steriles. Hic fluit iuxta locū galgale a pte australi. et
impellit ibidem magna molendina. et postea diuisus in riuos plures
rigat cānamellas et ortos vsqȝ jericho et infra. et influit in jordanem.
Juxta galgala ad dimidiā leucam contra austrū est vallis Achor sub
monte vbi lapidatus fuit idem achor pro furto anathematis.
De galgalis cōtra orientē ad vnā leucā jericho ciuitas sita est quondā
gloriosa. sed nūc vix octo habet domos. et sunt ibi vix vestigia ville. et
omnia monimenta sacroꝝ locoꝝ in ea penitus sunt deleta.
De Jericho ad duas leucas post jordanem est capella in honore sancti
Johānis baptiste facta. vbi creditur dn̄s baptisatus. credūt tamen qui
dam iuxta saltim hoc factum esse. sed ecclesie solennitas cōtradicit. Que
facta sunt in jericho satis sunt nota.
De jericho ad duas leucas iuxta mare mortuū ē bethagla vbi filij isra=
hel planxerūt patrē suū Jacob mortuū qn̄ eū tulerūt de egipto Gen̄. l.
Distat aūt ad vnā leucā de jordane et habitabāt ibi quondā monachi
greci. De jericho tribus leucis de jordane est capella sancti Johānis et
mare mortuū qđ lacus aspalti. id est bitūminis vel mare salis dicitur.
Istūd diuidit arabiā et judeā. et est in litore eius orientali terra moab
et amon et mons seyr. et extenditur vsqȝ ad cades barne et desertū pha
ran. Ostendit᷑ circa mediū eius in litore orientali mons roob qui anti=
quitus petra deserti dicebatur. nūc vero Crach dr. castrū munitū valde.
qđ balduinus rex postea Jerusalem edificauit ꝓ regno Jerusalem di
latādo. Sed nūc Soldanus tenet illud. et reponit ibi thesaurū totius
egipti et arabie. De Crach ad duas dietas cōtra vulturnū est arcapolis
nūc petra dicta. metropolis totius arabie secūde. olim tamen Ar dice=
batur. et erat in torrente Oron sita in cōfinio moabitarū et Amonita=
rum et Amorreoꝝ. In eodem litore est locus vbi Balaam fuit ductus
in montana moab vt malediceret filijs israel. De jericho quinqȝ leucis
contra Affricū est Segor opidū sub monte Engaddi inter quē et mare
mortuū est statua salis. in quā vxor Loth fuit versa Genesis. xix. pro
qua videnda multo labore opus est. Habet autē mare mortuū in lati
tudine q̄ ꝓtendit᷑ ab oriente in occidentē sex leucas. In longitudine q̄
protenditur ab aquilone in austrū dicūt sarraceni ꝙ habet quinqȝ die=
tas summe tenebrosas sicūt est caminus inferni. multa dicūtur et scri=
buntur a diuersis de mari isto que ptranseo tanqȝ multis nota.

Hic tamen nota ꝙ de vapore huius maris tota vallis illa que diceba
tur quondã illustris et vere dico ꝙ a fine hui⁹ maris qui est in deserto
pharan vsqꝫ supra Jericho ad dimidiã dietam fere reddita est inutilis,
ita vt nec gramen proferat nec germen aliquod omnino ꝑ totã latitu-
dinem suã: que quinqꝫ vel sex est aliquando leucarũ. nisi iuxta ciuitatẽ
jericho vbi cãnemellis et orti rigantur de fonte helisei. Et o tremẽdum
procerto dei iudiciũ qui ꝑ tot secula annoꝝ peccatũ adeo ꝓsequitur so-
domoꝝ ꝙ etiã terra penas ipas luit ꝑ tot milia annorũ. A dextris in-
sup et a sinistris montes steriles sunt et aridi. vel barbare habitatõnis
ꝑ stadia longa terrarũ. vbi vapor idem ꝑtingere potest vento impellen
te. Dicũt quidã iordanem aquas suas nõ miscere: sed priusqꝫ illuc veni
ant a terra absorberi. Sed sarraceni procerto dicũt ꝙ intrat et exit. sed
post modicũ spaciũ de exitu suo a terra absorbetur. Excrescit antẽ mare
istud interdũ de resolutione niuiũ de libano et alijs mõtanis. de inun-
datione iordanis et torrentis jaboth et hermon. et sareth: de pluuijs ca-
dentibus in galilea monte galaad. terra moab. et amon. et seyr. de qui-
bus omnibus aque descendũt ꝑ iordanem ad mare istud. Inueniť etiã
in eo bitumen collectum de fundo ipius qḋ vento agitante adheret sibi
mutuo. et appulsum litoribus tollitur in magna quãtitate. et est medi
cinale. et forte nõ soluitur nisi mẽstruo sanguine. et appellatur gluten
iudaicũ. Unde et lacus idem aspalti et bituminis appellatur. Dicitur
enim Genesis. xiiij. ꝙ vallis siluestris que nũc est mare salis. habebat
puteos multos bituminis et hodie sunt plures in litore eius. Et hec de
isto mari dicta sufficiant. De galgale loco de quo dictum est supra
tribus leucis de fonte helisei tantũdem cõtra aquilonẽ in montanis a
latere aquilonari quarentene. est hay ciuitas quã expũgnauit Josue
rege interfecto vt dr Josue. vj. De hay ad vnã leucam fere cõtra aqui-
lonem sed aliquantulũ declinãdo ad occidentẽ est Bethel ciuitas que
quondã Lusa dicebatur. in tribu beniamyn vbi jacob vadens cõtra oc
cidentẽ quãdo fugit a facie Esau fratris sui lapidem capite supponẽs
obdormiuit. et vidit scalam stantem sup terrã. et cacumen eius tangẽs
celos Genesis. xxviij. et erexit lapidẽ in titulum. et appellauit nomen
eius Bethel. De Bethel ad vnã leucam cõtra aquilonẽ versus Rama
que et sylo dr est palma Delbore vxoris Lapidoth. q iudicauit israel.
et Barach misit ad pugnandũ cõtra Zizaram in monte Thabor Ju-
dicũ. iiij. De bethel ad duas leucas de Jerusalem tribus nõ longe a Ra
ma Beniamyn est anatoth viculus sacerdotũ modicus. a quo jeremias
propheta extitit oriũdus. Juxta anatoth inter orientẽ et austrũ. inci-
pit desertũ illud qḋ est inter Jerusalem et Jericho: qḋ nũc desertũ qua-
rentene dicitur. et extenditur vsqꝫ supra galgala vsqꝫ ad desertũ cõtra
Thecuam et Engaddi iuxta mare mortuũ. Supra mare mortuum in
litore eius occidentali de Segor ad vnã leucã est ascensus montis En
gaddi. in quo aliquãdo inuenitur Dauid latuisse cũ saul ꝓsequeretur eũ.

In circuitū montis illius et in ipso erat quedā vinea balsami· sed tpe
herodis magni Cleopatra regina egipti in odiū ipius herodis· fauente
sibi Anthonio· transtulit eā in Babiloniā egipti· Et cultores balsami
dicūt q a meridie sabbati vsq ad diem lune boues nullomodo trahere
possunt aquā illā etiā si in frusta cōciderentur· Ortus habet in longi=
tudine quantū bis potest iacere arcus· in latitudine iactum lapidis· et
nūc nō colitur vinea balsami in egipto nisi a xpianis· et rigat de quo=
dam fonte in quo dr beata virgo sepe puerū ihesum baptisasse· sunt ta=
men surculi vinearū valde nobiles in engaddi sed nō colunt eos sarra
ceni· et xpiani nō habitāt ibi qui colere possent eos Sub engaddi iuxta
mare mortuū sunt arbores pulcerrime· s fructus earū quando decerpit
interius fauilla et cinere plenus inuenitur vt supra habitū est.
Montes engaddi alti sunt valde et sūt mirabilis dispositionis prerupti
rupibus et vallibus· qui etiā videntibus incutiant horrorem.
De jericho ad quatuor leucas cōtra occidentē via q ducit in Jerusalem
ad sinistrā quarentene est castrū Adomyn vbi ille q descendit ab Jeru=
salem in jericho incidit in latrones· Luce· x· qd modernis tpibus mul=
tis cōtingit ibidem· et ab effusione frequēti sanguinis locus ille nomen
accepit· Est enim horribilis visu et periculosus valde· nisi aliquis va=
dat sub cōductu· ¶ De adomyn ad duas leucas cōtra occidentē est ba=
thurim de tribu benyamin· de quo fuit Semei filius gemini· qui male=
dixit dauid quādo fugit a facie Absolon· vt dr· ij· regū· xvj· Et ē castrū
satis pulcrū et in monte alto situ· Subtus vero in valle contra orientē
in via regia de adomyn est lapis q vocatur beon filij ruben magnus in
modū clibani· et videtur esse marmor· De bathurim cōtra occidentem
quātū bis potest iacere arcus loco pcliuiori est bethania castellū mar=
the et marie· ante cui⁹ introitū minus q̄ sit iactus lapidis iuxta cister=
nam in campo ostenditur locus vbi dn̄o bethaniā venienti primo oc=
currit martha· et postea maria ab ea vocata· Jo· xj· In bethania ad=
huc ostenditur domus symonis leprosi· in q recubuit dn̄s ihesus quādo
maria magdalena venit ad eū afferens alabastrū vngenti· et stans re=
tro secus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius· et capillis capitis
sui tergebat· et osculabatur pedes eius et vngento vngebat· vt habetur
Luce· vij· Ista domus marthe in qua fuit sepius hospitatus dn̄s est ho=
die ecclesia in honore eius et marie magdalene fabricata· Sepulcrum
autē Lazari de quo resuscitatus fuit nō longe ē ab illa ecclesia· vbi etiā
est facta capella valde decens et pulcra· et monumentū eius marmore
tectū· Sarraceni multū honorāt sepulcrū istud propter miraculum re=
suscitationis ibi factum a dn̄o· Recedendo de bethania nondū videtur
Jerusalem propter montē oliueti interpositū· s ostenditur primo tu=
mor quidā terre· et videtur ps quedā ciuitatis dilecte cū monte syon·
Descenditur igitur de monte et iterum ciuitas dilecta occultatur·
Item sub latere orientali montis oliuete iuxta Bethphage q ad iactū
lapidis dimittitur ad sinistrā sub monte offensionis in valle· viculus

valde paruis ascenditur per latus australe et giratur mons oliueti. ve
niturq; ad locū vbi dn̄s asinum ascendit et cōtinuo resplendet ciuitas
cū templo et ecclesia sancti sepulcri et sanctis locis ceteris. Venit ergo
ad descensum mōtis oliueti vbi turbis p̄cedentib9 et sequētibus. clamā-
tibus quoq; osanna filio dauid. et letantibus sup benedicto ei9 aduen
tu ipse videns fleuit amarissime sup illam. Inde procedendo venitur in-
ter locū orationis ei9 in agonia et locū captiuitatis ei9 in gethsemani.
Trāsitoq; torrente cedron venitur in golgatha vbi crucifixerūt eū &c.

CEterū ad descriptiones p̄tis terre que adhuc restat redeamus.
De Jerusalem igitur procedendo duas leucas cōtra angulū q̄ui
est inter occidentē et septentrionē est mons sylo qui et distat de
gabaa saulis vnā leucam et plus. et de rama benyamin similiter. In
hoc loco fuit archa dn̄i longo t̄pe. et tabernaculum federis quod fecerat
moyses in deserto. De ista ad vnā leucā paruā est Gabaon ciuitas de
tribu benyamin sita in eodē mōte. vnde et ibi d̄r fuisse excelsum maxi-
mū. Istius ciuitatis incole miserūt ad josue in galgala nūcios audien
tes cūcta q̄ fecerat josue jericho et hay. callideq; cogitātes tulerūt sibi ci-
baria. saccos veteres asinis imponētes. et vtres vinarios scissos atq; cō
sutos. calciamētaq; pantiqua. q̄ ad indiciū vetustatis cōsuta erāt. indu
ti veteribus vestib9. Panes quoq; quos portabāt obuiaticū duri erāt.
et in frusta cōminuti. et ita venientes ad josue omnesq; simul israhel dixe
rūt. De terra longinq̄ venim9. pacē vobiscū facere cupiētes &c. vt habet
Josue. ix. capitulo. ¶ De Jerusalem ad q̄tuor leucas cōtra occidentē
est Emaus castellū vbi dn̄s ambulans cū duobus discipulis in spetie
peregrini/agnitus est in fractione panis. hec villa hodie Nicopolis ap-
pellatur. De Jerusalem tribus leucis sub monte sylo contra occiden
tem est Bothoron inferior de q̄uo fit mētio in libro josue et machabeor
et est de tribu benyamin. ¶ De jerusalem ad q̄tuor leucas et dimidiam
contra occidentē eūtibus dyopolim siue liddam est chariathiarim que
fuit vna de vrbibus gabaonitharū. in qua viginti annis māsit archa
dn̄i postq; de philistym est reducta. De chariathiarim ad duas leucas
fere cōtra occidentē est lachis similiter vna de vrbibus gabaonitharū.
cuius mentio fit q̄rti regū. xviij. quā obsedit sennacherib t̄pe ezechie. et
fuit de tribu benyamin. De chariathiarim ad duas leucas cōtra austrū
fere est bethsames opidū q̄d ad differentiā alterius bethsames q̄ in nep-
talim est d̄r bethsames jude. Attamen in rei veritate erat de tribu Dan
que fuit circa sortem jude iuxta mare. In campo hui9 ville due vacce
de accaron reduxerūt archam dn̄i quādo bethsamite metebāt triticū in
valle et mortui sunt de ip̄is. lxx. viri et quinquaginta milia plebis eo
q̄ vidissent archam dei nudā. vt habetur primi regū. vj. De Jerusa-
lem ad decē leucas contra occidentē est Ramathasophym p̄tim de tri-
bu benyamin et p̄tim de tribu effraym erat sita tamē in mōte effraym.
Planicies enim illa sic appellatur. licet mons nō sit sed cāpus planus

Dicta etiā fuit Aromathia de qua fuit Joseph nobilis decurio qui se-
peliuit dn̄m ihesum xp̄m· Samuel propheta fuit de ea oriūdus et in ea
sepultus· hodie dr̄ Ramula· De Ramula vel ramatha ad tres leucas
contra occidentē est Joppe ciuitas que et Japha dr̄· vbi Jonas intra-
uit nauem volens fugere a facie dn̄i in tharsis· hoc est ad insulas ma-
ris· vt habetur jone primo· In ea quondā erat princeps apostolorum
Petrus hospicio detentus apud symonē coriariū· cui᷒ domus erat iuxta
mare· In qua etiā ip̄e petrus hospicio recepit viros quos ad angeli mo
nita Cornelius centurio de cesarea miserat ad accersiendū eum ad se· vt
habetur Actuū· x· Ex eadem domo sub rupe posita facta est postmodū
capella· in honore sancti petri cōsecrata hodie desolata· Sūt etiā ibi sco
puli in mari ad quos scd̄m fabulas Andremoda filia Tephei religata
fuit deuorāda a belua marina· ꝗ a rege ꝑseo liberata Sub ea est jamnia
portus alius quondā judee ad duas leucas contra austrū· quē portum
cepit judas machabeus et succendit cū nauibus· ita vt ignis in Jerusa
lem videretur· vt habetur scd̄i machabeoꝝ· xij De Jerusalem ad duas
leucas contra austrū sita est Bethleem ciuitas illa veri dauid ortu in-
signis in sinistra p̄te vie que ducit Ebron extra viā tamen ad iactum
arcus vnius· prius tamen occurrit sepulcrū Rachelis ad dexterā iuxta
viā cui piramis pulcra imminet quā edificauit Jacob in titulū monu
menti Rachelis supponens eidē sup tumbā duodecim lapides grādes
scd̄m numerū filioꝝ israhel· q̄ hodie ibidē sūt· Juxta sepulcrū inueniū-
tur quidā lapilli nigri omnino sicut cicera dispositi· quos ibidē solent
colligere peregrini propter mira quedam que ibi dicūtur fuisse facta·
Contra vero ciuitatē Bethleem est turris Ador siue gregis vbi Jacob
dicitur aliquāto tp̄e post mortem Rachelis mansisse et pecora sua pa-
uisse. De bethleem ad quinq̄ iactus arcuū fere est locus vbi
pastores cūstodientes vigilias noctis sup̄ gregem suū in hora natiuita
tis xp̄i viderūt et audierūt angelos cantātes Gloria in excelsis deo·
Qui etiā nūciauerūt natū esse mūdi saluatorem· Bethleem vero sita est
in monte alto sed arto· qui ab oriente in occidentem in longitudinē se
extendit· Ab occidente habet introitū et ibi est cisterna iuxta portam de
qua dauid desiderauit bibere cum esset in p̄sidio et statio philistinoꝝ in
bethleem· et tres fortissimi p̄ media castra philistinoꝝ preperūt et hause
rūt aquā de cisterna bethleem que erat in porta et attulerūt ad dauid vt
biberet· vt habetur primi Paralipomenon· xj· capi· In fine vero orien-
tali ciuitatis eiusdem sub rupe quadā que erat iuxta murū ciuitatis et
videtur scd̄m morem terre illius fuisse locus pro stabulo· habens p̄sepe
excisum in petra vt ibi moris est facere p̄sepia· ortus est huic mundo de
virgine matre sol iusticie xp̄us ihesus deus noster· Ostendens se sua na
tiuitate sordes et tenebras mūdi ablaturū· eo q̄ in sordibus nasci et ori-
ri voluit talis loci· Juxta p̄dictā vero rupē est alia capatior quatuor
tantū pedibus distans· sub qua erat p̄sepe in quo dulcis puer ille moꝝ

natus coram boue et asino pannis inuolutus fuit reclinatus· videtur tamen michi procerto vna tantū rupes fuisse·sed factū est ostium in medio p rupem p quod in chorū de capella illa est ascensus· Ad locū autē dulcissime natiuitatis descenditur ab ecclesia in capellā per decem gradus cuius cause superius assignate sunt·Est autē capella illa tota interius facta de opere musino et strata marmore ꝛ sumptuose valde facta Super locū illum vbi beata virgo peperit potest dici missa sup tabulam marmoreā que strata est ibi·De lapide etiā nudo videtur ibi pars vbi natus est xp̄s·Similiter etiā pars quedā p̄sepis in quo iacuit xp̄s relicta est nuda·que loca fideles deuotissime osculantur·Non vidi nec audiui aliquē qui dixerit se ecclesiā vidisse tam deuotā in toto orbe terrarū sicut est ecclesia bethlehemitana·Sūt enim in ea columpne marmoree p quatuor ordines disposite nobilissime·nō solum multitudine·sed magnitudine stupende· p̄terea nauis ipa ecclesie desup columnas vsq ad trabes facta est de op̄e musino pulcerrimo et nobilissimo de omnibus historijs a creatione mūdi vsq ad aduentū dn̄i ad iudiciū·Totū etiam suppauimentū ecclesie stratū est marmore diuersoꝝ coloꝝ· qd mira varietate pictura decorat·quarū preciū scd̄m opinionē multorū nō potest estimari·Sarraceni quidem omnes ecclesias beate virginis honorant· sed p̄cipue istam que est in bethleem· Soldanus vero videns in ecclesia ista ornatū et tabulas et columnas omnes p̄ciosas valde· precepit omnia deponi et portari in babiloniā·volens inde palaciū suū edificare·Mira res artisicibus cū instrumentis accedentibus ipo adhuc Soldano astante cū multis alijs·de sano et integro pariete quē nec acus videbatur posse penetrare serpens mire magnitudinis exiuit·primeq tabule que occurrit dedit morsum· tabula p transuersum crepuit· secūdā adijt·terciam et quartā·deinceps vsq ad tricesimā·et sic omnibus accidit omnibus stupentibus·etiā ipso Soldano continuo propositū reuocante serpens disparuit· Remansit igitur ecclesia et remanet vsq hodie sicut prius·vestigia tamē corporis serpentis apparent vsq hodie in singulis tabulis quas trāsiuit quasi cōbustio quedā igne facta· Et super omnia mirabile videtur quomodo serpens ille potuerit sic transire in pariete qui erat planus et politissimus sicut vitrū· In exitu huius ecclesie contra aquilonem est ambitus claustri qd fratres aliqui minores hodie inhabitāt·Loca sacra hui⁹ ecclesie et claustri superius sūt etiā designata et descripta vnde hic transeo De ecclesia ista quantū iactus est lapidis fere contra orientē est ecclesia sancte Paule et eustochiū filie eius·vbi sūt etiam sepulcra earundem· ¶De Bethleem ad dimidiam leucam est villa quedā contra occidentē nomine Bezech que habūdabat quondā optimo vino ita ꝙ in terra illa non inueniebatur melius In hac villa captus est Adombezech a filijs israhel cesis summitatib⁹ manuū eius et pedū qui dixit·lxx·reges amputatis manuū ac pedum

summitatibus colligebant sub mensa mea ciborũ reliquias. Sicut feci
ita reddidit michi deus. Adduxeruntq; eũ filij israhel in jerusalem et ibi
mortuus est. vt habetur Judicũ primo capitulo
De bethleem ad sex leucas contra orientē supra mare mortuũ est mōs
Engaddi de quo dictũ est supra. De engaddi tribus leucis cōtra austrũ
est collis Achile qui postea edificato ibidē ab herode castro inexpugna=
bili Messida est appellatus. In hoc loco dauid saulem fugiens dicitur
aliquotiens latuisse. vt habetur primi Regũ. xxiij.
De bethleem ad duas leũcas cōtra collem Aichile est ciuitas thecua in
monte sita. de qua fuit Amos propheta qui etiam sepultus ibidem est.
quē Ochozias rex israhel vecte per tympora transfixũ interfecit. huic ci
uitati adiacet desertũ techũe. Inter thecuam et engaddi est vallis bene=
dictionis. vbi Josaphat rex juda pugnauit contra ydumeos et filios
Amon et vicit eos. Juxta hũc locũ ad vnam leucam ad sinistram cō=
tra desertũ quarentene est castrũ quoddā ab herode magno edificatum.
qd̄ Herodiũ dicitur in alto loco sitũ. vbi idem est sepultus vt dicit Jo
sephus. De thecua ad quinq; leũcas inter orientē et austrũ est ziph opi=
dum iuxta desertũ qd̄ etiam ziph dicitur. vbi legitur dauid similiter la=
tuissē. vt habetur primi regũ. xxvj. Huic contra austrũ adiacet desertũ
Maon in quo est mons carmelis vbi habitauit Nabal carmelus. vt
dicitur primi regũ. xxv. qui nũcios dauid repulit. Cui9 etiam vxorem
Abigayl duxit dauid eo mortuo. vt habetur ibidem. Deserto maon in=
ter austrũ et orientē adiacet mons seyr altus in ydumea quā terrā lon=
go tempore filij israhel iussi sunt circuire Deutronomij. iij.
Deserto maon contra austrũ adiacet terra Amalech quā iussus est saul
subuertere. primi regũ. xv. interfectis habitatoribus eius. Ante terram
amalech cōtra maris mortui linguā est cades barne. de quo loco moy=
ses misit duodecim exploratores ad cōsiderandum terram chanaan. et
dixit ad eos. Ascendite ad meridianā plagam. Cũq; veneritis ad mon
tes cōsiderate terrā qualis sit et populũ qui habitator est eius ⁊c̄. Con
fortamini et afferte nobis de fructib9 terre illius. Erat aũt tēpus quā=
do iam p̄coque vue vesci poterant. vt habetur Numeri. xiij. Ibi etiam
longo tempore manserũt filij israhel et inde iũssi sunt montem seyr cir
cuire et redire in desertũ per viam maris rubri. De bethleem ad tres leu
cas cōtra austrũ in via que ducit Ebron est bethzacha villa in alto lo
co sita cui ad austrũ adiacet alia villa Rama nomine excelsa valde in
qua in colle sublimi stans pōtest videre totam terram Arabie vsq; ad
montē seyr et omnia loca circa mare mortuũ et loca latibulorũ dauid
jordanem insup vsq; sethym et vsq; ad montē Abarim. Cōtra occiden=
tem vero totũ litus maris magni ab joppe vsq; gazam et bersabee vsq;
desertũ Seyr. totam insup terram philistym a Ramathasophym per
Geth et Acharon et Azotũ et jamniam et ascalonem cũ omni planicie
sub monte juda. De Rama plus q̄ leuca vna ad dexterā prope viam

regiam que ducit Ebron est mambre· vbi habitabat Abraham longo tempore·vbi sedens ad radicem mambre in ostio tabernaculi sui·vidit tres viros descendentes per viam quos etiã recepit hospicio· vt dicitur Genesis·xviij· Ilex illa hodie ibidem ostenditur ante ostium tabernaculi abrahe· Verũ illa vetus aruit·sed de radice eius alia nata est· et habet folia paulo maiora q̃ lentiscus·sed fructũ omnino sicut quercus·

De ylice mambre p̃ dimidiã leucã ad dexteram iuxta viam est Ebron illa vetus ciuitas que hodie omnino est destructa·et sũt ruine eius magne valde et videtur fuisse satis gloriosa· De ista ciuitate quãtũ arcus potest iacere contra aũstrum fere et tamen declinando ad orientem est Ebron noua edificata in loco illo vbi erat spelunca duplex in qua sepulti sunt Adam et Eua· Abraham et Zara· ysaac et Rebecca· Jacob et Lya· Sarraceni circa hanc speluncã duplicẽ que erat quondã ecclesia kathedralis edificauerũt munitionẽ firmã valde·

·De spelunca duplici cõtra occidentẽ quãtũ iacere potest arcus bennis est ager Damascenus· in quo loco plasmatus fuit Adam· Ager iste in rei veritate rubeã valde habet terrã que est omnino flexibilis sicut cera ·quam sarraceni portant in camelis in egiptũ· in ethiopiam et indiam et ad loca alia·pro speciebus valde caris vendentes eam·et tamen inodica apparet fossio illo in loco·Dicitur enim q̃ semper anno reuoluto quantũcunq̃ magna facta sit fossio semp̃ miraculose repletur·Dicitur etiã q̃ quicũq̃ terrã istam secũ portat nulla bestia eum offendit· hominem insup̃ dicitur a casu cõseruare·Vallis ista circa Ebron fertilis est nimis et amena supra modũ et delectabilis ad manendũ·

·De fossa ista contra austrũ ad iactũ arcus est locus vbi cayn fratrẽ suũ occidit·sicut dicitur Genesis·iiij·

·Item de fossa eadem cõtra occidentem quantũ bis potest iacere arcus in monte quodam a latere Ebron veteris australi est spelunca quedã ·in rupe in qua Adam et Eua interfectũ Abel filiũ suũ luxerũt centum annis· Sũt hodie in spelunca lecti singulorũ et fons intus scaturiens ·de quo bibebant·Et habet fere pedes triginta in longitudine et latitudine spelunca ista·

De Ebron ad duas leucas cõtra austrũ est dabir que est cariath sepher id est ciuitas litterarũ quã cepit ottoniel filius zenez frater Caleph iunior et dedit ei axam filiã suã vxorem et irriguũ superiũs et inferius· ·vt habetur Josue·xv·

De Ebron ad duas leucas contra aquilonem fere sed declinando partim contra occidentem est Neelleschol id est torrens botri vel vallis lacrimarũ·vnde exploratores tulerũt palmitem cũ vua sua quem portabant in vecte duo viri·de malis quoq̃ granatis et de ficis loci illi9 vt habetur Numeri·xiij·

Ad leuam huius vallis per dimidiam leucam descendit riuus in quo philippus baptisauit virũ ethiopem eunuchũ candacis regine ethiopũ

qui erat super omnes gazas eius· veneratq̃ adorare in Jerusalem et reuertebatur sedens sup currũ suũ ⁊c̃· vt habetur Actuũ· viij·

De Neelkeschol quatuor leucis contra jerusalem est domus zacharie in quã intrauit beata virgo et salutauit Elisabeth· Vbi etiam natus est sanctus Johannes baptista·

De domo illa ad duas leucas contra aquilonem est Nobe ciuitas sacerdotũ que nũc bethenopol' dicitur in via que ducit dyoppolim et ramatha vbi dauid abachimelech sacerdote accepit gladiũ goliath gethei vt habetur primi regũ· xxj·

De bethleem ad vnã leucam et plus via que ducit thecuam sepulcrum est sancti kurioth abbatis cũ suis monachis qui om̃es eo migrante migrauerũt· et fuit quondã concursus magnus ad locum istum·

Iterũ pergendo contra austrũ quatuor leucis de Accon occurrit ciuitas Cayphas sub pede montis carmeli aquilonari·

De caypha ad tres leucas cõtra austrũ est peregrinorũ castrũ munitissimũ· situm in corde maris· quod quondã fuit fratrũ milicie templi·

De caypha ad vnã leucã est spelunca helie et mansio helisei· et fons vbi habitabant filij prophetarũ in carmelo·

De castro peregrinorũ ad quatuor leucas est Cesarea palestine metropolis que quondã fuit sedes archiepiscopalis· hec primo dicebatur Dor postea Pirgus straconis· Sed herodes magnus eam instaurauit et cesaream appellauit in honorem cesaris· de cuius structura et munitione Josephus multa scribit· Cingitur ab occidente mari magno· ab oriente palude quadã dulci et ꝓfunda· in qua est multitudo cocodrillorũ Situ quidẽ habuit firmũ cesarea· sed hodie penitus est destructa· Mansionem in ea habuit Philippus et filie eius quatuor virgines prophetisse· Actuũ· xxj· Petrus etiã in ea baptisauit Cornelium centurionem Actuũ· x· qui primus in ea fuit episcopus· Paulus etiã in ea corã rege Agrippa et felice p̃side cõtra tercullum oratorem elegantissime disputauit· Actuũ· xxiiij· De cesarea ad tres leucas contra austrũ est villa quedam hodie Assur dicta· quondã tamen Antipatrida dicebatur· ab antipatre patre herodis magni que fuit quõdã fratrũ hospitalis sancti Johãnis· De assur ad quatuor leucas contra orientem est manerich nũc katho dicta· et fuit de tribu manasse in planicie sub monte Effraim sita non longe a monte Saron· In hac p̃sidium militũ posuerũt sarraceni contra castrũ peregrinoꝝ quando ipm expugnauerũt·

De katho quatuor leucis contra austrũ est mons Saron et opidũ sarona· cuius mentio fit in Actibus apostoloꝝ·

De Assur sũt octo leuce vsq̃ Joppen que est sup̃ mare sita· de hac dictũ est supra· De Joppe quatuor leucis est Geth non longe a mari sita quondã vna de ciuitatibus philistinoꝝ· sed nũc modicũ casale est et vocatur ybilyn in colle situ· ab ea proprie incipit terra philistinorum·

De Geth ad duas leucas cōtra austrū est bethsames iūda. de qua dictū est supra ¶ De bethsames ad duas leucas contra aūstrū in monte iuda videtur mons Modyn de quo oriūdi erant Machabei. et monstrantur hodie sepulcra eorum illuc etiā procul ita vt videantur in mari. quia altus est situs loci. De bethsames fere ad quatuor leucas contra austrū nō longe a mari est Accoron ciuitas secūda de quinque vrbibus philistinorum nūc modicū est casale tamen adhuc antiquū nomen retinet.
De accoron ad quatuor leucas cōtra austrū est Azotus tercia de quinque ciuitatibus philistinorum per vnā leucam distans a mari. et est nūc similiter casale satis paruū ¶ De joppe ad duas leucas contra Lydda siue dyospolis de qua dictū est supra. Inde ad duas leucas cōtra orientem fere sed tamen aliquantulū cōtra aquilonē est lepna nō longe a lachis quam cepit josue et obsedit sennacherib. sicut dicitur. quarti regum. xviij. Inde tribus leucis via que ducit in gabaon est Azecha opidū et maceda que ambo cepit josue cū liberasset Gabaonitas vbi se in spelunca absconderūt quinque reges. vt habetur Josue. x. ¶ Inde tribus leucis cotra orientem nō longe a Nobe est Sochot inde iuxta vallem therebinti. vbi dauid puer in funda et lapide interfecit Goliam gethēū. vt habetur primi regū. xvij. De nobe que nūc bethenopolis dicitur sunt tres leuce vsque in Emaus. que hodie Nicopolis appellatur. ¶ De Emaus vna leuca et dimidia ascenditur per vallem raphaym a latere domus zacharie que relinquitur ad dexterā euntibus in jerusalem Et de eadem domo per vnā leucā et dimidiam est castrū valde munitū Bethsura dictū. situm in latere montis contra bethleem quod edificatū fuit tempore Machabeorū et per fraudem cepit illud Antiochus adolescens. Distat autē per dimidiam leucam et parū amplius de jerusalem. De Azoto sex leucis cōtra austrū est ascolona quarta ciuitas philistinorum in litore maris sita formā habens semicirculi munita valde. et est quodāmodo robur sarracenorum in illa. De ascolona quinque leucis contra austrū est Gaza ciuitas in litore maris sita. que nūc cōmūniter dicitur Gazera. et est sita in via que ducit in egiptum. de qua infra in secunda parte dicetur.
De Gaza sunt quatuor leuce vsque bersabee que nūc gallyn dicitur. et est terminus iūdee et terre promissionis contra austrum. ¶ In hac multo tempore habitauerūt Abraham et ysaac sicut dicitur Genesis. xiij. Et distat ab Ebron vltra vnam dietam sicut et Gaza. Has partes terre promissionis que cesserunt in sortem tribus iude sequitur desertū illud magnū quod extenditur vsque in flumen egipti. in quo multo tempore filij israhel manserūt de loco ad locū transeūtes. de quo deserto infra latius agetur in secunda huius parte. Et hec de terra ista et locis eius dicta sufficiant.

Cum vero ciuitatis Jerosolime fundamenta in montibus sanctis teste dauid collocata dicatur. nō incongruū duxi de montibus israhel, presertim ꝙ crebro de eis fiat mētio in sacra scriptura paulo amplius disserere. Et primū quidem in genere. deinde in specie de aliquibus.

De montibus Israhel in genere

Montes israhel dicūtur montes generaliter totius terre promissionis siue fuerint vltra Jordanē siue citra. sepe etiam sumuntur pro terra decem tribuū que fuit montuosa. ꝑcipue in tribu Dan et Effraym. Nam et decem tribus nomen israhel sibi vendicauerūt sub Jeroboam filio Naboth qui fuit de effraym. et regnauit primo in Samaria sup decem tribus. vt habetur tercij Regū. xij

Hij montes multū erant pascuales. vberes. fructuosi. et frugiferi oliuis et alijs arboribus fructiferis consiti. erant etiā medicinales herbis et speciebus aromaticis pleni vt dicit Isidorus libro. xiiij. capitulo. iij. Nam et tota terra illa quondā variarū opum diues erat. frugibus fertilis. aquis illustris. optima balsamis. adeo ꝙ ob gratiam alimentorum iudei hanc terrā melle et lacte fluentem iudicabant. In eius enim montibus propter pascuarū habundantiam. innūmerabiliū ouium et pecorum greges et armenta pascebantur. Apes etiā innumerabiles in eisdem mellificantes herbarū et florum suauitate dulcissima nutriebantur. Fructus et fruges propter aeris temperiem et roris habundantiam citissime ad maturitatem in illis montibus ducebantur. Aurū argentum et cetera metallorum genera in illis montibus fodiebantur. Deniqȝ fontes et flumina de venis montiū superius progrediebantur. Loca munitissima in illis montibus edificabantur. Fere siluestres sicut tigrides et leones in illis nemorosis montibus cōuersabantur. Verum quēadmodum reliqua terra illa propter peccata inhabitantiū et frequentes eius vastationes vilis admodū effecta est et pene sterilis atqȝ infructuosa. Ita et montana illa longe a pristina perierūt vbertate et fecunditate. Quia tamē frequens de eis fit memoria sacra in pagina aliquid vel breuiter de eis dicere haud ab re erit.

Sequitur nunc de montibus Israhel in specie

De montibus Israhel in specie et primo de monte Syon.

Syon mons erat in Jerusalem. super cuius verticem erat arx siue turris dauid ibi posita pro decore et defensione ciuitatis. Jn vno autem latere montis Syon erat templū quasi medium inter arcem et inferiorem ciuitatem. vt scilicet munitio arcis defenderet templum. et templū cum arce ꝓtegeret ciuitatem. Et ideo sepe scriptura vocat Jerusalem filiā syon. quia sicut filia protegitur a matre et subditur ipi matri. sic ciuitas inferior tēplo fuit subdita atq; arci. Tante autē autoritatis et nobilitatis inter ceteros montes fuit mons Syon ꝙ non solum ciuitas Jerosolima atq; etiam ipa judea. verū etiam vniuersalis ecclesia tam ex iudeis ꝙ̄ ex gentibus cōgregata sepius in prophetis nomine Syon designetur. sicut ibi. fundatur exultatione vniuerse terre mons syon. latera aquilonis ciuitas regis magni. Nam mons syon fuit mons magne altitudinis et sublimitatis. magne fortitudinis et firmitatis. magne plenitudinis et vbertatis. magne pulcritudinis et amenitatis. maxime confidentie et securitatis. maxime opulentie et locupletationis. maxime leticie et exultationis. pfecte iusticie et sanctificationis. mons doctrine et eruditionis. sicut scriptū est. De syon exibit lex et verbū dñi de jerusalem. mons prophetie et reuelationis. vt ex multis scripturis et ei⁹ conditionibus gloriosis late posset ostendi sed breuitatis gratia hijs missis ad alia referanda pergendum est.

De monte Moria

Moria est mons in Jerusalem in quo edificatū est templum Salomonis. sicut dicitur scdi Paralipomenon. iij. Hunc enim montem emit dauid ab ornan iebuseo sexcentis siclis auri purissimi. vt in eo edificaret altare domino. quando ꝓ numeratione quam fieri fecerat populus est ꝑcussus. vt habetur primi paralipomenon. xxj.

Jn hoc monte immolauit domino et orauit. et exaudiuit illum dominus de celo in igne super altare holocausti.

Jn hoc monte obtulit Abraham holocaustum pro ysaac. quem dominus ꝑcepit ibidem immolari. vt habetur Genesis. xxij. vbi dicit glosa Jeronimi super illud verbū Vade in terram visionis et offer filiū tuū super vnum montium rc. Hunc montem hebrei dicunt esse illum in quo postea templum conditum est in area ornam jebusei in monte moria. qui idcirco illuminans et lucens interpretatur. quia ibi est dabir hoc est oraculum dei. et lex. et spiritus qui inspitat prophetas. et docet

et docet homines veritatem. hucusq; Jero. in eodem loco creditur iacob dormiuisse et ascendentium angelorum per scalam vidisse visionem. vt patet Genesis. xxviij. vbi dicit Glosa super illud verbum. Non est hic aliud nisi domus dei &c. hoc dicitur qz p̄uidit templum et dei cultum ibidem futurum. Fuit aũt iste locus collis a latere mõtis Syon vbi edificata est postea turris dauid. vnde patet ex p̄dictis q mõs morea fuit mons visionis et reuelationis. mõs sacrificij et oratõnis. mõs prophecie et instructionis. mõs luminis siue illuminationis. mons angelice frequentationis. mons diuine apparitionis. mons misericordie et propiciationis.

De monte Oliueti

Mons oliueti est mõs in judea iuxta Jerusalē sic dictus. propter copiam oliuarũ que in monte illo maxime habũdant. Et ideo ab augustino vocatur mons crismatis et vnctionis. mons luminis. mons pinguedinis et refectionis. et mons medicaminis et curationis. Et hoc dicit propter oliuarũ ibi crescentiũ habundantiã. quarũ fructus est vnctuosus. luminosus et deliciosus. qz vt dicit ysido. oleum oliue ex radicis amaritudine surgit in pabulũ luminis. in medicamen vulnerum. et in refectionē esurientis. In huius montis oliuarũ radice siue pede fluit riuulus qui dr torrens cedron. inter cuius montē et ripã fuit ortus. quē dñs orationis et quietis gratia sepius frequẽtauit et subintrauit. vnde et ibi captus fuit primo in orto qui gethsemani dictus est. vt dicitur Johãnis. xix. Ibi enim scz in pede montis fuerat quondam villula dicta gethsemani. cuius orti tũc temporis adhuc ibi erant vt dicit Augustinus. Et illorum locũ ortorum dñs ex cõsuetudine frequẽtabat. Hic autē mons fuit ad orientalem partē templi. et ideo mane illuminabatur sole oriente. de vespere vero et de nocte illustrabatur ex fulgore a luminaribus templi resplendente. Et ideo merito mons luminis dicebatur. tum quia a celo et a templo lumen recipiebat. tum etiã qz lucis materiã olei sui habũdantiã alijs impendebat. vt dicit Aug9. In hoc monte erat quidam viculus nomine bethphage. qui sacerdotũ erat. in cuius mõtis latere erat ciuitas dicta bethania. que fuit ciuitas Marthe et lazari et marie. vt dicit glosa sup Matheũ. xxi. De hoc monte dñs celos ascendit. et super eundem montē ad iudiciũ apparebit. vt patet in Actibus apostolorũ primo capitulo. In hoc monte edificauit Salomon delubra excelsa vt patet tercij regũ. x. Et ideo vocatus ē mõs oliue et propiciationis. mons offensionis. quarti regũ. xxiiij. scilicet quia in illis ydolis offendit Salomon deũ suum.

De monte Ebron

Ebron mõs est in judea. in quo sita erat vetus ciuitas olim quidem famosissima. hodie aũt desolata. ab eiusdem montis nomine Ebron dicta. cui9 vallis dr Mambre. iuxta quã est alia ciuitas dicta noua Ebron secus speluncã duplicē exstructa. Mons autē

iste et ciuitas ebron iure merito ꝗ vniuersis solennis habetur et ꝑcele-
bris ratione sanctoꝝ patriarcharū quoꝝ corpora ibidē quasi a mundi
principio requiescūt. Est etenim ciuitas ipa antiquissima. Nam ebron
septem annis ante thamni vrbem egipti cōdita est. vt habetur Numeri
xiij. Illum quoqꝫ montē potentissimi et fortissimi viri iure hereditario
possederunt vt patet josue. xv. vbi inter cetera ita dr. Deleuit ex ea ca-
leph filios Enach Sezei et Achiman et Tholmay de stirpe enach ꝛc.
In hoc mōte tanꝗ̄ in loco tutiori dn̄s principiū regni dauid instituit.
et ei illac ascendere post mortem saulis iussit. vbi septem annoꝝ spacio
regnās. tandē ad totius regni Jerusalem fastigiū assumptus fuit. Iste
mons ab antiquis Chariatharbe fuit primus nūcupatus. id est ciuitas
quatuor qr nominatissimoꝝ viroꝝ q̄tuor corpora ibidē requiescunt. scꝫ
Adam Abrahā ysaac et Jacob vt dicit Jeronim⁹. Ibi et vxores eoꝝ
famose mulieres sepulte sunt videlicet Eua Sara Rebecta et Lya. In
spelunca hij om̄es recōditi duplici q̄ respicit mābre. quā emit abraham
a filijs seth. vt habetur Gen̄. xxiij. Illuc sarraceni sepe vadūt peregri-
natū. müschkeam insignem ibi habentes. nec aliquē siue xpianū siue iu-
deum ingredi illam sinunt. Verum per qūandā fenestrā sepultura illa
cōspici potest.

De monte Bethel

Montes bethel sunt in judea vicini jerusalem. vbi dom⁹ dn̄i fuit
sub salomone edificata. Sūt aūt mōtes bethel nemorosi. arbori-
bus consiti. fertiles et fecūdi. graminibus et herbis aromaticis
pleni. et ideo cerui capree et hynnuli. frequētare illoꝝ montiū cacumi-
na sunt cōsueti.

De monte Sylo

Mons silo qui hodie ad sanctū samuelem dr. altior est omnibus
mōtibus in terra sancta existentib⁹ ꝑ circuitū. et quātū ad situ
supeminet vniuersis. et ibi multo fuit reseruata tpe archa fede-
ris dn̄i. Atqꝫ crebro populi israhel cōuentiones in eo celebrate ꝓ diuer
sis cāusis vt in plerisqꝫ veteris testamenti locis habetur.

De monte Garisim

Garisim vt dicit Jeronimus est mons iuxta jericho cui vicinus
est mons hebal ex aduerso respiciens. In hijs dūobus mōtibus
benedictiones et maledictiones populo intranti terrā ꝓmissio
nis promulgabātur. vt ꝑ benedictiones ꝓuocarentur ad bonūm legis
amatores. ꝑ maledictiones vero terreren̄ decalogi transgressores. In
garisim vero sex tribus nobiliores cū sacerdotibus proclamabāt bene-
dictiones. vt habetur Deutro. xxvij. capitulo. Et ideo inoleuit cōsuetu
do vt mons ille haberetur in veneratione a posteris. et frequentaretur
causa sacrificij et orationis. Vnde inter iudeos et samaritanos fuit cō-
tentio de loco adorationis. samaritis proferentibus montem garisim
cōuenientiorem esse ad orandū ꝗ̄ templū in jerusalem. judeis cōtrariū
asserentibus. vt patet Johānis. iiij. tam in textu ꝗ̄ in glosa.

De monte Hebal

Hebal est mons trans iordanem in quo steterūt sex tribus post iordanis transitū ad maledicendū illis qui pcepta decalogi nō seruarent. vt patet etiā Deutro. xxvij. Et est mons vt dicitur cauernosus et voraginosus. patiens sepius terremotum cūi concordat interptatio eius. nam hebal vorago interptatur. Fuit itaqz mons maledictionis et imprecationis. in quo mala transgressoribus impcabantur. Reputabatur etiā mons vilitatis et abiectōnis. vnde et sex tribus ignobiliores scz ancillarū filij sup montē hebal fuerūt ad maledicendum populo deputati. Deutronomij. xxvij.

De monte Quarentena

Quarentana est mons excelsus valde iuxta iericho. ad dimidiā leucam eundo de galgalis in iericho. In cuius supcilium scdm aliquos xpus a diabolo fuit ductus. vbi ei ostendit oīa regna mūdi et gloriā eorum dicens. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. vt habetur Mathei. iiij. Alij aūt tradūt qz in alio quodā monte fuerit xpus temptatus qui p tres leucas distat ab isto. existens in deserto a latere bethel et hay aufstrali. Sed id certū habetur qz in isto mōte fuit xpus quādo ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. ductus in desertū illud a spiritu post baptismū vt temptaretur a dyabolo. vt habetur ibidem. In huius pede montis effluit fluuius helizei. de quo habetur quarti regū. ij. capitulo. qz viri ciuitatis Jericho accedentes ad helizeum dixerūt. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est. sicut tu dñe ipse prospicis. sed aque pessime sunt et terra sterilis. At ille iussit sibi afferri vas nouū et mitti in illud sal. Quod cum allatū fuisset egressus ad fontem aquarū qui est in pede montis huius et misso in illum sale sanauit aquas vt nō esset in eis vltra mors neqz sterilitas. et ita sanate sunt aque ille vsqz in diem hanc. iuxta verbū helizei quod locutus est. Est autē fluuius amenus valde et delectabilis. iuxta quem peregrini illo venientes cōquiescere et pausare solent.

De monte Hermon

Hermon est mons modicus sup iordanē situs. qui herbis et pascuis est fecūdus. Nam circa radices eius siue circa pedem fluentis iordanis imbuitur. circa verticem vero eius seu cacumen copioso rore pfunditur. et ideo virore ex roris et aque influentia decorat' et insignitur. propter qd et ibi nutriebātur pecora que in templo debuerūt immolari dño et offerri. Et qz animalia ex rore fluminis et herbis impinguata in monte syon id est in atrio templi offerebātur. Ideo dicitur scdm hebreos p prophetā qz ros hermon descendit in montē syon. qd ad literā fieri nō potuit. qz mons syon mōte hermon altior extitit. Insup et ab eo valde remotus fuit. pro tanto igitur ros mōtis hermon dr ascendisse in syon. qz pinguedines et adipes animaliū q in illo mōte pascebātur ad pastū ignis altaris in ierusalē in sacrificio offerebātur. propter qd et hermon lumē exaltatū interptat' sicut dicit glo. sup ps qz lumen in altari augebatur qn ignis sacrificij tali pabulo fouebatur.

De monte Carmelo.

CArmelus est mons judee in qua est ciuitas dicta Carmela. Et est duplex carmelus. vnus in superiori p̄te contra meridiem in quo Nabal legitur pauisse greges. primi regū. xxj. Alius est carmelus in inferiori p̄te terre respiciens mare. vterq̧ mons fertilis est in pascuis fructibus et herbis.

De monte Ziph.

Ziph mons est squalidus et vmbrosus. in q̄uo latuit dauid q̄n fugit a facie saulis. et est iuxta carmelum in quo nabal carmelites quondā habitabat. qui fuit de stirpe caleph vt dicit Jeronimus. Est aūt mons multū nemorosus. dumis et arborib⁹ infructuosis cōsitus. et saltuosus feris et ybicibus p̄uius. speluncis et antris plen⁹ et plurimū cauernosus. et ideo fugitiuis et latere volentibus cōgruūs est. et ignotis transeūtibus periculosus.

De monte Thabor

THabor est mons in medio campo. et est mons mira rotūditate sublimis. distās a cesarea decē miliaribus ad orientalem plagā et fuit in cōfinio zabulon isachar et neptalim. Hic mons inter totius terre promissionis montes maxime est famosus ratione situs. fertilitatis amenitatis fortitudinis. et firmitatis. Gleba enim illi⁹ mōtis est fertilis vineis. oliuis. et alijs arborib⁹ fructiferis et herbis. Aer ibi est salubris. ros frequēs et dūlcis. imber tam temperatus q̄z serotinus mediocris. Ibi arborū procer[i]tas que nō deponūt hieme vel estate comā vel virorē suū. Ibi auiū multigenarū canorus sonitus et sonora suauitas. quarū voce afficitur auditus. pennarū varia dispositione ad earū aspectū prouocat̄ visus. in carnium suauitate delectatur gustus. Et ideo multi sunt ibi aūcupes auiculis locū istū frequētantibus. retia et tendiculas imponētes. sicut dicit Jero. sup illum locū osee quarto. quasi rethe in pansū sup montē thabor. ꝛc. Sup om̄ia aūt montem istū reddit cōmendabile p̄sentia saluatoris q̄ui in hoc mōte docuit. In hoc monte gratia orationis p̄noctauit. In hoc mōte aliquādo pauit populū. et tā spirituali q̄z corporali pabulo recreauit. In hui⁹ montis etiā sup̄cilio corā discipulis suis se trāsfigurare voluit. et future claritatis gloriā in suo corpore discipulis reuelauit.

De monte Libano

Libanus est mons phenicis altissim⁹. cui⁹ sepe meminerūt prophete et scripture. Dictūs est autē liban⁹ a thure vt dicit Jsido. q̧ ibi colligitur. cui⁹ p̄s ad orientē respiciens libanus appellatur. vt dicit Jsidor⁹ Libanus etiā id est candidatio vocatur. quia perpetuis niuib⁹ semp̄ hieme scȝ et estate candidatur. Nullo enim t̄pe ita nix totaliter eliquescit quin in aliqua sui parte in eo valeat inueniri. Est autem libanus fluuioꝝ et fontiū principiū et origo. Ex ei⁹ enim radice oriūtur duo fontes scȝ jor et dan. q̄ simūl iūcti jordanē efficiūt.

Ros frequens

56

Libanus igitur est mōs redolentie et sume aromaticitatis. nā ibi herbe
odorifere crescūt. ibi etiā arbores thurifere coalescūt. quarū gūmi electū
olibanū a medicis nūcupatur. Item mōs est sufficientie et fecūditatis
Nam propter roris habundantiā et pluuiarū frequentiā herbis habū
dat. p̄cipuus pascuis vberrimis et fructib⁹ optimis et maturis. Et ideo
in monte libani nutriebātur animalia que offerebātur in templo. et in
ipsius pascuis fouebātur. Item mons erat eminentie et maxime subli
mitatis. quoniā om̄es alios mōtes illius regionis altitudinis situ li-
banus excedebat. Et ideo venientibus tyrū p remota valde maris na-
uigia. se nauigantiū oculis offerebat. et quos deberent nauigātes pete-
re portus. sua altitudine ostendebat. Item mons erat indeficientis in-
fluentie et sempiterne humiditatis. nam quāuis siccitatē p̄ferat in sua
supficie. nobilissimis tamē habūdat intrinsecus venis aque. vt patet in
puteis aquarū viuentiū. que iuxta salomonis sententiā in canticis so-
lent cōtinue cū impetu de libano emanare vt hr Can. iiij. quasi puteus
aquarū ⁊c̄. Item mons cōfidencie et securitatis. nam in libano quiescē
tes tuti sunt a venenosis serpentibus quos sua aromaticitate et virtu-
te fugāt tam herbe q̄z arbores ibidem cōtinue cōcrescentes. nam cedri ibi
crescentes suo odore fugāt omnia venenosa. et ibi venenosa reptilia vi
uere nō pmittūt. Item mons est pulcritudinis et amenitatis. nam ce-
droꝝ et aliarū virentiū arborū mira pceritas graminū. et herbarū con
tinua viriditas. auium siluestriū sonora suauitas. riuuloꝝ et fontium
multiplicitas libanū amenū faciūt et iocundū. Item mons est medici
ne et sanitatis. ibi enim species aromatice crescūt. que sūt cōtra morbos
innumerabiles remedia et medele. Ibi cipressi et oliue quorū liquores
et resine sunt cōtra diuersarū infirmitatū incomoda. p̄cipue medicine.
Item mons leticie et iocūditatis. nam in collibus libani quōdā creuit
habūdantia vini optimi. qd̄ p̄cipue leticie et hilaritatis maxime est in-
ductiuū. Item mons honorificencie et dignitatis. nam inter om̄es mō-
tes arabie phenicis et syrie. mons libani in sublimitate. in fecūditate. in
amenitate. et aeris salubritate optinet principatū. vt dicit Jeronimus
et Josephus.

¶ De monte Semeron.

Semeron est mons de quo dicitur. ij. paralipo. viij. Mons
in quo est modo sebaste. vbi reliquie johānis baptiste requie
scūt. In eodē quidē monte prius edificata est samaria a qua
et tota regio postea samaria est vocata. Hec ciuitas ratione
mōtis fuit fortissima. et ad expugnandū difficilima. vnde et reges assi
riorū miris sumpcibus et belloꝝ maximis apparatibus eā tribus ānis
continue obsederūt. Et vix propter angustiā contra ipam p̄ualere vi-
ribus potuerūt. immo vt dicit Jero. et Johan. nūquā eā expugnassent
si ipius habitatores deū israhel ad iracūdiam prouocantes plenā fidu-
ciam in eo habuissent. et ipius legem nullatenus reliquissent.

In secundā partem prime huius partis principalis de moribus ritibus et erroribus eoꝝ qui sanctā inhabitāt terrā ꝑsatiūcula incipit·

P Ostea ꝙ in superioribus sancte peregrinationis Jero-
solimitane loca descripta sūt figuris pariter et scriptu-
ris· superest ordine cōgruo iuxta pollicitū· incolarum et
indigenarū locoꝝ eorundē· leges ritus et mores· immo
ꝑfidiam detestabilem· pestiferos errores· hereses ꝙ dam-
natas· ꝓut a nobis inter peregrinandū exacta indagi-
ne et inquisitione studiosa potuerūt depꝛehendi· in mediū ꝓducere· atqꝫ
hic sub cōpendio annotare· ad laudem et honorē vnice vere fidei nostre
orthodoxe· sancteqꝫ tomone ecclesie catholice· que absqꝫ macula et ruga
sponsa ꝑmanet decora· sponso suo xp̄o fideliter cōiuncta· qui semetipm̄
tradidit pro ea vt illam sanctificaret mūdans eā lauacro aque in ver-
bo vite· vt exhiberet ipse sibi eam gloriosam sanctā et immaculatā· Ad
ignominiā vero et cōfusionē illoꝝ ꝑfidoꝝ superboꝝ et obstinatoꝝ· siue
sarracenoꝝ qui pseudo sui prophete Machometi· sacrilegas imitantur
leges· ymmo fabulas inanes siue scismaticoꝝ eisdē in terris existentiū·
qui se falso cristi cognominant cultores· ore quidem cōfitentes se nosse
deū· quē tamen factis negāt· ab obedientia sancte Romane ecclesie pro
sua superbia et arrogantia ꝑtinaciter segregati· Proinde etiā longe a
salute effecti· eo ꝙ omīs qui est extra archam Noe· id est ecclesiā sanctā
catholicā et apostolicā· pereat necesse est· Longe profecto ab hijs pecca
toribus salus· qꝛ iustificationes dn̄i nō recte exquisierūt· suoꝝ dogma-
ta heresiarcharū pure et simplici quā nos amplectimur (feliciter sane)
ꝑferentes· Generatio porro ꝑuersa est et infideles filij· gens absqꝫ cōsi-
lio et sine prūdentia· vtinā saperent et intelligerēt qđ inobedienti sauli
regi dixit Samuel propheta Nūquid vult dn̄s holocausta aut victi-
mas et nō potius vt obediatur voci sue· Nam et ip̄e dn̄s dicit· qui eccle
siam nō audierit (intelligens proculdubio eā quā ip̄e supra petrā fidei
edificauit atqꝫ fūndauit Romanā scilicet) sit tibi tanquā ethnicus et
publicanus· maior est enim obedientia ꝙ victime· et aūscultare magis
ꝙ offerre adipem arietū· Quoniā qūasi peccatū ariolandi est repugna-
re· et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere· Sola est profecto que fi-
dei meritū possidet obedientia· sine qua· quisqꝫ infidelis cōuincitur· etiā
si fidelis esse videat̄· Sed hac de re infra latius disseretur· Hoc vnum
adiectū velim· ꝑmonitūqꝫ fore cupio eius rei lectorem· ꝙ nequaꝙ michi
in ꝑsentiarū desumpsi cōtra hos quos narrabo errores cōgredi aut cō-
fligere disputādo· Jd enim longe supra meas esset vires· id longe meā
supgrederetur facultatē· Jd quoqꝫ ante nos diu actū est ꝑ patres et ma
iores nostros tūm eruditissimos tum etiā sanctissimos viros· multoqꝫ
ea sup re labore est sudatum in sacris generalibus concilijs et sinodis·
Jn quibus tum multi tum graues sunt editi canones contra eosdem·

Ceperũt autem vt omnibus notum est. huiusmodi generalia celebrari cõcilia a temporibus Cõstantini. In pcedentibus nãq3 annis psecutione feruente. docendarũ plebiũ minime dabatur facultas. Vnde xpianitas in diuersas hereses scissa est. qr nõ erat licentia epis in vnũ cõuenire. nisi tpe supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem xpianis libere cõgregari. Sub hoc etiã sancti patres in cõcilio Niceno de omni orbe terrarũ cõuenientes iuxta fidẽ euangelicã et apostolicã. scõm post apostolos symbolum tradiderũt. Inter cetera autẽ cõcilia quatuor esse scimus venerabiles sinodos que totã principaliter fidem cõplectũtur. quasi quatuor euãgelia vel totidẽ paradisi flumina. Harũ nicena sinodus. cccxviij. epoꝝ constantino augusto imperante pacta est. In qua arriane pfidie cõdemnata ẽ blasphemia. quã de inequalitate sancte trinitatis idem arrius asserebat cõsubstantialemq3 deo patri deũ filium eadem sancta sinodus p symbolum diffiniuit. ¶ Secũda sinodus. c. l. patrũ sub Theodosio seniore cõstantinopoli congregata est que macedoniũ spiritũ sanctũ esse negantẽ cõdemnans cõsubstantialem patri et filio spiritũ sanctũ demõstrauit. dans symboli formã quã tota grecoꝝ et latinoꝝ confessio in ecclesijs pdicat. Tercia sinodus ephesina prima ducentoꝝ epoꝝ sub iuniore theodosio augusto edita est. que Nestorium. duas psonas in xpo asserentem iusto anathemate condemnauit. ostendens manere in duabus naturis vnã dñi nostri ihesu xpi psonã.

¶ Quarta sinodus chalcedonensis. dc. xxx. sacerdotum sub Marciano principe habita est. in qua Euticen constantinopolitanũ abbatem verbi dei et carnis vnam naturam pronunciantem et eius defensorem Dioscorũ quondam allexandrinũ episcopum et rursum Nestoriũ cũ reliquis hereticis vna patrũ sententia pdamnauit. pdicans eadem sinodus xpm dñm de virgine sic natũ. vt in eo substantiã diuine et humane cõfiteamur nature. Hee sũt quatuor sinodi principales. fidei doctrinam plenissime pdicantes. Verũ non solum in istis sed et in alijs multis cõcilijs tempoꝝ successu. varijs in locis celebratis. nõ modo acerrime disputatũ fuit cõtra illos heresium inuentores et sectatores. de quibus infra suis dicetur locis. sed et tremẽdis ac terribilibus sententijs et grauibus censuris in eos est fulminatum. Ergo hijs missis et psuppositis tanq3 prius et abolim stũdiosissime ventilatis animus est michi dumtaxat eos quos inter lustrandũ terras illas et pscrutandũ incolarum mores et obseruantias. comperi errores. pura recitare veritate et simplici stilo designare. Eo potissimũ fine vt talibus cognitis erroribus quibus sancta illa fedatur terra. orthodoxoꝝ animi magis ac magis mardescant. cõcitentur. cõfortenturq3 contra pessimos et prophanos locoꝝ illorum sacrorũ nõ tam inhabitatores q3 maculatores. Ita vt si vnq3 deo volente. ac sancta disponente ecclesia vlla arriserit oportũnitas. pfidos illos exturbandi et exterminãdi. ipsi veri xpi cultores. ac xpiane religionis zelatores. more fortissimorũ quondam et zelosissimorum

machabeorum·promptiores paratiores ferventioresqꝫ inveniantur·pro xpo·proqꝫ eius vlciscenda iniuria·pro fide deniqꝫ et·sacratissime terre illius expurgatione·animas suas ponendi·mortemqꝫ subeundi tum honestam tum etiam sanctam·

Ceterū vt ordinatius in rem veniam·primū omniū de sarracenis et eorum legibus disserere instituti mei est· Postac de aliorū varijs sectis ex ordine dicturiis·verūm quo sarracenorū error et prophana lex amplius elucescat fiatqꝫ cognitu euidentior· In primis de ipsorꝫ sarracenorum maledicto seductore scilicet Machometo pauca duxi pmittenda videlicet·

Primo — De eius — Ortū et origine siue natiuitate·
Secūdo — De eius — detestabili vita et cōuersatione·
Tercio — De eius — secte pestifere intro ductione·
Quarto — De eius — misera et infelici morte·

Quinto de articulorꝫ in alkorano siue lege eius cōtentorꝫ enumeratione·et ipsorꝫ cōpendiosa improbatione siue suggillatione propter rudes quosqꝫ·ne fabulas illas·diuina oracula putent·que nil prorsus habent fundamenti·

De ortū et origine Machometi — Primū Capitulum

EO tempore quo Bonifacius papa quartus ecclesie romane psidebat·et focas Imperiū administrabat·qui regnare cepit Anno dñi·dc·quinto·vt tradūt historie·quo videlicet tempore Cosdroe rex persarū·grauissima bella ecclesie mouens·multas romanorꝫ puincias et ipsam etiā Jerosolimam inuasit·ac destruens ecclesias·sacraqꝫ loca prophanās·inter cetera que rapuit·etiā crucem sanctam pro parte ibi ab Helena relictam asportauit·natus fuit ille pditionis filius machomet·currēte iam dñice incarnationis Anno·dc·sexto·sub die vicesima tercia mēsis Aprilis Cuius natiuitatis exordiū·vite quoqꝫ et cōuersationis mortisqꝫ seriem

omnē· libellus quidā qui in transmarinis partibus habetur famosus·
sed et Vincētius beluacēn· in speculo suo historiali li· xxiij· ca· xxxi x·
et sequentibus multis· diffuse tradit admodum et copiose· ex quibus
que sequūtur cōpendiosius sunt extracta· atq̃ȝ in ordinē historie reda=
cta· Fuit siquidem vir quidā in Arabia· cui nomen abdimenech· sarra=
cenus genere siue Agarenꝰ· Nam sarraceni proprie sunt agareni· vtpo
te nō ex sara legittima cōsorte et cōthorali abrahe· sed ex agar eius cōcu=
bina descendentes· ex progenie scȝ ysmahelis· vnde et ysmahelite etiam
dicūtur· cuiꝰ manus vt liber Geneseos testatur cōtra omnes et manūs
omniū cōtra eū· Hic ergo Abdimenech vxorē sui ritus et cultus acce=
pit (nam venerē vti ceteri arabes colebat) ex qua filiū genuit· nomen
illi imponens Machomet· qđ interp̄tatū cōfusionē facīēs p̄loqui· con=
gruo certe p̄sagio ei impositū qui sibi suisq̃ȝ ꝑpetūā cōpararet cōfusionē
Hūc diem natiuitatis machometi solennem habēt sarraceni· et p dies
septem cōtinuos venerātur· crapūlis et cōmessationibus rebusq̃ȝ vene=
reis vacātes singulis ānis· Ceterū natus machomet· paulo post vtroq̃ȝ
orbatus parente· pupillus et orphanus mansit· cuiꝰ misertus patruus
suus cognomento abdemutalla· in tutelā ⁊ curā eū suscepit· educauitq̃ȝ
in Arabia in loco qūodam cui nomen Salingūa· Colūit et ipe macho
meth ydola cū omni domo et generatione sua· Cūq̃ȝ iam infantilem ex
cessisset etatē iuūenis factus· cuiusdam nobilis et p̄diuitis matronē vi
due nomine Cadigan famulus effectus est· cū camelis eius et asinis in
Syriam et alia loca finitima merces deferēs· donec tandē eā suo captā
amore· et calliditate seductā duxit vxorē· Verū· etiā legitur q̄ a prime=
ua sua etate mercator fuerit· atq̃ȝ cū camelis suis in egiptū et palestinā
cū iudeis et xp̄ianis pergēs· ab eis vetus et nouū didicerit testamentū·
atq̃ȝ magus ꝑfectissimꝰ euaserit· Et dū sic discurrens corrozainam in=
grederetur ꝓuinciā· cui Cadigan q̄ supra dn̄abatur· et diuersas species
aromaticas ad eā crebro afferret· cepit ei mulier ipsa familiarius adhe=
rere· quā ipe incantationū suarū p̄strictam fantasmate cepit paulatim
in errorē inducere· asserens q̄ȝ ipe esset summus propheta et nūcius dei·
Suffragabantur autē verbis eis tā incantationū p̄stigia q̄ suē callidi
tatis ingenia copiosa· Qua opinione potens mulier adeo decepta fuit·
q̄ cū vidua esset eū sibi assumpsit maritū· et omnia sua ei tradidit bona
De hoc ipe machomet in alkorano suo testatur· scribens deū sibi dixisse
in hec verba· Nōne tu fuisti orphanus· et collectus es· in errore· et iusti=
ficatus es· pauper· et ditatus es·

De detestabili vita et cōuersatione machometi · Secūm Capitulū

Dero vbi se Machomet locupletatū eiusce mulieris opibus vidit· elatus animo· cogitauit sup omnē gentē et patriā illā regnū sibi vsurpare Sed dū hoc effectui dare facile nō posset p̄sertim cū paucos adhuc haberet fautores· arte ꝛ ingenio vt poterat vtebatur· simulans se dei prophetā et nūciū· quo vel sic regiam tandē nancisceretur dignitatē· Cūq sibi hoc modo prophete nomen falso assumpsisset· ingressus est ad homines qui tāto facilius qualibet astucie machinatione decipi poterāt· q̄nto longius ab omni sapientia et vsu ciuilitatis· totiusq humane prudētie honestate p agros et villulas sequestrati· q̄d dei nūcius vel propheta esset· aut in quo cognosci deberet· deniq quid inter veritatē et mendaciū· inter fatuitatē distaret et prudentiam· discernere prsus nesciebāt· Ad hos seducēdos· quorūdā (de quibus postea dicemus) ope et cōsilio nō mediocriter confortatus· In primis homines ad se pestiferos et viaꝝ insidiatores fugitiuos· homicidas· predones· raptores· latronesq attraxit· quos ad deuia siluarū· cacumina montiū atq proxima fontibus loca circūquāq mittebat· Insidiari scꝫ negociatoribus et iter agētibus· occidere et p̄dari eos· atq diripere omnia que vel negociationis vel necessitatis causa· bona portassent· Nā et ipse quoq met cū primo prophetie sue tpe· de ciuitate veniret ad mechā· camelum pauperi cuidā abstulit· atq cū iam q̄dragīta triū esset ānoꝝ· tali beneficio· p̄dicationis sue primordia dedicauit· Hij aūt q̄ in mecha erāt· magno eū odio psequebatur· eo q omnia eius malefícia nossent· Quippe q̄ cū latro esset; et predo· prophetā se dei stultis hominibus mētiebatur· Abijt ergo inde in quandā ciuitatē destructā· quā ex maiori pte paupes inhabitabāt iudei· in quā ingressus vt iusticie sue regulā· modūq sue prophecie ostenderet· pupillis cuiusdā carpentarij filijs domū vi abstulit· sibi in ea templū cōstituēs· Ex hac ciuitate quot et quāta mala· damna et bella· et viatoribus et locoꝝ incolis intulerit· quot etiā ex suis socijs amiserit· longū esset euoluere· maxime tū insidiarū assultus die et nocte agēs· viginti sex numero cōflictus siue cōgressus hostiles in paupes· eo tpe gessit· nouē p se· reliquos p socios· Hec sue prophecie exordia fuere· Et qd deterius longe erat· si quis ei in huiusmodi maleficijs cōtradicere aut eū redarguere p̄sumpsisset· mox eū vel p se vel p suos proditorie iugulabat· sicuti (qd certū est) senem quendā iudeū in lecto dormientē ideo p̄ter ceteros fecit iugulari· qꝛ se ab eo vituperatū dicebat· Animaduertat q̄sq rationis compos· si hec ad dei prophetā ptineant· in quibus nil aliud q̄ fraus et violentia· atq humani sanguinis effusio (qd latronū est propriū) apparuit· Quis vmq̄ nō dico propheta· sed qui vel modicā dei noticiā haberet talia fecisse auditus ē· An nō poterat se de illo iudeo (vt reliqua sileā) aliter vindicare nisi dormientem confoderet (qd auditu ipo horrendū est· Sed vnde hoc ei nisi a dyabolo· qui et ipse homicida extitit ab inicio· Aut vbi est id qd de seipo in alkorano suo tradit· missum videlicet se cū pietate et misericordia· qd

quo modo verū vbi tanta in homines feritas· tanta crudelitas agebatur· Cetera plurima eius detestanda transeo facinora· q̄ ipm fuisse pseudo prophetā et vas omnis iniquitatis euidenter cōuincerēt· si p ocio in mediū adducere liceret· sed ratione habendā pro lectori censui magis· Hoc vnū ex multis velim adiectū· risu ꝓfecto dignū· ꝙ cū ipe quadā vice cū suis satellitibus pgeret· cōtra eos qui sibi pro sua malicia obedire cōtempserāt· victus et vulneratus· labro superiori cōcusso· cōfractis genis· dentiūq̄ inferiorum medio excusso· ac vultu miserabiliter dilacerato· vix a socijs defensus euasit· Et cū sepenumero diceret semper se decem habere angelos custodes sibi a deo datos ne vnq̄ lederetur· liquido apparuit· q: mentita est iniquitas sibi· Mirū profecto videri cuiq̄ potest quo pacto is dei nūcius et propheta haberi potuerit· cui⁹ vt breui verbo omnē describam⁹ vitā· alia nō fuit actio q̄ homines interficere et aliena diripere· vt ostensum est· atq̄ stupra incestus et adulteria ppetrare· qđ nūc paucis absoluem⁹· Erat siquidē ipe Machomet pter tantā tyrannidem omniū hominū sui tpis impudicissimus atq̄ impurissimus qui etiā suo alkorano tale nō erubuit dedecus inscribere vt diceret (sicut patet legēti) tale donū a deo renibus suis datū vt quadraginta viros in coitū quātūlibet potentissimos posset adequare· vbi quoq̄ inter cetera rebus se odoriferis et potissimū mulieribus asserit delectari· Pudet profecto hoc in loco ad specialia descendere q̄ tamē illum porcū sue inserere prophecie puduit minime· Quid enim turpi⁹· q̄ qđ ipe de sua vxore que Aissa vocabatur legit̄ fecisse· Hec enim cū pulcra esset et dedita libidini· a quodā cui nomen zaphagan· amabatur· q̄ et cōsuetudinariū cū ea adulteriū· ipo machometo sciente et cōsentiente agebat· Cūq̄ sup hoc a quodā argueretur· qui diceret mulierū copiā esse· nec decere tantū hominē a muliercula dehonestari· dignāq̄ eam fore repudio· Respōdit machomet· nullā sibi ex omnibus quas habebat vxoribus illa esse cariorem· neq̄ se vel de aliorum verbis vel de eius adulterio curare aiit sibi dilectā dimittere velle· quinetiā in alkorano suo eam affirmat innocentem fuisse et hoc sibi diuinitus reuelatū· De huiuscemodi vero suis turpitudinibus plura iam dicerem· nisi libellum hūc inhonestissimis verbis sordidare formidarem· per omnia similis factus est equo et mulo quibus nō est intellectus· Sed et sarraceni (vt hodie est cernere) eū in hoc imitātur· homines omino carnales et bestiales· vt latius infra patebit·

De tempore et modo quo Machomet sectam suam incepit· Tercium Capitulum

Tradūt historie q̄ regnante iam Eraclio post foca Imperatorem· sub quo natus fuit machomet· sectam suā ipe incepit· Nam eraclius iste cepit regnare Anno dn̄i· dc· tercio decimo et· xxx· annis imperiū rexit· Bene quidem a principio fausteq̄ pro ecclesia agens et probe· sed male cōcludens· Nā heresi pessima

monothelitarū qui vnā tantū in xp̄o naturā dogmatisabant depravata-
tus· post multas victorias et gloriosos triūphos (de quibꝰ etiā partim
in historia sancte crucis habetur) a catholica fide aberrauit· Vnde diui-
na haud dubiū ꝑmissione· eius tēpestate sarraceni ip̄o machometo pseu
do propheta eis ducatū p̄bente a sedibus suis exeuntes· eraclij imperi-
um grauiter deuastare ceperūt· Sic et Homarꝰ machometi discipulus
vt dicit Hugo floriacensis circa finē imperij eraclij· damascū et regio
nē Phenicis et Jerusalē· totāq3 Siriā et Anthiochiā ꝑ sarracenos occu
pauit· In quibus omnibꝰ locis erāt tūc tēporis multi deuoti xp̄ani in
cenobijs· numero etiā centenario et ducētenario et interdū amplion do
mino famulātes· qui ip̄orū sarracenoꝝ gladijs ad celestia regna perue-
nerūt· Circa finē itaq3 eiusdem eraclij vertente iam anno salutis· dc· xlj·
machometh ꝓpria nequaq̄3 cōtētus malicia· nisi etiā veludalter draco
tartareus sue prophane doctrine aut legis cauda· terciā stellarū partem
de celo deiceret· ip̄az suā nephandissimā sectā incepit at3 auctore diabolo
ꝑfecit hoc modo· Nā vt superius memoratū est cū se cerneret regnū ara-
bie ꝑ vim cōsequi nō posse· ꝑ simulatam sanctitatē id tēptauit· fingens
se ꝓphetā et nūctium dei· Sed quoniā rudis et illitteratꝰ erat· prouidit
ei diabolus mille artifex· ac animarū nostrarū hostis ꝑpetuus· ꝑditissi-
mos quosdā ꝟ͛ eruditos et doctos· tum ex iudeis· tū ex cristianis qui eidē
tamq̄3 omnis impietatis instrumēta assisterēt· at3 instructum· in errori-
bus iugiter fouerēt· At inter xp̄ianos p̄cipuus fuisse legitur monachus
q̄dam apostata vir belial nomine Sergius· qui eum in nouo informa-
uit testamēto· De hoc Sergio scriptū reꝑitur· ꝙ cū in monasterio suo
grauiter deliquisset· et ob id excomunicatꝰ et expulsus fuisset· eiusce rei
cōfusus pudore aufugit et ad machometū se contulit· Alibi quoq3 legit͛
ꝙ q̄dam multarū lr̄arum cleric9 qui etiā Anthiochie archidiaconatus
fungebat͛ officio· cū romam venisset· et dignitatē quandā quam ambie-
bat obtinere nequisset· indignatꝰ plurimū et graui contra ecclesiā ira et
odio ꝑmotus· se huic machometo cōiūxit in regione Cubene in qua cō
mixtim et gentiles et iudei cōmorabātur· Machomet vero artibus ma
gicis intentus adhuc ydola colebat quū hij ad eū venerūt· Nam hoꝝ pra
uo cōsilio ab inicio sectā illam incepit· Volens igitur sergius p̄dictus
aliquid facere· vnde monachis illis q̄ eum expulerāt recōciliari merere-
tur (erāt enī heretici nestoriani· qui dicūt virginem gloriosam mariam
non deū· sed hominē tantū peperisse) omni conatu et studio machometo
persuadebat· vt ab ydolis recedēs· fieret xp̄ianus nestorianus· q̄d dū astu-
cia sua ꝑfecisset discipulus eius machomet effectus est· et sergius se ob id
nestoriū nuncupauit· Cognito vero iudei ꝙ multi etiā machometh ipse
ad qualemcūq3 quasi vmbrā xp̄ianitatis monachū illū sequerentur et
pene id quod postea ꝑ machometū effectum est ꝑ ip̄m nestoriū iam fieri
incepisset· inuidētes timētesq3 ne in veram aliquādo xp̄ianitatē machu
met et alij inciderēt duos ex suis peritioribus et ceteris astuciorib9 sub
miserūt· quoꝝ vnus Audias alter vero Cabalahar vocabatur· qui ma-

liciosa calliditate socios se eius esse fingentes·multa eum de veteri lege
docuerũt atq; in alkorano suo (quo res confusior fieret) inscribi fecerũt
Taliũ itaq; cõplicũ machomet doctus magisterio· alkoranũ siue legẽ
suã·vtriusq; testamenti coloratã auctoritatibus composuit·Veris qui
busdam·falsa multa et omnino absurda comiscẽs·atq; venenũ vt mo=
ris est omnibus hereticis sub melle abscondens·Quo sic vt ꝓfertur con
fecto·machomet porrectiori iam fronte·hysce videlicet armis munitus
et socijs·se esse prophetã ⁊ dei nũciũ ad coꝝ salutẽ missum diuinitus·au
denter populis mentiebatur·asserens maxime ideo se missum·vt xpia=
noꝝ et iudeoꝝ leges·q̃ rigide nimis essent ac seuere·mitioꝝ p̄ceptoꝝ tẽ=
peraret promulgatione·Vt autẽ eius missioni·instar moysi·prodigia
quedã attestari viderẽtur·assignata die popŭlũ ad certũ conuocauit lo=
cũ·vt legem suã in signis et ꝓdigijs susciperent qua deceret deuotione·
Tũc eo sermocinãte ad plebem·columba quedã alba q̃ in vicino erat
ad hoc ꝑ ipm fallaciter edocta·sup humerũ eiꝰ aduolauit·et grana quedã
in aure eius reposita vt erat solita comedens·quasi spũs sanctus legis
et verba q̃ loquebatur suggerere videbatur·Taurus quoq; vt fertur si=
mili inductus cõsuetudine·vt de manu eiꝰ pabulũ acciperet·ad vocem
eius corã omnibus aduenit·et quasi noue legis mãdata celitus missa·
que ipe cornibus eiꝰ alligauerat detulit·omniũ cũ stupore et admira=
tione ingenti·Sed et ciphos quosdã aureos et argenteos lacte et melle
plenos·quos ipe certis in locis terre latenter infoderat·quasi ꝑ diuinã
reuelationẽ ibidẽ fecit effodi·ac populo velud in signũ future habũdan
tie·quã ꝑ eiusdẽ legis obseruantiã mereri deberet·ostendit·Sicq; quasi
miraculis et magnalibus diuinis cõgratulantes et acclamãtes·rudes
illos seduxit·ac ad legẽ suã quasi diuinã recipiendã ꝑtinaciter anima=
uit·Inde arabes ei adherentes regnũ ꝑsidis vt supra habitũ est infestã=
re·ac demũ orientalis imperij fines vsq; ad Alexandriã inuadere sup
eracliũ ceperũt·Porro propter huiuscemodi sceleratissima forefacta sua
Machomet adeo ꝑcussus·cepit freqũter cadere epilentica passione·que
vulgo morbus caducus appellat᷑·vnde crebro ꝓstratus in terrã mise=
rabiliter caput collidebat·ac spumãs abhominabiliter fedũ ac visu hor
rendũ spectaculũ de se p̄buit·ita ꝙ etiã ad tẽpus omnino insaniret·amẽs
effectus·Qd cernens cadigan vxor eius prima·opido tristabatur·eo ꝙ
impurissimo homini et epilentico nupsisset·Sed et ceteri hoc cõperto in
eo scãdalisabatur·Quos ille cõciliare sibi studẽs·talibus eos callidissi
mus nequã sermonibus demulcebat dicẽs·Quotiẽs gabrielem archan
gelum mecũ cõtemplor loquentẽ·totiẽs claritatẽ atq; splendorem vul
tus eius ferre nõ sustinens vtpote homo carnalis et mortalis·deficio et
cado et rapior nõnũꝙ in extasim·a sensibus prorsus alienatus·Credi=
dit mulier·sed et arabes omnes vsq; hodie in eo ꝑseuerãt errore ꝙ sedu=
ctor ille ex archangeli gabrielis (qui ei sepiꝰ apparuerit) ore·illas q̃s

cis tradidit suscepit leges· Sed excecauit eos procūldubio malicia eorum·et demeritis suis obscuratū habentes intellectū·iusto dei iudicio miseri errant atq̧ perditū eunt·

¶ De misera et infelici morte Machometi Quartū Capitulum

Eterū posteaq̃ ille pseudo propheta Machomet·primogenitus sathane·multo plures suis dyabolicis legibus mancipatos populos puertit·q̃ vnq̃ aliquis heresiarcha seduxerit·ac sanctus quisq̧ cōuertit· tandem infelici morte·actibus tamē suis dignissima a quodā emulo suo vt in quibusdam reperitur historijs toxico infectus interijt· Vel vt alibi legitur morbo pleuretico per septē dies egrotauit·sensib⁹ amissis·Septimo vero die resumptis paululum viribus· iratus est in eum grauiter halay filius abytalib·princeps inter suos·eo q̧ sic sensum amisisset·et idipm ei significauit Tunc ille rubore pfusus·iussit nullum aliū secū manere in domo· nisi alahabet filium abdemutella patrui sui· Redeunte autē egritudine· septimo post die infelicem exalauit animā·orcis mox tartareis dandam· Intumuitq̧ venter eius et minimus suus digitus incuruatus est·Fuit autē obitus eius die lune· duodecima mensis primi· qui apud eos appellatur Rabeg Anno vite sue·lxiij·die q̄uarta decima postq̃ ceperat egrotare· Vita ergo ipsius·lxiij·extitit annorū· q̄uorū viginti tres in prophetia sua execrabili expendit·Sed id haud pterm ittendū censui·verū quidem sed ridiculosum·q̧ cum ipse adhuc viuens· pcepisset discipulis suis et amicis ne eum mortuū mox sepelirent· quoniam die tercia post mortem suā assumendus esset in celum· Ibiq̧ eo defuncto· pceptis parentes a scda feria in qua obierat·non modo per triduū sed p duodecim dies presto larentur siquis eū in celum deferret·longaq̧ fatigati exspectatione ·nil aliud in eo quam intollerabilem cernerent supexcrescere fetorem·tandem nudū corpus sine honore indignantes sub terrā proiecere· Talis ergo fuit vita machometi·talisq̧ finis profecto miserabilis Porro seductore illo et pseudo propheta sic mortuo· omnes facile eius deprehensa falsitate (nam omīa que dixerat irrita et inania cernebāt) reuersi sunt vnusquisq̧ ad suam quam ante tenuerat sectam·paucis de sua cogitatione exceptis·q̄ui se in regno succedere sperabant·
Eo quidem tempore fuit Ebubeer vir callidus et prudens · q̄ui non

multo post regnū adeptus est. Et q̄q̄ id filio abitalis nomine halay principi inter discipulos et amicos machometi vehemēter displicuisset adeo tamen eū rex obsequijs deliniuit et blandicijs. vt sponte ei regnū post se delegaret. Hic ergo eos qui auersi fuerāt a lege Machometica. omni ingenio ad eam reuocās. iterū eos errori et stulticie mancipauit. Quidā enim metu penarū. quidā spe honoris. alij alterius cuiuslibet lucri causa. omēs tamē simulatorie. nō ex animo. rediere. Iste quoqȝ successor machometi iam dictus. calypha a suis cognominatus. postea q̄ in regno cōfirmatū se vidit. ꝑ decessori suo templū equidem satis ꝓciosum in mecha fieri fecit. et sumptuosam artificiosamqȝ maiorē inmodū in eo sepulturā. Nam fertur ꝙ sarcophagū in quo ossa machometi erāt reconditi. vndiqȝ ꝑ circuitū circūdedit ferro. ac repositis clanculo magnis de adamante frustis in superiori ꝑte templi. et sarcophago ꝑ virtutē lapidis illius in ferrū agentis. paulisper a terra eleuato. suspēsum quasi miraculose in aere cernebatur. quo artificio delusi populi. credebant eius corpus ob sanctitatē suā sic eleuāri. atqȝ in eo errore sic dementati semꝑ ꝑstiterūt. Verū Anno dn̄i. m. cccc. lxxx. vti certa et veridica cōperi relatione. subito horrenda venit tempestas (diuina haūd dubiū dispositione) micabāt fulgura. tonitrūa terribilia resonabāt. ignis descendit de celo. et grando ingens. in mecham et templū ꝓsertim. atqȝ sepulcrū illius maledicti seductoris cū corpore ei⁹ in profundū terre vel certe inferni detrūserūt. ita ꝙ nullo deinceps modo aut studio potest inueniri. Magna quoqȝ templi pars corruens. igni cōsumpta est. atqȝ ita pseudo sui prophete reliquijs et corꝑe sarraceni priuati sunt et si intelligere vellent vehemēter valde cōfusi. Sed induratū habentes cor in iniquitatibus. suū nequaq̄ possunt agnoscere errorē. ira dei manente super eos. Et q2 sic rebelles sunt lumini. iuxta dei sententia. tenebris obscuratū habentes intellectū. et alienati a vita dei ꝑ ignorantiā q̄ est in illis. propter cecitatē et duriciam cordis ipoꝝ vt apostolus dicit. in tenebris ambulant. in tenebras tandē exteriores ad suū damnatissimū prophetam pellendi.

De articulis in alkorano seu lege machometica cōtentis. cū eoꝝ cōpendiosa improbatione propter vulgares   Quintū Capitulū

Alkoranū machometi siue legem execrabilem et prophanā. si quis (tantū nactus ocij. vt possit) diu et diu legerit et relegeritqȝ q̄sepe. proprio profecto cōpertū exploratūqȝ habebit experimento. ꝙ tota illa scriptura adeo cōmixta est et cōfusa. vt quicq̄d ibi est. totū sine cōtinuatione. sine cōpositione. absqȝ omni verborū aut sentētiaꝝ ordine vel colore. postremo absqȝ vllo sensu et ratione positū videatur. ita vt nichil ibi sit. qd̄ homini placere possit aut animū oblectare. Nam si eloquētia cōsideretur. nemo tā turpiter olī q̄d arabice scripsit. Quātū eīm ad sapiētes arabicos scriptores q̄d est tota alkorani

littera vel scriptūra nisi digna risu barbaries. Ego nichil ibi video (si
tamen esse potest aliquid) boni. Nā mala illic reperiri multa dubiū nō
est. que vel stultus quilibet similiter aut certe multo elegantius finge-
re posset. Esto tamē bona ibi videātur esse aliqua. vt verbi gratia. ꝙ ali
quādo ieiunetur. oretur. et elemosine alique fiant. Nūquid primū talia
inuenta sunt a machometo. O quāto sanctius. quāto honestius. quanto
rationabilius. Moyses. helyas. et alij prophetarū plurimi. Johannes
quoqꝫ baptista. atqꝫ ipe omniū dñs saluator noster et ieiunauerūt et ora
uerunt et misericordias impenderūt. et nos quoqꝫ ieiunare orare et ele
mosinas dare ante mōstruosam machometi propheciā longis ante tem
poribꝰ docuerūt. Cesset cesset machomet earū rex velle videri magister
primꝰ. quarū nec dignus fuit discipulus esse vel vltimꝰ. et de his infra
lacius. Ceterum siquis forte obiciat in alkorano scriptum esse et ab ipo
machometo ꝑdicatū legē hāc talem esse q̄ualis nec ab hominibus nec a
demonibꝰ fieri potest. Respondemus ipm inprimis tales certe elegisse
q̄bus eā daret rusticissimos videlicet atqꝫ rudissimos et prorsus aggre-
stes. q̄ et nouiter de diuersis sectis venerāt ipamqꝫ adhuc linguā arabi-
cam ad plenū ignorabāt. qui omnino nulliꝰ essent discretionis vt eam
diiudicare aut discernere nossent. Deinde cōcedimꝰ profecto ꝑ omnia et
libera profitemur voce. ꝙ vere tā stulta tam inhonesta tāqꝫ irrationa-
lis scriptura. nec ab hominibus nec a demonibus fieri pt. Puto enim ꝙ
etiā demones talia scribere erubescerēt. Idqꝫ in processu patebit magis
magisqꝫ. ¶ Sūt etem̄ in alkorano duodecim articuli ceteris principa-
liores cōtenti. quoꝝ succinctā narrationē et improbationē quoad sub
cōpēdio fieri potest ex quodā libello excerptā his inserere operepciū duxi
optimo respectu. quē quidē libellū. petrus quondā alfonsi iudeꝰ cōfecit
qui licꝫ inter sarracenos nūtritꝰ fuerit. tñ iudaismo relicto ad fidē xpi
cōuersus est circa Annū dñi millesimū centesimū sextū. in q̄uo libello
sarracenū quendā introducit eū redarguentē hūc in modū. Mirari nō
desino petre. cur paternā fidē relinquēs (qđ optime feceris) xpianorū
fidē delegisti et nō potiūs sarracenoꝝ. cū quibus sp cōuersatus atqꝫ nu-
tritus es. linguā intelligis. libros legisti. Lex em̄ illa probatꝰ esse lar-
ga. de ꝑsentis vite delicijs. multa cōtinēs mādata. gaudiaqꝫ repromit
tens suis cultoribus ineffabilia. paucis deniqꝫ et nō multis onerās eos
ꝑceptis ¶ Primꝰ articulus. Nāqꝫ in die tantū eos iubet quinq̄es orare
Scōns. At anteaq̄ꝫ orent. vt ꝑfectā habeant mūdiciam. ꝑcipit prepu
ciū. manus. brachia. os. nares aures. oculos. capillos decentissime. et ad
vltimū pedes lauare. quo facto. publica voce ꝑcantur. vnū cōfitentes
deū. q̄ nūllū simile sibi habeat aut equalē. eiusqꝫ prophetā machometū.
¶ Tercius Mensem ꝑterea integrū in āno ieiunāt et ieiūnātes noctur
no tpe comedūt. diurno abstinent. Quartus Semel aūt ꝑ singulos
ānos propter solam recognitionē ad domū dei que est in mecha iubentꝰ
ire. et ibi adorare. eamqꝫ incōsutilibꝰ tegumētis circuire. Iteqꝫ lapides

per media femora retrō pro lapidando dyabolo iacere. Hanc domū dicunt Adam cum de paradiso exulasset. domino extruxisse. et omnibus filijs suis (donec Abraham venit) locum orationis fuisse.
Qui videlicet Abraham eam instaurauit. atq; in ea vota vouens dñō sacrificia obtulit. Quā et filio suo ysmaheli post mortem reliquit. eiq; et omnibus filijs eius per multa annoꝝ curricula. donec Machomet natus est orandi domus ꝑmansit. Quo nato. deus eam sibi cūctisq; generationibus suis et sequacibus hereditariam promisit.
¶ Quintus. Amplius dei aduersarios et eoꝝ prophetas. iubentur ꝑdari. captiuare et interficere modis deniq; om̄ibus ꝑsequi ac delere nisi resipiscere. et ad eoꝝ fidē cōuerti voluerint. aut indictū seruitutis censum ꝑsoluere. Sextus Absolута deniq; est eis et cōcessa omnis caro ꝑter porci carnē et sanguinē vel morticinū. ad vescendū. respuūtq; quicquid in dei nomine nō fuerit cōsecratū.
¶ Septimus Licet ꝑter hec illis eodem tēpe quatuoꝛ legittimas habere vxores. et repudiata qualibet aliā semꝑ accipere. ita tamen vt nūquā quaternariū nūmerū transcendāt. In repudio quoq; id obseruatur vt eis vsq; tercio. quālibet repūdiare et eam rursus liceat recipere. Empticias vero et captiuas quot quis habere voluerit et nutrire poterit. licitum erit. et easdem vendendi denuo. emendiq; liberā habet potestatem. sic tamen vt postq̄ semel grauidā fecerit. nequaq̄ eam vlterius iugo seruitutis astringere possit.
Octauus Conceditur insuꝑ eis vt de propria cognatione vxores accipiant. quāten⁹ sanguinis sui ꝓles accrescat. et fortius inter eos amicicie vinculum vigeat.
¶ Nonus De possessionibus recuperandis. iudicia talia sunt inter eos qualia et apud hebreos. vt scꝫ petitoꝛ testibus comprobet. ac negatoꝛ semetip̄m expurget. Testes autē nullos nisi valde ꝓbatas ꝑsonas suscipiūt. quibus scꝫ credere fidemq; possint adhibere sine iuramento.
Decimus In alijs plerisq; iudicialibus mosaice legis custodiūt morem. vt qui hominis sanguinē fuderit. eadē pena ꝑlectatur. Et quisq̄s in adulterio deꝑhensus fuerit. cū adultera pariter lapidetur. Qui autē cū alia qualibet fornicatus fuerit. octoginta sustineat plagas siue flagella. Pari modo si q̄s de furto cōuincatur prima vice et scđa. verberibus castigetur. pro tercia vice manū. pro quarta autē pedem amittat. sed pro quinta suspendatur. Et qui homini cuilibet membrū abstulerit. digno redimat ꝑcio. In alijs lex talionis obseruetur. oculum scꝫ pro oculo. dentem pro dente ꝛc̄.
Vndecimus A vino semꝑ abstinere iubentur. quoniā seminariū et fomes omnis peccati esse probatur.
¶ Duodecimus. Promisit tandem deus sibi et fideli suo prophete credentibus. legisq; illius obseruātibus mandata. paradisum. id est ortum deliciarum preterfluentibus aquis irriguum. In quo sedes perpetuas

habentes· arborum vmbris protegentur· nec calore affligentur nec fri-
gore· sed omniū ciborum et fructuum generibus vescentur· Quid quid
appetitus cuiqꝫ suggeret· inueniet coram se confestim· Induentur seri-
cis vestibus omnū colorībus· in delicijs accubabūt· current angeli· pin-
cernarum ministerio inter eos cū vasis aureis et argenteis vinū offe-
rentes atqꝫ dicentes· Comedite et bibite in omni leticia· qm̄ qđ deūs vo
bis promisit· ecce cōplenit· Iūgenturqꝫ virginibus speciosissimis quas
nec hūanus nec demoniacus violauit cōtactus· jacincti et coralli splen
dore forma p̄stantioribus· Hec bona credentibus dabūtur· Nō creden-
tibus autē deo et machometo eiꝰ prophete· erit infernalis pena sine fine
Quātiscūqꝫ vero peccatis colligatus quisqꝫ fuerit· si in die mortis sue·
deo et machometo eiꝰ prophete crediderit· ip̄o interueniente saluus erit

Hec et alia q̄plurima· cū tu petre a puero· et ab ip̄is pene cunabulis
nouisses scripta· et ab omni sarracenoꝝ gente maxima celebratione ha
bita· Cur xp̄ianam et nō potius sarracenicam religionem es sectatus.

Responsio Petri alfonsi ad hec· Quāqꝫ inquit orationis tue cōtex-
tus· plurimū decoris habeat· dulcedinisqꝫ· apud eos scꝫ qui summū bo-
num in delicijs esse putant· de me tamē id sperare te mirum est· vt ad id
p̄suadendū insteteris· in quo me nullatenꝰ falli posse sciebas· Certū est
enim michi nec incōpertū· quis Machomet fuerit· quomō callida se si-
mulatione prophetā cōfinxerit· et ad hoc machinandū q̄s ei cōsiliarius
extiterit· Q, autē dicis me libros sarracenoꝝ legisse· linguā scire ac sp
inter eos fuisse nutritū· nō idcirco cōuenit vt etiā legem sequar eorum·
quā si p singula que narrasti mādata discurrimus· quantū rationis ha
beat aut fundamēti facile poterimꝰ inuenire·

Primus· Q, enim quinquies in die Machomet orandū p̄cepit· ideo
vtiqꝫ fecit qꝛ suoꝝ cōsilio et eruditione doctoꝝ (de quibꝰ supra mentio
facta est) mediatricē inter iūdeoꝝ et xp̄ianoꝝ legem· suam voluit esse·
nō q̄dē probitate sua· neqꝫ iussu aut adiutorio dei· sed propria dūtaxat
et suoꝝ temeritate et iniquitate· Iudei nāqꝫ scd̄m legem ter in die orāt·
Cristiani vero septies· ß iste mediū ponens inter vtrūqꝫ· nec ter nec sep-
ties sed quinquies iussit orare.

Scd̄us Q, autem priusq̄ orent manus et brachia ceteraqꝫ corporis
mēbra abluūt· id nequaq̄ ad orationē noscitur p̄tinere· Nam ad ora-
tionem quidē mūdari oportet intrinsecus· non extrinsecus· Mundicia
vero de mēbrorum ablutione p̄tinebat ad stelle veneris cultores· qui
eam adorare volentes· ad modū femine se aptabant· ora oculosqꝫ tergē-
tes et huiusmodi· Quia vero in pūcto stelle veneris (vt aiunt) macho-
met rex effectus est· et p oēm vitā suā impudicissimꝰ fuit· ideo hoc in ve
neris honorē fieri p̄cepit· Igitur dū sarraceni frequēti corpoꝝ lotione se
credūt purificari· apte sane hoc illis dici p̄t qđ et iudeis similia facienti
bus dn̄s noster dixit· Ve vobis ypocrite· q̄ mūdatis qđ deforis ē· intus
aūt pleni estis rapina et iniq̄tate· Quid enī prodest toties lauare manꝰ

et pedes extergere caput et ita orationibus insistere. vbi cor et animus
occupata sūt in effusione sanguinis diripiendis substātijs alienis. vxo
ribus quoqꝫ aliorꝫ et filijs captiuādis. ¶ Tercius. Per mēsem etiā ais
integrū in anno pcepit Machomet suos ieiunare. quo vicia carnis re-
stringāt. Sed dic queso michi. quid ꝓdest p diē ieiunare et p noctē terqꝫ
qterqꝫ comedere. optimis repleri epulis. libidinosissime abuti mulieri-
bus. Hec certe carnē nō debilitāt. non minuūt cōcupiscentiā. sed augēt
sed corroborant potius. O ergo monstruosum ieiunium. Absit absit
a nobis talis pdicator ieiunij post quod in die expletū sic omni libidi
ni. ingluuiei. crapulis et cōmessationibꝰ p noctē operā impēdere pcipit
vt nō ob aliud ieiuniū instituisse videat. qꝫ vt postea voluptuosius et
appetentius. omniū turpitudo libidinū exerceatur.

¶ Quartus. Qꝫ vero semel in āno dicis eos ad domū dei q est in mecha
propter recognitionē ire peregrinatū. ibiqꝫ circuire. lapillos ꝓijcere. et
tandem orare ⁊c. domūqꝫ illam fuisse Ade et abrahe. scias nō eos id ex
aliqua auctoritate habere. ſ quasi cōmentū quoddā finxisse. Antea em̄
qꝫ legē suā Machomet pdicasset. ydolis plena erat domꝰ illa. Hic ergo
gradū siste et ego tibi apte mōstrabo. qualis illa domꝰ prius extiterit.
qd ibi fuerit sacrū. et cur illic ire et que dicta sunt machomet facere iusse
rit. Duo filij loth Amon scꝫ et Moab hāc domū honorabant. ibiqꝫ duo
colebant ydola. vnū ex albo factū lapide. qd mercuriū. alterū ex nigro
qd canos appellabat. Et istud quidē ex nigro lapide in honorē satur-
ni. Alterū ex albo. in martis honorē venerabatur. Et bis in āno ad hec
ydola adorāda. eorꝫ ascendebāt cultores. Ad martem quidē quādo sol
primū intrat arietis gradū. qm̄ aries honor est martis. In cuiꝰ discces-
sione vt mos erat lapides iaciebāt. Ad saturnū vero qn̄ sol primū gra
dum libre ingrediebatur. qꝛ libra honor erat saturni. Sicqꝫ nudi ac ton
sis capitibus thurificabant. Arabes quoqꝫ cū amonitis et moabitis hec
ydola adorabāt. Longissimo post tpe veniēs Machomet pristinā gen
tis cōsuetudinē nolens tollere. quasi mutato quodāmodo more incon
sutis optos tegumētis domū circuire pmisit. Sed ne videretur ydolis
sacrificare pcipere. Saturni simulacrū in pariete in angulo domꝰ con
stituit. cuiꝰ ne appareret facies. dorsū tantū extra posuit. ydolum vero
martis qꝛ vndiqꝫ erat sculptū. subtus terrā misit lapidemqꝫ supposuit.
Hominibus autē qui ibi ad adorandū cōueniūt. lapides istos oscula-
ri pcepit. et humiliatis tonsisqꝫ capitibus inter crura lapides retro iacta-
re. qui et dorsa denudabant qd est signū pristine legis. et ad effugandū
demones. se hoc modo lapides iacere dicūt. quos clam in eo ritu potius
venerātur. Et hec est illa pclara machometi industria. ymmo malicia
vt cū a ceterorꝫ cultu ydolorꝫ suos inhibuerit. Istud tamē in honorē ve
neris apud mecham suā fieri pmisit. quin etiam pcepit. Ne ipsam domi
nam suam venerem. in qua se potentissimum iactitabat penitus re-
linqueret sine honore. Cuius etiam rei gratia. diem veneris quam nos

sextam appellamus feriã· voluit a suis lege ppetuã celebrem obseruari (qđ et sarraceni vsq; hodie faciũt) quẽadmodũ nos diem dñicam festiuamus· et sabbatũ iudei· longe tamen alia et alia ratione.

¶ Quintus Preterea dicis· Aduersarios dei et legis sue machomet iussit predari· captiuare et interficere· donec vel credant vel censum psoluant· Atq; id viam esse dei affirmauit· pfecto scias· non id ex dei operibus habet aut pceptis· sed vel odio vel cupiditate id iussit· vt suos destruerent inimicos· Neq; vllo id pacto fieri debet· ymmo si quis aliũ in suã velit conuertere fidem vel sectam· non id p violentiã· sed p piam et rationabilem informationẽ facere debet· Multi certe ab olim fuerunt heretici· quos tamen nec gladio nec coactione aliquã· sed fallacibus et dulcibus sermonibus legim⁹ vsos fuisse· Et omnes quidem ita fecisse noscũtur pter machometũ· qui gladijs qui violentijs· qui terrarũ depopulationibus· qui rerũ omniũ direptione· qui pessundatione facultatum· etiã nolentes suã cogit sub legem· Vbi ergo tua manet scriptura o machomete in alkorano posita· qua te in pietate et misericordia hominibus missũ asseruisti· Qualis queso misericordia in effusione sanguinis· latrocinijs· predis aũt mortibus· vbi etiã est oro qđ in alkorano posuisti· dicens ad temetipsũ· Si dñs deus tuus vellet· totius seculi gentiũ vniuersitas crederet· Cur ergo credere cogis· cũ nullus credat etiã tuo testimonio nisi dei voluntate Sed dico qz nõ modo in isto sed et in plerisq; alijs tua sibi ipi contraria et repugnans est scriptura alkorani· vt facile patet discurrenti p eam· Neq; id tibi suffecit nisi etiã viam dei esse pdicares· Absit absit hoc a deo vt talis sit via eius· qui ab inicio fecit hominẽ rectũ· ac in manu consilij sui cũ reliquit· morte apposita vel vita vt libero arbitrio qđ vellet eligeret· Nec quisq; de plebe eius vnq; fuit qui fecerit talia aut mandauerit fienda· via certe dyaboli est· cui⁹ tu membrum es· et quidẽ pclarũ· Hoc tamẽ hic velim adiectũ· Nã enim hodie sarraceni psertim turcomãni id non obseruãt· hinc reor esse· quia vnũquẽq; in sua fide credũt posse saluari· et id ex alkorano se dicunt habere· qđ iterũ priori (qđ nũc impugnam⁹) mandato penitus est aduersum·

Sextus Amplius cur Machomet porcũ comedi vetuit· ego quidem ob aliud non arbitror· nisi forte ob aliquam inter eos et xpianos differentiam habendã· Nam qꝫ iudei a porco et quibusdam alijs carnibus prohibiti sunt· ratio certa apud eos est· qđ licet nos xpiani ad litteram non seruemus· implemus tamen mistice· quibus in nouo testamento omnia per xpm sunt reuelata· qui conditor vtriusq; est testamenti· qui et per apostolum suũ dixit· Omnia munda mũndis et nichil reiciendũ qđ cũ gratiarũ actione pcipitur· Pudet hic fatuã illam et falsam omnino adducere rationẽ· ob quã porcũ suis prohibuit· quia videlicet vt ipse in alkorano dicit· porcus post diluuiũ ex fimo cameli fuit procreatus· et ideo immũdũ animal estimauit· cuius tamen contrariũ habet in dialogo suo ad Abdiam judeũ· sed hec quoniã fabulosa prorsus sũt trãseo·

¶ Septimus Ceterū illam turpitudinē quis nō exhorreat mox auditā
quā nō erubuit machomet in alkorano ponere. de habendis videlicet q̄-
tuor vxoribus tpe vno et eodē et repudiata qualibet. ex qualibet causa
de alia ducenda. Hāc certe legem etiā bruta animalia si loqui possent
turpissimā proclamarent. Sed quid mirū si alijs q̄tuor habere vxores
induxsit. qui ipse vtpote canis immūdissimus quindecim habuit inge-
nūas. Ancillas vero et cōcubinas sine numero. quas omnes zelotipie
amans spiritu. inclusas custodiebat ne ab alijs viderent᷑ rc. neq̄ hijs
erat cōtentus. ſ̄ et aliorū vxores sibi placitas adulterio polluere nō ve-
rebatur. Et cū de hoc a multis argueretur. aiebat sibi soli hoc priuilegiū
a deo fore cōcessum. vt prophetas et virtutis filios ad dei cultū propa-
garet. retorquēs bestia impudentissima suā luxuriā in deū. vt patet in
alkorano legenti. Nā etiā empticias et captiuas quaslibet et quotcūq̄
habere. emere quoq̄ et vendere pmisit. manifestū est id omnino fore ad-
ulterinū. q2 multotiens emit pater stupratam a filio et econtra.

Octauus Quid vero mirū q̄ incestū nequaq̄ phibuit. sed de cognati-
tione propria vxores ducere ānuit. qui et sodomiam admisit nō modo
circa masculos aut feminas ſ̄ etiā cū bestijs vt liquido patet in alkora-
no capitulo. ij. vbi ita habet littera in forma. Contineatis vos a mulie-
ribus in menstruis et nō accedatis ad eas donec mūdentur. et dū mūn-
date fuerint accedite ad eas pte qua volueritis. Et iterum ibidem dicit
Vxores vestre sunt vobis tanq̄ vinea. excolite ergo eas qualitercūq̄
libuerit. Et adiūgens venenū pessimū dicit. q2 re propria ad omnē vo-
luntatē et voluptatē suā quilibet potest vti. Et iterū in alkorano capi-
tulo. xliij. dicit Deus cōtulit vobis animalia vt ex eis quedā equita-
retis quedā comederetis. et ex eis iuuamēta haberetis. et vt p ea exeque-
remini ea que in cordibus vestris proponeretis. Et licet vos sarraceni
textus istos et similes passus in alkorano. extortis quibusdā expositio-
nibus palliare et fucare conemini. tamen apud sapientes vestra exposi-
tio merito flocci pendit᷑. Cum etiā de ipso vestro seductore legatur. q̄ cū
quodā tpe iter faceret mulierē que sibi casu obuiam venit in via oppri-
mere voluit. q̄ q̄m facinus horrens restitit. asinā suā porcus ille impu-
rissimus sodomitaq̄ fedissimus est aggressus. dicēs pro sui excusatione
ad socios q̄ mulier illa coitū sibi negando amplius peccauisset q̄ si cen-
tum homines occidisset. pro eo q̄ ipse eam cū propheta dei impregnasset.
Vnde et vsq̄ in hodiernū tempus. sarracenorū fatue mulieres. peccatū
illud ab illa cōmissum muliere. deflere ferūtur. q̄ prophetā dei hoc modo
impediuit. Huiuscemodi autē insanias et nephandissimi Machometi
vestri flagicia fateor ob honestatē et stili verecūdiam silencio trāsissem.
ni tibi ipse me reddere rationē coegisses. cur legem vestrā a tali datā le-
gislatore nō elegissem potius q̄ xpianorū. que castissima. q̄ omnibus vir-
tutibus. omni quoq̄ honestate refertissima. sacratissimaq̄ existens. vt-
pote a deo ipso data. longe alia est a vestra. Lex siquidē dn̄i psalmista

teste immaculata· cõuertens animas testimoniũ dei fidele· sapientiam prestans paruulis· Ac vestra porcina et nec digna dici epicurea· omniũ spurcissima facile cõprobatur dinoscituruꝗ· ¶ Jamq; vltra pergam·
Nonus· Jd qđ postea de iudicijs et iusticijs vestris adieceras· haũd inpñtiarũ impugno·
¶ Decimus Laudo quoq; quin tantis mulctatis penis adulteros et fures· sed et addam· vnũ hoc solum· q: si cũcti apud vos adulteri lapidibus deberent obrui· pauci ex vobis superstites in vita essent mansuri· quippe qui nulla recta lege· matrimonia cõtrahitis· sed potius adulterina habetis· Ad rapinas quoq; et furta estis promptissimi· et ideo cõsulte satis· Machometus vester simili assuetus vicio vt supra habitũ ē mitiores censuit penas adhibendas ne a sua maledicta lege diffugeretis
¶ Vndecimus· Q, autē a vino suos exceptis ieiunioꝝ diebus· abstinere voluit· in promptu caũsa est· q; et regio ipa vestrã calidissima omnino sit· et ob id frigida appetibiliora magis· q; q; ipe vester pseudo propheta cuti sue timuit· ne videlicet sui vino estuantes· insultũ in eũ fecissent aũt occidissēnt· quēadmodũ et alie gentes aduersus suos sepe insurrexere tyrãnos· Nam sarraceni facilime ex ipo vino inebriãtur· moderamine nullo seruato· Preterea hic p̄ pudore atq; p̄termitto ꝓhibitionis vim causam illã fabulosã et fatuissimã proferre in mediũ· quã ipse in dialogo ad Abdiã iudeũ assignauit scz de duob9 angelis· qui aroth et maroth appellabãtur· qui inebriati vino et mulierē quandã cognoscentes in penã· in puteo babil vsq; in diem iudicij sunt suspensi capitibus demissis· Ego enim cõfundor talia etiã scribere recitando· que delirus ille asserere veritus nõ est·
¶ Duodecimus Jta et que de paradiso predicauit· vana omnino sunt· neq; vlla possunt ratione cõprobari· vt infra diffusius patebit·

Seqũitur de sarracenis deq; eorũ moribũs et erroribus

Hijs nostris temporibus et iampridē morãtur Jerosolimis diuersi cultus et ritus homines videlicet Sarraceni Judei et xpiani· Verũ sarracenoꝝ triplex est differentia p̄notanda· p̄mittenda q; Quidã enim vocãtur Thurcomãni· et hij morãtur ad plagam aquilonarē ciuitatis Jerũsalem sub imperatore turcoꝝ· Et hij multa ecclesie sancte romane crebro inferũt mala· Quidã vero appellantur Marrochiani· et hij inhabitãt Affricam magnã· suntq; ad australem partē vrbis Jerusalem sub dominio et ditione regis eorum Marrochij· et ex hijs duabus nationibus nemo est Jerosolimis hodie· sed neq; in terra sancta· nec aliquã ibi habent potestatē aut iurisdictionem· Alij vero nũcupantur Soldanini· et hij proprie morãtur Jerosolimis· q: hac tempestate· ciuitas ipa Jerusalem· et terra tota ꝓmissionis est sub ditione regis soldani· q̄ cõmuniter residet in magna Cayro·

Omnes hee nationes sub prophana lege maledicti Machometi viunnt et omnes nominat se sarracenos· vel q̄r ex sara se genitos p̄dicāt et gloriantur· vel sicut gentiles aiūt q̄ ex origine syrorum sint q̄si syrigene· ipsi et cedareni a cedar filio ysmahelis· s; proprie ysmahelite sunt· et agareni censendi potius q̄ sarraceni· vtpote ab agar et ei⁹ filio ysmahele originem dūcentes nō a sara· Horū sarracenorum mores et obseruātie in credendis agendis et sperādis inferius late satis habentur in articulo· iij· ideo hic transeo· Hij Jerosolimis in sua habent possessione templū salomonis et ipm plurimū venerātur· q̄d licet primo a Nabochodonosor destructū fuerit et postmodū a romanis p Tytū et vespasianū· et iterū ab imperatore Helio adriano qui et Jerusalem totā funditus euertit atq̄ denuo instauratā a se anno imperij sui· lxx· ex nomine suo heliā appellauit· A viris tamē fidelibus· subtili postea et rotūdo ope templū artificiose fuit reedificatū· Aliud quoq̄ habent templū in suo vsu sarraceni· in honore virginis gloriose edificatū· in eo loco prope templū Salomonis· in quo ipa post p̄sentationē sui in templū p̄dictū in cella quadam manens diu deuotissime vixit donec sancto Joseph fuit desponsata· Nam templum salomonis p̄dictū cū atrijs suis vsq̄ ad locū illum quondā porrigebatur· Et in vtroq̄ tēplo dicto· sarraceni nullas prorsus immūdicias sustinēt aut sordes· s; neq̄ patiūtur xp̄ianos in aliq̄d eorum introire Innumeras pene habent lampades in templo salomonis die noctuq̄ ardentes· Quecūq̄ ibi inueniūt xp̄ianū indilate vel fidem abiurare cogūt vel occidūt· Postremo ipi sibi viā p̄cludētes salutis· nullum cōtra suā sectā p̄dicantē admittūt aut disputantē· s; solo eā gladio materiali defendūt· Apostatantes etiā ab ea mox interimūt·

¶ Circa sectam sarracenorum et eius sacrilegū actorem quedā occurrūt attendenda que ad maiorē informationē fidelīū p̄sertim simplicīū sunt studiose notanda·

Primū — de — eius secte inicio seu inchoatione·
Secūdū — de — falsis et ficticijs hui⁹ secte fundamentis·
Terciū — de — erroribus et vicijs multiplicib⁹ in ea cōtentis
Quartū — de — ratione et causa quare multitudo tanta gentiū ad tales tantosq̄ errores cōfluxerit·
Quintū — de — diuturnitate durationis eius·

Circa primū sciendū q̄ licet omnes historiographi cōueniāt in hoc q̄ tpe eraclicij imperatoris circa finē vite sue· hec secta nephanda habuit iniciū vt supra habitū est· nō tamen om̄es cōueniūt de modo· causa et occasione huiuūsmodi inicij· Videtur tamen michi q̄ hoc tradatur sufficienter in quadā historia breui fratris Bartholomei de luca q̄ de historijs ysidori et Richardi et Martini multa collegit ad hoc ptinentia· In qua quidē historia habetur q̄ causa seu occasio ex qua huiusmodi error sūpsit principiū fuit magna

tirannis eraclij impatoris q̄ post victoriā de Persis habitā in superbi-
am eleuatus et nimia cupiditate accēsus nimis pmebat Persas et Ara
bes et Caldeos et alios confines eisdē in tributis et alijs exactionibus
grauib⁹ ꝛ inordinatis. Ex quo populi illarū regionū inclinati fuerūt
ad resistendum exactoribus impatoris. quod tamen nō audebāt cōmit
tere timētes eius tirānidem et magnam ptatem. Sed machometus qui
maxime audacie et versucie erat et etiā magicis artibus eruditus se eis
adiūxit. qui inueniēs disposicionē genciū predictaꝝ ad rebellandum ro
mano imperio eos incitauit ad cōmittendam pdictā rebellionē. specia-
liter in denegandis tributis sub colore liberādi illas gentes a predictis
exactionibus. Vnde et gētes ille acceperunt eū ducē et capitaneum. sub
quo sepe debellauerūt collectores imperij. de quibus pdictus machome
tus obtinuit multas victorias. et vt firmius huiusmodi principatū seu
ducatū sibi vsurparet. conatus est dare eis nouū cultum et ritū sub quo
in dicta rebellione pseuerarēt. Vnde cōsilio seu sugestione cuiusdā heretí
ci monachi Sergij nomine accepit quedā quasi prima sacramēta legis
mosayce et quedā euangelij xp̄i vt supra ptz vt sic crederetur a rudibus
populis esse cōseruator vtriusqꝫ legis seu testamēti. Vnde recte conside-
ranti hec secta nephanda ꝓprie assimilatur secte seu ydolatrie Jeroboā
in suo inicio de quo agitur. iij. Regū xij. vbi habetur ꝙ ꝓpter fatuitatē
Roboā qui respuens cōsiliū senioꝝ et iuuenū acquiescens deliramētis
minatus est populū aggrauare in suis exactionibus. Jeroboā accepit
occasionē rebellandi regi. et deinde puertendi populū a cultu diuino. q̄
quidē error pseūerauit in decem tribubus vsqꝫ ad earū totalem trāsmi-
grationē seu pditionē. vt planius habetur tercio et q̄rto Regū libris.

Post vero huiusmodi iniciū in pdictis regionibus habitū multe alie
gentes sunt cōmote ad adherendū pdictis sub colore pdicte libertatis. et
specialiter de radice montis caucasi egressa est gens pfida cōtra eracliū
que quidē gens nabothea vocatur. que scd̄m Jeronimū Anabaioth pri
mogenito ysmaelis descēdit. que gens deuastauit regiones imperij vsqꝫ
in Syriam et judeā. Deinde pmittente deo et malicia humana crescēte
totā Affricā et deinde hispaniā fere occupauerunt. Et licet ab hispania
diuina miseratione opitulante et probitate regū hispanie pro deo mili
tante pro maiori pte sint eiecti. adhuc tamen hodie ad exerciciū bonorū
aliqua radix germinās remanet.

Circa secundū scꝫ de falsis et ficticijs hui⁹ secte fundamentis.

Sciendū ꝙ seductor pdictus attendēs ꝙ tpe illo iā ydolatria fue
rat ab orbe exclusa p doctrinā apostoloꝝ et discipuloꝝ xp̄i pro
ūt prophetatū fuit ysaie. ij. capitulo de tpe xp̄i vbi habet̄. et ydo
la penitus cōterentur. Similiter et cosdroe qui se fecerat vt deū
adorari cū eius sequacibus. fuerūt p eracliū deuicti et suppressi. nō inue-
nit aliū modū introducendi ritū et cultū nouū nisi fingendo se legis di
uine hactenus approbate conseruatorē et executorem. Et q2 lex diuina

edificata est suꝑ fundamentū apostoloꝝ et prophetarum. ideo finxit se
esse prophetā et apostolū. Unde hijs duob⁹ nominib⁹ cōmūniter apud
omnes qui hūc errorē fatentur seductor ille appellatur. Vocant enim
eū prophetā simpliciter quasi anthonomatice. vt intelligatur eximius
prophetarū. Vocant etiā eū nūciū seu apostolum dei cōmuniter in suis
oratorijs execratis. vt vtriusq legis cōseruator atq eruditor estimetur
Prophetā scz respectu antiqui testamenti. Apostolū vero respectu noui.
Recte igitur in reuelatione facta beato johani que habetur Apocalips
.xiij. figuratur ꝑ bestiā ascendentē de terra. q bestialiter viuens de gen=
tibus et cognationibus terrenis ad sublimen potentiā mūdanā ascen=
dit. Dicitur etiā habere duo cornua similia agni. q sicut veritas euāge
lica ꝑ duo cornua fuit diuulgata. scz propheticū et apostolicum. sic fal=
sitas sarracenica fuit ampliata ꝑ dictū seductorē. fingentē se habere p=
dicta duo cornua simul vt dictū est. Unde notanter dicitur duo cornūa
similia agni. ad ostendendū ꝙ nō erant vera cornua agni scz eius pro=
phetia et apostolatus. sed similia. id est ficta seu simulata. Et notandū
ꝙ sarraceni hec duo cornua falso nitūtur fundare in dictis vtriusq te=
stamenti. De cornu enim prophetico allegant illud Deutro. xiij. capi=
tulo. prophetā suscitabo eis ⁊c. qđ dicūt de p̄dicto adimpleri De secūdo
vero allegant illud Johānis. xiiij. capitulo. paraclitus autē spūs san=
ctus quē mittet pater in nomine meo ille docebit vos omnia. Sed fal=
sitas vtriusq allegationis euidenter hic perpendi potest. Nam in pri=
ma manifeste habetur de medio fratrū tuorū. qđ nō potest de p̄dicto se=
ductore intelligi quē ipsi cōfitentur fuisse ysmahelitā. In secūda autem
manifeste habet᷑ ꝙ ille q̄ mittēdus erat habebat docere oēm veritatē et
suggerere omnia q̄ xp̄s p̄cepit. Constat autē ꝙ doctrinā euāgelicā pre=
dictus seductor quantū in se fuit subuertit. vnde de illo nō possunt ali=
quo modo verificari verba p̄dicta. Similiter illud qđ legit᷑ Luce. xxi.
capitulo. Ego enim dabo vobis os et sapientiā cui nō poterūt resistere
oēs aduersarij vestri. nō potest intelligi de p̄dicto seductore. qui nullo
modo docuit veritatē. nec ip̄e et eius sequaces ꝑ sapientiā resistūt. sed so=
lum ꝑ violentiā et potentiā armoꝝ. vt ꝑ experientiā patet. et in suo al
korano habetur expresse ꝙ deus mādauit sibi vt ꝑ gladiū cogeret popu
los ad recipiendū fidem suā. Ad designandū autem seu fingendū ꝙ ip̄e
esset vtriusq testamenti cōseruator et sic haberet᷑ tanq propheta. et apo
stolus p̄cepit seruari primū sacramentū veteris testamenti scz circūci=
sionem. et primū noui scz baptismū. Omnes enim sub p̄dicta secta errā=
tes masculi circūciduntur et tam viri q feminine baptisantur aqūa. In
vtroq tamen errauit manifeste ab vtroq testamento. Nam circūcisio
que octaua die p̄cipitur fieri. vt leuitici. xij. capitulo patet. In etate ad
ulta. iuuenili et vltra ꝑ ip̄os fit. et sic p̄dicta circūcisio non est mosaica
prout voluit fingere. sed ysmahelitica seu nabaiotica. Baptismus autē
qui scđm veritatē apostolice doctrine nō iteratur: q cum sit generatio

spiritualis· correspondet generationi carnali q̄ nō est nisi vnica· Vnde
ad ephesios·iiij· Vnus dn̄s·vna fides·vnum baptisma· Nam scd̄m glo
sam vna xp̄i mors vnū baptismū cōsecrauit·ipi vero fatuisantes·sepe
et sepissime baptisantur seu aqua abluuntur ꝑ immūdicijs tantū corpo
ralibus· Nam de spūalibus immūdicijs minime curant et sic dicentes
se cōseruare vtrāqꝫ legem·vtriusqꝫ se manifestāt corruptores·et sic patet
ꝙ hui⁹ secte fundamēta sunt falsissime fictiones et inania deliramēta·

¶Circa terciū articulum de varijs erroribus et vicijs multiplicibus
in lege machometica contentis·

Notandū ꝙ summatim Alkoranū perstringendo·inueniemus ꝙ
Machomet q̄ꝫ periculose errauit·et circa credenda·et circa agen
da·et circa speranda· In primis equidē circa credēda vt in plu
rimū famosorū hereticorū errores est secutus q̄d hinc manifestū est· Nā
diuinarū ꝑsonarū trinitatē·sed et in xp̄o ihesu deitatem negat· licet cō
cedat ip̄m creaturā ceteris omnibus supeminentem·et sanctissimū atqꝫ
virtuosissimū inter omnes homines fuisse· intantū ꝙ ip̄m nominat ver
bum dei et spiritū dei et animā dei·hijs vocabulis equiuoce vtens· Ne
gat etiā hūanitatē in xp̄o·ipi verbo ypostatice fuisse vnitā· quāq̄ꝫ cōce
dat ꝙ fuit de virgine sine patre natus Tradit quoqꝫ ip̄m nequaq̄ꝫ a iu
deis occisum·sed quendā aliū similem eius·q̄ꝫ deus ip̄m ad se transtu
lerit·et ꝙ apparebit denuo circa finem mūdi· et occidet anticristum· et
postea faciet eū deus mori·Cōmendat virginē gloriosam Mariā mul
tum·et eam absqꝫ virili semine xp̄m affirmat cōcepisse·virgineq̄ꝫ ꝑmā
sisse in partu et post partū·non autē deū genuisse· sed hominē dūtaxat·
Sarraceni quoqꝫ eam plurimū venerātur et honorant· beatissimū etiā
xp̄i p̄cursorem Johannem baptistā·eo ꝙ xp̄m baptisauerit·et sanctissi
mam duxerit vitā· Ea que habentur in libro apocripho de infantia sal
uatoris miracula·omnino vera fuisse credūt· De alijs veris miraculis
eius parū curantes· Asserit etiā Machomet in alkorano ꝙ ꝑ legem suā
etiam demones saluari possint·q̄ꝫ multi ex dyabolis facti sunt sarra
ceni· Preterea in deo et in angelis corporeitatem ponit vti ex multis
fabulis suis facile fit creditu cognituqꝫ· Potissimū tamen id narrat· ꝙ
cum ipse iuisset ad deū q̄ui eū vocauerat per gabrielem· imposuit ei de⁹
manus·et sensit tantā frigiditatem tactus a deo inter humeros ꝙ vsqꝫ
ad dorsi spinam frigiditas ipsa ꝑuenit·Sed hec oīa eadem vti qꝫ sunt
facilitate cōtemnenda q̄ua ponūtur·neqꝫ enim aliquid habent rationis
aut fundamenti·vtpote quo ad aliqua nō solum euāgelice veritati·sed
et philosophie naturali aduersa et rationi·

¶Circa agenda vero quantū errauerit Machomet· ex superioribus li
quido patet· Preter ea tamen id etiam notandū· ꝙ sarraceni circūcisio
nem obseruant·anno terciodecimo filios suos circūcidentes·quo etiam
anno ysmahel pater eorūm legitur fuisse circūcisus Genesis·xvij· capi

tulo· Sed circūcisio quid ad eos ꝑtineat scire nō possum· cū nec macho
met ipse circūcisus fuerit· nec in alkorano aliquid de ea dixerit nisi for=
te Abraham in hoc se sequi dicant· Sed cū se ysmahelis iactitent filios·
et abrahe a deo dicatur· Non in ysmahele sed in ysaac reputabitur tibi
semen· quid ad eos de semine abrahe· qui ad ysaac nullo ꝑtinent modo·
Si dicant xp̄m fuisse circūcisum· quid ad eos qui xp̄iani non sunt sed
neq₃ iudei· Ceterū ꝑter superius memorata· sarraceni id enixissime ob=
seruant ꝙ in singulis opidis et villis· ter in die et ter in nocte· ꝑ depu=
tatos quosdā ex altis turribus hoc faciūt proclamari Lex machometi
sancta et iusta est· et ipse summus propheta a deo in salutē populorum mis
sus· Omnesq₃ id audientes respondent Amen vel ita est· et id eis suffice
re dicunt ad salutem· Dant nichilominus elemosinas quibusdam ex
suis quos reputant sanctos· Sanctus autē apud eos existimatur qui
ab utero matris fatuus nascitur· et in ipsa fatuitate vsq₃ in senectam ꝑ=
seuerat· vel qui post multos longo tempore patratas nequicias pauꝑ=
tatem assumit· Hij autē libera omniū licentia· per domos vadūt· co=
medūt et bibūt· atq₃ ad mulieres ingrediūtur· quarum si aliquam im=
pregnauerint· credūt ipsi sarraceni ꝙ puer ille sit sanctus anteq₃ natus
Ieiunant non nisi semel in anno modo superius exposito· Alias nec
cōfitentur peccata sua· nec aliquod habent sacramentum· nec decimas
dant· nec aliquas faciūt oblationes· nec aliquod diuinū officium ha=
bent· Sed dumtaxat breuem in die exsoluūt orationem· versus meri=
diem ter se profunde inclinātes vsq₃ ad osculum terre· et iterū se leuātes
Ante orationē autem ꝑmittunt lotionem· vt superius declaratum est·
cum aqua pura· ꝙ si aquam habere non possunt· terra se abstergūt· cre=
dentes miseri per hoc se a quolibet etiā quantūlibet enormi crimine mū=
datos· quo errore ad omnia mala procliuiores reddūtur· dum ad artio
rem se putant penitentiā minime obligatos· Duas peregrinando visi
tant ciuitates quas reputant sanctas Mecham videlicet· de qua supe=
rius habitum est· et Ierusalem quā in multa habent veneratione· pro=
pter templū Salomonis qđ ipsi rupem appellant· Duas vero alias ex
aduerso· detestantur valde ciuitates· Romā scilicet et Antiochiam· ob
causas cuiq₃ erudito haud incognitas· De ceteris virtutibus· puta hu=
militate· patientia· castitate· misericordia vel caritate dei aut proximi·
et huiusmodi nil prorsus inuenies in alkorano relatione dignum· nisi
ꝙ machomet multum cōmendat psalteriū et prophetas· Moysen ꝓci=
pue quem magnū asserit fuisse prophetam· xp̄m vero maiorem· seipsum
autem maximū· Iob quoq₃ laudat et legem moysi· super omnia autē
euangeliū xp̄i· Et dicit ꝙ xp̄us de eo prophetauerit in euangelio dicēs
Annūcio vobis de nūcio dei qui post me venit et nomen eius est Macho
met· quod quidem nomen suū· asserit esse scriptum ab eterno in throno
dei in superiori parte ad dexterā· Hec et multa talia risu ꝑfecto digna
in alkorano continentur·

Sed quia nichil horum in lege diuina· veteri vel noua habetur vt est
manifestum· et ipse frequenter p̄cepit legem et euangeliū seruari· ideo
finxit aliud notoriū mendaciū dicens q̄ iudei corruperūt legem moysi
et p̄phetarū et xp̄iani euangelium q̄ꝫ nichil remāsit de veritate legis
et euangelij nisi quantū in alkorano habetur· Cui⁹ quidē fictionis falsi
tas licꝫ euidēs satis sit apud doctos· p̄pter simpliciores tamen quosqꝫ
clare ostēdi potest hoc modo· Nam talis corruptio scripturarū p̄dicta ve-
teris et noue legis· aut fuit vniuersalis et manifesta· Aut p̄ticularis et
occulta· Non vniuersalis et notoria· quia sic alie nationes id sciuissent
et fuisset corruptio illa omnibus cognita facta· quod est manifeste fal-
sum· Neqꝫ potuit esse particularis et occulta· quia sic aliqui saltem co-
dices remansissent incorrupti· q̄d iterū ex eo falsum patet· quia in omni
lingua et natione inueniūtur lex et euangelium vniformiter scripta·
Item lex apud hebreos est in propria sua lingua et littera· qua fuit in
monte synai patribus data· sed et postea q̄ꝫ a terra promissionis fuerūt
expulsi et p̄ orbem dispersi· eandem vbiqꝫ habent legem sine aliqua va-
riatione· Translationes quoqꝫ per septuaginta interpretes iussu pto-
lomei regis egipti facte· adeo in sentētia vniformes fuere quasi vno ore
et calamo conscripte fuissent· quod efficacissimū est argumentū incor-
ruptionis veteris legis· Multo autē minus huiusmodi corruptio po-
test noue legi applicari· q̄d hinc patet· Nam quatuor sacra euangelia
que per orbem terrarū fuerūt diuulgata· et aliqua hebraice· aliqua gre-
ce· quedam latine conscripta· postea fuerūt a pseudo apostolis et here-
ticis multipliciter impugnata· suffragantibus eis nonnullis imperato
ribus alijsqꝫ potentissimis viris· heresibus infectis· et tamē diuina opi-
tulante gratia· incorrupta semper et illesa manserūt· non sine signis et
diuinis prodigijs· Vnde et hodie non solum apud latinos· sed et apud
grecos qui nobis grauiter aduersantur· sacrorum textus euangeliorū
vniformis habetur· nemine discrepante· Ex quo concluditur q̄ p̄dicta
Machometi fictio non modo est falsa sed et contra ip̄m facit non mini
me· Quomodo etenim mandat legem et euangeliū obseruari· Nō equi
dem ea que apud nos sunt quia ipsa dicit esse corrupta· Sed neqꝫ alia
ab istis· cū nulla talia in toto inueniantur orbe· vt est manifestum· Ast
p̄terea· quomodo xp̄iani cum iudeis in tali potuerūt conuenire corrup-
tione· a quibus tam antiquo odio secernūtur· Aut quomodo ipsi in ei⁹
consentirent corruptionem· in quo maxime discordant· in xp̄o scilicet·
vt notum est· quem iudei nec deū nec hominem sanctū confitentur· Ipsi
vero xp̄iani eum nō modo hominē sanctissimū sed et deum verum cer-
ta religione affirmant· ¶ Et quāq̄ plures ad hoc propositum adduci
rationes facile possent· hec tamen sufficiant causa breuitatis· Nam ex
hijs satis perpendere quisqꝫ potest q̄ etiam in alijs locis in alkorano

sito Machomet falsissimis vtatur figmentis· que mediocriter edoctus
quilibet interlegendū facile animaduertet· Nec tamen mirū videri de-
bet cuiq̄· si canis ille impudentissimꝰ· in sacratissimā vtriusq testamēti
legē latrare ausus est· corruptā vtrāq ore asserendo impudico Quippe
qui nō nisi mendacijs· falsitatibus· immo maledictionibus os habuit
assuetū· Cui(vt vicē reddam pro improbis iniurijs istis condignā· et
malleo malleū retundā) legem suā quā solam pdicat incorruptā non
nisi dyabolicā esse mōstrabo· Ita ꝙ reuera mirari non sufficio quomo
do psuaderi potuerit· nō dico cuiq̄ sapienti sed vel qui p somniū aliq̄d
humani cordis se habere putaret· istū talem mendosum prophetā fuisse·
cuiꝰ et vita et doctrina ita cōtraria sunt nō solū diuine religioni· verū
etiā humane honestati vt ipa quoq bruta animalia pene hoc intellige-
re possint· Sed ne longiꝰ a proposito abducar hinc paucis accipe ꝑs-
sus dyabolicā suā extare legem· Nempe duas dūtaxat leges accepisse
nos a deo (pter eā que nature dr que et omnibꝰ cōmunis est· humanā
pticipantibus naturā) cōstat· Altera quarū gratie· altera iusticie lex
appellatur· Lex quidē gratie talia iubet· diligite inimicos vestros· be-
nefacite hijs qui oderūt vos ⁊c̄ huiusmodi· Lex iusticie· oculū pro ocu
lo· dentē pro dente· vsturā pro vstura· pcussurā pro pcussura ⁊c· Item
que ad talionē ptinēt reddi imperat· harū duarū nulla Machometi esse
manifestū est· Cū ergo iste due tantūmodo leges hominibus date sint·
quarū altera diuina· altera hūana magis esse videtur· ista tercia lex a
machometo inuēta q̄d erit nisi dyabolica· Diabolo enim inspirātē· hāc
subito nescio vnde emersisse cognoscitur que nec hūana nec diuina esse
probatur· Sed inter vtrāq prodigiosa facie nūc hoc nūc illud videri vo
lens· et se nūc illam nūc istā esse cōfingens· nullum aliū nisi dyabolū q̄
se inter deū et homines sp mediū facere nisus ē· imitatur· Sed forsitan di-
ces· inde probari hanc esse diuinā qz cū machomet ydiota et sine litteris
esset nullatenꝰ eā scribere vel anūciare hominibꝰ nisi diuina virtute po
tuisset· maxime cū ipe ibi dicat· si hanc legē fecissemꝰ descendere supra
montē inclinaret se mons ipe· et adoraret eā p timore dei· Et multa ta-
lia friuola et nichil rationis habentia· de quibꝰ etiā supra habitum est·
velud signa et pdigia legi sue attestātia adduci possent· O signa et mi
racula in istis ait machomet ipe· O signa cōparāda mari rubro diuiso·
et soli ad imperiū josue stanti et xpi pcepto mortibus imperanti· ymmo
vere magna tā veritatis q̄z virtutis inopia· Profecto argumēta ymmo
deliramēta omni rationi vacua· q̄si incopertū sit nobis quibꝰ cōplici-
bus et q̄libus adiutoribꝰ legē cōfecerit suā· quos supra descripsimꝰ late
satis ¶ Porro circa sperāda quā nō mō erronea ꝟ absurda et omnino
irrationabilia pniciosus ille seductor senserit atq in alkorano posuerit
hinc accipi pt· Nā asserit ꝙ vltima hominis beatitudo cōsistat in come
dendo· bibendo· luxuriādo cū ꝟginibꝰ ⁊ mulieribꝰ speciosissimis· Itēq
in pciositate vestiū et lectoꝝ· vmbraculoꝝq amenitatibꝰ· in ortis irri-
guis· pincernis dapiferis atq ministris· existētibꝰ angelis et hōi· Et

profecto radicales errores quib⁹ gentē illā brutalē seduxit ex hoc pro-
fluūt fonte· immo hac sentina prodeūt· vnde paulo hic diutius subsistē
dū arbitrat⁹ sunt ne sensuales et carnales hinc hauriāt· Venenū quoqꝫ
sensus et cogitatio prona sunt ad malū ab adolescētia sua· Facile autē
mea quidē censura· hec falsitas pt reuinci· nō solū ex theologia· ſꝫ etiā ex
morali philosophia· vti de hoc acute et docte per ypatheticoꝝ princeps
Arestotiles scribit in primo ꝑsertim ethicoꝝ et ·x· Equidē ex dictamine
rationis naturalis cōcedere cogimur ꝙ felicitas hūana ne dū cōtēpla-
tiua verū etiā politica in bono tantūmō cōsistit honesto· qd ē bonū ra-
tionis·· Nā scdm boeciū in ·iij· de cōsolatu philosophico· Si voluptas
beatos efficere posset· nil cause esset quin et pecudes beate dicerēt· vnde
voces iste voces pecūdū sunt· nō hominū· ꝓinde vltimā hominis felici-
tatē in carnalib⁹ voluptatibus ponere ridiculosum opido est inter sen-
satos ꝛc· Cōstat em̄ qꝛ magis et minus nō diuersificāt speciē· vnde se-
quitur qꝛ non alia bona ꝙ̄ habeat vita ista· promisit seductor ille suis
deceptis· vbi em̄ eis promisit flumina lactis et vini et mellis· nō promi-
sit eis alios liquores scdm speciē ꝙ̄ habeat vita ista· et si forte gustū sua-
uiores· Eodē mō se habet et de saporib⁹ cū sint determinati numero spe-
cierū suaꝝ· nec āpliores nec alij esse possunt· Preterea queremus ab eis
vtrū cibi hmōi et potus corpa hominū tūc nutriēt· aut nō Si nō frustra
assumētur· Si sic cū nutrimentū nō sit nisi repatio cōsumptionis q̄ fit
p motū et calorē vitalē· erit ibi cōsūptio et repatio corpoꝝ· ergo erūt cor-
pora et cōsumptibilia et repabilia· q̄re et defectibilia et mortalia de ne-
cessitate· nisi p nutrimentū occurrat̄· Hoc aūt est admixtio magne mi-
serie videlicet quotidianus cōflictus contra ruinā corpis ꝛ quotidiana
refectio contra eius consumptionē· Erūtqꝫ epule hmōi non solū felici-
tati ſꝫ etiā vrgētissime necessitati q̄ p consūptionē corpa necesse est quo-
tidiane refectionis alimonia retineri· Amplius querem⁹ ab eis vtrū
sint ibi digestiones ciboꝝ et potuū· q̄s vtiqꝫ ibi esse necesse est· Cū enim
cibi et potus multas ptes habeāt q̄ non conueniūt nutrimēto hūanoꝝ
corpoꝝ· necesse est eas p digestionē separi ab eis q̄ cōueniūt huiusmodi
nutrimēto et in secessum mitti· et tandē egeri· Quare cū huiusmodi dige-
stiones et egestiones finē non habeāt· nō sufficiet paradisus illa etiā so-
la stercora egestionū cape· cū omnis regio corpalis finita sit magnitu-
dine· Pulcre proinde irrisit quidā xp̄ianus quendam sarracenū ex hoc
ita dicēs ei· Maledicta paradisus in q̄ua et in quā merdat̄· Nō si forte
dixeris qꝛ ea ibi erit vis ventru vt totā supfluitatem consumat· quāto
melius et rectius diceres· quia ea erit ibi virtus corpoꝝ vt consumptio-
nem seu resolutionē non patiantur· Multo enim minus est non pati
consumptionē ab alio ꝙ̄ facere consumptionem in cibo et potu·

¶Amplius cum ponant coitum necesse habent ponere superfluitatem
tercie digestionis· cur ergo non prime et secūde digestionis·

Ex hoc vero sequ͂ntur abhominande feditates· Aut enim erit ibi gene-
ratio ex illo vsu mulierum· aut non erit· Si erit et hoc per modũ vi-
te istius· erit profecto magna miseria parientium et nutrientium et
tanto maior quanto crebrior erit ibi commixtio marium et femina-
rum · Quocumq; autem modo sit· quia mors ibi locum non habet·
crescet populus in infinitum · Finita est autem regio paradisi illius
et om̄is regio corporalis sicut ex naturalibus scimus· quare breui tem-
pore necesse habebit exire pars magna populi illius de paradiso tali·
et oportebit eis creari regionem aliam ad habitationem eorum· Et nõ
vnam solam sed et infinitas· quoniam impossibile est regiones finitas
quantecũq; sint· homines capere infinitos· et hoc manifestum est eadem
via qua declarant omne corpus esse finitum et nullum posse continere
infinita tanta q͂ñtacũq; parua demõstrata· Q; si nõ erit ibi genera-
tio· erit ergo sterilitas in maribus et feminabus· quare frustra erit ibi
vis generatiua in vtrisq;· Amplius sterilitas plaga est et lesio nature
in virtute generatiua· vel ex parte virorũ vel mulierum· propter quod
remanet opus generationis incõpletum· Ibi autem nec plaga nec le-
sio· nec incõpletio siue imperfectio vlla locum poterit habere·
Amplius· scd̃m hoc vis generatiua non deseruiret fructui sed tantũ fede
voluptati· Maximũ autem bonum generationis est fructus siue pro-
les· et absq; vlla cõparatione melior est fructus q̃ȝ voluptas istius cõ-
mixtionis· ergo priuabitur ibi virtus generatiua eo q̄d est optimũ in
ea· et minus bonũ in infinitum ex ea proueniet tunc q̄ñ nũc prouenit
in vita ista· ergo vis generatiua non beatificaretur ibidem· q̄d est ab-
surdum dicere· Q; si dixeris ꝙ non erit ibi in cõmixtione maris et fe-
mine feditas vel immũdicia· sed sola cõiunctio corporũ et amplexus·
absq; emissione humorũ hincinde· Manifestum est quia equiuoce vte-
ris nomine concubitus· Preterea q͂ñd erit paradisus ista nisi taberna
indefesse ingurgitationis et perpetue turpitudinis prostibulum vt p̄te-
reamus innominandas alias abhominationes et feditates· que ex hu-
iusmodi cõmixtionibus mariũ et feminarum sequ͂ntur·
Q; autem dicit machomet angelos pincernas futuros atq; dapiferos
eorum q͂ui sibi crederent et legem suam seruarent ꝛc͂· Quis non rideat·
sanctos angelos felicitatem illam quã oculus non vidit nec auris au-
diuit· et in cor hominis non ascendit· deserere· vt lectos parent eis et or-
nent ad turpitudines exercendas· et angelice beatitudinis sue excellen-
tiam· in coq͂uinariã seu dapiferariam aut pincernariã cõmutent serui-
tutem· Incõparabiliter enim vilius est seruire huiusmodi lectis et men-
sis q̃ȝ porcis· Vnde animalis iste homo animalibus hominibus loq͂ũes
nec futuram patriam aut eius felicitatem· ymmo nec propriam vocem
pecorinam intellexit neq; somnia sua delirus agnouit·

Amplius· vt vniuersali sermone dicamus· aut cũ huiusmodi delicijs
carnalibus erũt simul et delicie spirituales· aut non· Non potest dici ꝙ
sic· quia manifestũ est ꝙ se nõ cõpatiũtur· Nam spirituales delicie ani
mam ad se trahunt et in se totam rapiũt· nec sentiri carnalia patiũtur
ea hora· qua mentem tetigerint humanã· vti in raptu aut extasi liqui-
do est videre· vbi etiam ad modicũ bona spiritualia gũstata animã to-
tam ad se rapiũt ac a sensibus et sensibilibus abstrahũt omnino· Quã
to ergo fortius vbi totaliter beatificabitur mens humana· nil carnalis
sensibilis voluptatis· permittet sentire vel etiam cogitare· Si modica
stilla spiritualis voluptatis totam eam occupat et absorbet· quid fa-
ciet torrens ip̃e voluptatis inebriatis ab vbertate domus dei· Nõ er-
go simul esse possunt felicitas spiritualis et illa de qua loquimur car-
nalis· Qꝫ si dixerit quia alternatim id est altera post alterã fruentur
in vita illa· sequitur ex necessitate ꝙ neutra erit plena· cum neutra sit
continua· Continuitas autẽ pars est felicitatis· ¶ Amplius ex ip̃a ex-
perientia sensus patet ꝙ gustãtes delicias spirituales statim fastidiũt
carnales· iuxta vulgatã sententiã· gustato spiritu desipit omnis caro·
Vnde impossibile relinquitur ꝙ beati in patria a spiritualibus redeãt
ad carnales· Cũm enim ea hora qua vacant spiritualibus· carnales
minime appetant· adhereant vero spiritualibus fortissimo amore qui
nec memoriã patiatur carnaliũ voluptatũ· impossibile est ꝙ ab eis re-
deant voluntarie ad carnales cum illas non appetant illa hora· Nichil
ergo est ibi qđ eos a spiritualibus delicijs abstrahat vel trahat ad car-
nales eo tempore et hoc voluntarie· Violentia autem vel subreptio ibi
locũm nõ habet· Vnde manifestũ est semel admissos ad spiritualẽ feli
citatẽ· ab ea vel ad modicũ diuertere aut se iungi nõ posse· ergo impossi
bile alternatim vtrãqꝫ ibi obtineri· ergo necesse est felicitatẽ spiritualẽ
vel omnino ibi nõ esse vel solam esse· id est p̃ter carnalem istã de qua lo
quimur· cũ nec possit esse simul cũ ea· nec alternatim· puta nec post nec
ante illam· Qꝫ si ibi non est felicitas spiritualis· que est indubitãter po
tissima· nobilissima et maxima pars felicitatis (si tamen et alia est ali
qua eius pars) apparet euidenter ꝙ felicitatem nõ posuit· sed partem
felicitatis et illam modicam atqꝫ vilissimã q̃ carnalem posuit solam·
etiam si nomine felicitatis digna esset· Modicum enim esse in nobis
id quod cũ brutis cõmunicamus omnibus scitũ est· Erit quoqꝫ iniquitas
magna in deo atqꝫ peruersitas· q̃m constat partẽ illam sensualem in no-
bis sp̃ rebellẽ esse honestati et dei volũtati· quã sic remunerabit· Portio-
nem aũt in nobis superiorẽ que et longe p̃stantior est· que ꝓ vera hone
state pugnat ac dei voluntate· nõ remunerabit propria gloria et felici-
tate· Absit absit hec a deo iniquitas· qui equissime quecqꝫ iudicabit
Declaratũ ex hijs arbitror satis euidenter· quia nõ modo impossibile
est carnalem esse paradisũm et felicitatẽ sensibiliũ deliciarũ· sed etiã ridi-
culosum· Qꝫ ꝙ somniata h̃mõi felicitas non nisi brutorũ est animaliũ

Ad, q vera felicitas nō sustinet huiusmodi delicias carnales quas som
niator ille p̄dicauit sed necessario abstrahit ab eis. Unde in patria esse
poterūt minime. iuxta verbū veritatis qd mathei. xxij. habetur. qr in re
surrectione nō nubēt homines neq nubentur. sed erūt sicut angeli dei in
celo. Et luce. xx. cap. dr. Neq nubēt neq dūcēt vxores q̄ digni habebū
tur illo seculo. Equales enim erūt angelis dei. Et tantū de isto articu
lo dicta sufficiant propter simpliciores adducta. ne huiuscemodi delira
mentis a fidei nostre abducantur veritate.

Circa quartū articulum de causa scz cur ad eam sectam que tot
cōtinet errores et falsitates tanta confluxerit hominū multitu
do. cum naturalis ratio semper ad optima deprecetur. vt dicit
in primo ethicoꝝ. et ꝑ cōsequens ductu naturalis rationis homines hu
iusmodi errores et falsitates horrere deberēt. Nouerit ꝓcerto nulli vnq̄
notabili vel sapienti homini eam placuisse primo. sed miserrimo et im
peritissimo vulgariū hominū generi. qui ab eo de locis siluestribus cō
gregati. cum has primas leges audissent. rei nouitate stupefacti. sacri
legas fabulas diuina esse oracula crediderūt. Deniq cū et paupertate
et assiduo ruraliū operū labore confecti fuissent. cibi. potus. ꝓciosarum
vestiū. vmbrose amenitatis. vasoꝝ spectabiliū. vxorum insup pulcerri
marū et infiniti cōcubitus. aliarūq spurcissimarū paradisi deliciarum
beatitudinem audientes. seq ibi ex promissione machometi iam iamq
futuros esse sperantes. ad omnia quecūq ipse machomet voluit. peco
rum homines cucurrerūt. Inde est q cōtra regem persidis exiens sic ad
iutus est ab eis vt vinceret. Promisit siquidē omnibus qui in bello ipso
pro eo mori eligerent. sui paradisi delicias. Idcirco animosius cōgressi
pugnauerūt vt ortos optimos quos in perside viderāt obtinerent. Nā
et illos se post victoriam eis daturū dixerat. vt in hoc seculo et in futu
ro semper in ortis essent. Delectantur enim arabes maxime pulcritu
dine ortorum.

Ad, si denuo inferat aliquis. Non soli rustici sed et multi alij etiam
nobiles et philosophi legem illam sunt secuti siue sectā. vere multi alij
sed pessimi et qui grauati ere alieno. vel pro suis sceleribus morituri hāc
solam euadendi viam inuenerūt Sapientem. vel honestū virum ad sar
racenitatem de alia qualibet lege vel secta venisse. profecto nemo vidit
vmq̄. Illi vero philosophi arabes nati et qui sub lege sarracenica cla
ruerunt. puta Auicenna et pleriq alij. magno et excellenti ingenio vi
ri. et si fortasse legis sue ineptias cognouerūt. resistere tamen tante mul
titudini rudis populi. aut nequiuerūt. aut metu mortis noluerunt. aut
certe iusto dei iudicio cū et ipsi carnales homines essent in reprobū sen
sum dati sunt vt eam in qua nati essent legem defenderēt potius et ap
probarent q̄ impugnarēt. Porro hij qui ex iudeis vel xpianis ad eos
veniūt. absit vt aliqua hoc faciāt honestate prouocati. Sed quia miseri

et impudici legis sue regulas nõ ferũt· ad latã et spaciosam viam quã Machomet docuit· ducentem ad baratrum· sese conuertũt· Quod quidem xpianis maxime cõtingit· quorum lex spiritualis et celestis· omnia que in mundo sunt spe et desiderio amoreq visionis et fruitionis diuine· que eterna est et semper manens cõtemni precipiens dũm carnales et fluxas infelicium mentes comprimit· ab ea diffugiunt· quia pugnare contra carnis cõcupiscentias nolunt· Hoc tamen certissimũ omnibus sit quia neq iudei neq pagani neq xpiani quomodocũq se exterius habeant· venientes ad sarracenos· etiã si se esse de secta eorũ foris simulent nũquã tamen ex corde sunt· Simulant autẽ se esse qd nõ sunt· vt sicut pdixi aliquod corporis euadant incomodũ· Aut vt porcinis voluptatibus quarũ apud eos copia et licentia est perfruantur·

Ceterũ queadmodũ sanctus doctor aquinas in summa sua cõtra gẽtiles libro primo· capitulo sexto notat· Alia penitũs via fuit introductionis legis machometice et veritatis euangelice in orbem hincinde· Siquidem lex noua et euãgelica nõ nisi diuino miraculo mũdo fuit propalata· Secta vero machometita opposito totaliter modo· Quod hinc potissimũ liquet· Nam in lege euãgelica omnẽ intellectũ humanum trãscendentia pdicantur· vt est trinitas psonarũ cũ vnitate essentie in diuinis· et natura diuina ac humana in xpo ypostatice cõiuncte· et huiusmodi que omnino naturalis intellectus cognitionẽ excedunt· In secta vero machometi nil traditur credendũ· nisi qd facile a quolibet medio criter intelligẽte naturali potest ingenio cognosci· vt est vnitas dei et xpi hominis excellentia sup alios prophetas ante eũ et hmoi· Multi etiã hominum substantias spũales sepatas nõ cognoscũt· ideo etiã in deo et angelis machomet posuit corporeitatẽ· Et hec vna causa est q plures sectã illam susceperũt tanq cognitu creditu q faciliorem· Preterea in veritate euãgelica vt supra habitũ est carnales voluptates cohibentur· vt sunt veneree delectationes· honores· diuitie et hmoi· At cõtra in secta pdicta· omni carnali voluptati laxãtur habene· quin etiam fastus et pompe· velud quedã virtuosa pdicantur· ideo multi eã sequũtur· Amplius in euangelica veritate promittũtur premia nõ mõ inuisibilia sed etiam a mortalibus incõprehensibilia· vt manifestũ est ex illo apostoli verbo· Oculus nõ vidit nec auris audiuit rc· que ppa rauit deus diligentibus se· Ad huiusmodi aũt non multũ inclinantur naturaliter homines· quin potius sensibilia amplectuntur· que in lege machometica mercedis loco pmittũtur· Inde est q tanta multitudo pestifere huic secte adheret· qm stultorum infinitus est numerus· Vnde iure meritoq p maximo deputatur miraculo noua in lege q ipa per simplices et ydiotas in totũ diffusa orbem terrarũ· piita per apostolos pdicata· mortalium animos per fidem euãgelij eousq attollit· vt visibilibus spretis· sola inuisibilia querant· sequantur· sperentq· deo nimirum verba illorum credibilia faciente· signis· portentis· et virtutibus varijs· mirisq sancti spiritus distributionibus· Hec sane causa est

qua freti sine vlla ambiguitate suscipim⁹ quicqd mater ecclesia vniuer salis et apostolica docet. vsq₃ adeo vt pro tantorū documentorū asser tione. p dei gratiā omni genere tormentorū mori nō timeamus. scientes procerto vitā nobis gloriosam restare in celis. quā nobis cōcedat post hanc miserā fragilem et caducā vitā ipse qui vite mortisq₃ habet impe rium xp̄us in secula benedictus Amen.

¶ Circa quintū de diuturnitate dūrationis illius secte.

Attendendum q nōnulli mirantur de hoc q secta ista tam erronea et viciosa vt dictū est tamdiu durat. cum ex cursu veteris et noui testamenti vsq₃ ad ip̄am exclusiue nulla secta seu ritus erroneus tante fuerit duratōnis. Videm⁹ enim q assyrij et chaldei perse et greci qui populū dei p interualla temporum afflixerūt. fuerūt parue durationis respectu duratōnis illius secte. Similiter romanorū et ydolatrarū secta modicū durauit respectū istius. Q, si dicatur q huiusmodi durationis nō est causa querenda. cū sit ex voluntate diuina hoc permittente. cuius sc₃ voluntatis causa non est querenda. hoc non videtur sufficere. Nam licet diuine voluntatis que est eius essentia nō sit causa querenda cū sit prima causa omniū. nichilominus tamen de eius effectibus a sanctis et iustis viris nonnūquā cause queruntur in similibus. Vnde Jeremias capitulo. xij. deo dicit. quare via impiorū prosperatur bene est omnibus qui p̄uaricantur et inique agūt. plantasti eos et radicem miserūt. proficiūt et faciūt fructū. Et Abacuc deū alloquēs in primo capitulo dicit. Mūdi sunt oculi tui ne videas malū. et respicere ad iniquitatē nō potes. Quare ergo non respicis sup iniq̄ue agentes et taces deuorante impio iustiorem se. Que verba proprie possent applicari ad hoc propositū. Nam deus videtur tacere pmittendo q populus iste tantis erroribus et vicijs implicatus. populū iustiorem se deuorat sc₃ xp̄ianū. et hoc p tam insuetā durationis diuturnitatē. Nam ab inicio illius prophane secte vsq₃ in hodiernum tempus currente sc₃ anno dn̄i Millesimoquadringentesimooctuagesimoquinto. fluxerūt anni octingenti quinquaginta vel paulopl⁹us. vt patet recte cōputāti. Nec tamē adhuc apparent signa cōsummationis vel desitionis ipsius. de quo nō solum multi mirantur tante durationis causam non inuenientes. sed etiā quidā alij in fide claudicant. murmurantes de dei prouidentia et eius equissima iusticia. Ad hanc questionē doctor quidā ex judaismo ad xp̄ianismū cōuersus (cui⁹ nomē ob reuerentiā silere malo q̄ exprimere) ita putauit respondendū vt infra habetur. Assignās tres differētias inter sarracenos et alios paganos p̄cedētes. q̄s differentias fideliter hic recitabo primū. Deinde necessarijs ratiōib⁹ et maturis improbabo. dicit aūt sic. Quāuis tā sarraceni q̄ pagani eos p̄cedētes cōueniāt in ratione infidelitatis. oēs eīm tā isti q̄ illi carēt fide vera. Differūt tn̄ in multis et sp̄ealiter in trib⁹ q̄ ad ppositū faciūt. Quo x primū est. q hec secta lic₃ mala et pessima vt dictū ē. nō tn̄ ē ydolatria. nec cultū ydolorū publice in suo dn̄io pmittit sicut alie secte p̄cedētes cōmuniter fa-

ciebant vt eſt manifeſtū· Nam a tp̄e aſſirioꝝ et chaldeoꝝ vſq̄ ad tp̄us
Coſdroe incluſiue· cui⁹ dominiū propinquū fuit ipi machometo ſemꝑ
viguit cultus ydoloꝝ inter gentes· q̄ populū dei vexabant· vt patet in
veteri teſtamento· et in hiſtorijs eccleſiaſticis· et legendis ſanctoꝝ· Cō=
ſtat autē ꝙ inter omnia peccata quib⁹ deus offenditur· peccatū ydola=
trie eſt potiſſimū· intantū ꝙ deus ſe oſtendit feruēcius ſeu ardencius il=
lud punire q̄ꝫ alia peccata· vnde Exodi· xx· vbi ꝓhibetur ydolatria di
citur deus zelotes dumtaxat· et nō alibi vbi alia prohibentur peccata·
Nam cum dixiſſet Nō adorabis ea ſcꝫ ydola nec coles· ſubdit ego ſum
dn̄s deus tuus fortis et zelotes· Et ibidē capitulo· xxxiiij· cum dixiſſet·
Nō adorabis deū alienū· ſtatim ſubdit· quōniā dn̄s deus tuus dn̄s ze=
lotes nomen eiūs ⁊c̄· et Deutro· xxix· loquēns de hoīe ydolatra di
cit· Tūc q̄ꝫ maxime furor eius· id eſt dei ſeuiet· et zelus cōtra hoīem il=
lum· et ſic in multis alijs ſacre ſcripture locis· Cui⁹ ratio eſt Nam ze=
lus importat intenſionē affectus ex quo q̄s vehemēter querit exclude=
re illud qđ ſibi repugnat ſcđm Auguſtinum libro· lxxxiij· q· Et quia
cultus ydoloꝝ inter cetera peccata magis repugnat cultui diuino· ideo
circa hoc peccatum dr̄ zelotes et zelare ſingularius q̄ꝫ in alijs peccatis·
vnde etiā nō tamdiu tollerat durationē eius ſicut alioꝝ peccatoꝝ· Eo
modo quo viri dicūtur zelare vxores· ne ꝑ conſortiū alioꝝ impediatur
ſingularitas quā in vxore querūt· vnde nō tamdiu tollerat zelotipiā
ſicut alia vicia que de vxoribus ſuſpicantur· Et q2 iſta ſecta nō incur=
rit peccatū ydolatrie cōmittendo nec ꝑmittendo· Ideo nō mirū ſi deus
eam longiori tp̄e tollerat q̄ꝫ alias ſectas p̄cedentes· quarū plures publi
ce ydola colebāt· Si aūt dicatur hic ꝙ ydolatriā multo maiori tp̄e de⁹
ꝑmiſit· Incepit enim ſcđm quoſdā a tp̄e Enos q̄ fuit terci⁹ ab Adam
de quo Geneſis· iiij· ſcđm vero alios a tp̄e Nemroth· de quo Gen̄· x· Et
quīcq̄d ſit de hoc manifeſtū eſt· ꝙ tp̄e moyſi egiptij ydola colebāt· vnde
Exodi· xij· In dijs egipti faciam iuſticiam· et tp̄e dauid legitur in p̄s·
Oēs dij gentiū demonia ⁊c̄· Vnde ratio p̄dicta nō videtur habere locū
cū ſit manifeſtū ꝙ deūs ꝑ multo maiora tp̄m ſpacia· ydolatriā in genti
bus ꝑmiſit· Ad hoc dicendū ꝙ ydolatria eſt nomē generis· ſub quo cōti
nentur multe et varie ſpecies ydoloꝝ et cultus eoꝝ· Vnde diuerſe gen=
tes ſeu nationes diuerſa ydola colebāt· et ſub diuerſis ritibus· Vnde iu
dicū· x· de filijs iſrahel dicebatur ꝙ ſeruīerūt dijs Aram et dijs Sydon
et dijs moab et dijs Amon et dijs philiſtym et hm̄oi· Cum aūt aliqua
gens aliā ſuperabat· deos illius gentis deuicte deſtruebat et cultū eoꝝ
Vnde yſaie· xxxvj· Rabſaces nuncius ſennacherib quī multas gentes
deuicerat dicebat· Vbi ſunt dij Amath et arphat· et vbi ſunt dij ſaphat
et Bayn ⁊c̄· quaſi diceret ꝙ ſicut deuicerat gentes illas ita et deos earꝫ
Ex quo patꝫ ꝙ ſicut nulla fuit ꝑtās mūdana q̄ tm̄ duraſſet ſicut ꝑtās
hui⁹ ſecte· de q̄ loq̄mur ꝓut ex hiſtorijs p̄t haberi· ita nec fuit aliq̄ idola
tria intātū durās· Nā vna ſpēs ydolatrie ſuꝑata ꝑ aduerſarios ſue gētis

Alia species ydolatrie scz alterius gentis superantis insurgebat. et sic licet deus multo tpe ydolatriā sub ratione generis pmitteret. nullā tamen speciem ydolatrie diu tollerabat. sed vnā p aliā puniebat. Et ideo quādo romanū imperiū vt oēs nationes sibi subiugaret. omnes species ydolatrie recepit. vt in historijs scolasticis legitur de phano pantheon. tūc deus omnes hmoi ydolatrie species. p xp̄m et ei⁹ doctrinā destruxit prout fuit prophetatū Danielis. vij. q lapis scz xp̄us de mōte abscisus sine manibus. id est absq humana potestate natus. statuā. id est ydolatriam gentiliū diminuit quo ad oēs eius species. prout latius alibi declaratur. Et sic patet ratio vna quare ista secta nephāda de qua loquimur in propria specie et ritu tot tpibus p̄dictis pluſq alia species ydolatrie toleratur. Nam in ista est infidelitas sine ydolatria. In alijs vero p̄cedentibus fuit ydolatria cū infidelitate. Ydolatrie autem pūnitio zelo diuino subiacet quo deus feruentius et celerius eam punit q alia peccata vt dictum est.

¶ Secūdum vero in quo differt ista secta ab alijs p̄cedentibus est. q p̄cedentes vt cōmuniter cogebant fideles ad adorandū seu thūrificandum ydolis vt patet in daniele de tribus pueris. et in libris machabeorum et multo frequētius et clarius in legendis apostolorum et martirū. qui p tyrannicā potestatē multipliciter torquebātur vt cultū ydolis p̄starēt. sup quo mirabilia tormenta patiebātur vsq ad sanguinis effusionem ymmo et mortē. Tenētes vero istā sectā sarracenicā cōmuniter et vt in pluribus nō cogūt fideles ad apostatandū a fide. Nam in alkorano p̄cipitur q omnes homines nō recipientes legem suā occidantur nisi soluant tributū. Ex quo patet q p solutionē tributi. soluūtur ab hac coactione. Solutio autē tributi superioribꝰ. etiā si sint infideles licita est dicente xp̄o Luce. xx. Reddite que sunt cesaris cesari ₇c. Q, autē sarraceni nō cogūt fideles ad apostatandū a fide est manifestū p experientiam. Manifestū est enim q hodie in sancto sepulcro Jerosolimis et in ciuitate Bethleem sunt monasteria fratrū minorū deuote viuentiū. et in monte Synai vbi corpus beate Katherine requiescit sunt multi monachi deo seruientes sub regula sancti Basilij. Et sic patet ratio scda quare ista secta licet mala et pniciosa. nō tamen fidelibus tam nociua nec periculosa est sicut alie secte p̄cedentes que conabātur cogere xp̄ianos ad apostatandū a fide et negandū xp̄m. Vnde non mirū si diutius tolleretur q secte erronee p̄cedentes. Sed forte cōtra p̄dicta dicetur q licet ista secta cōmūniter nō cogat fideles ad recedendū a veritate fidei. tamē supprimit eos vehemēter. ita q viuūt inter eos quasi sub iugo captiuitatis et seruitutis ¶ Item p̄dicti quotidie mouēt bella cōtra xp̄ianos et multos occidūt et captiuāt. et terminos eorum et terras deuastant Ex quibus videtur q pro honore nominis dei nō tantū debuissent tollerari. ¶ Ad primū dicendū q viuere abiecte et sub iugo seruitutis non diminuit aliqd de veritate ecclesiastice dignitatis. Nā vt ait hilarius

in septimo de trinitate. Hoc habet propriũ ecclesia. vt dum psecũtionem patitur floret. dũ opprimitur crescit. dũ cõtemnitur psistit. dum leditur vincit. dũ arguitur intelligit. tũc stat cũ supari videtur. Hec ille. Ex quo patet manifeste q̄ veritas ecclesiastice dignitatis non consistit in prosperitatibus mũdanis. dicente xp̄o Johãnis. xviij. Regnũ meum non est de hoc mũdo. sed potius in aduersitatibus mũdanis pro nomine xp̄i tolerandis. qđ etiã ex processu primitiue ecclesie in bonis spiritualibus potest haberi. Manifestum est enim q̄ in ecclesia primitiua a tempore apostolorum vsq̄ ad tempus Siluestri pape. quãdo nulla potestas mũdana erat apud fideles. tũc ecclesia maxime p̄sperabatur in spiritualibus. florebat enim frequẽtibus triũphalibus martirijs. quãdo pro fide xp̄i sustinenda summi pontifices et alij p̄lati et viri religiosi. etiã simplices vtriusq̄ sexus. pro xp̄i nomine gaudenter tormẽta et rabiem tyrannorum vsq̄ ad mortẽ acerbissimã sustinebant. Ex quibus manifestabatur q̄ virtutes diuine scz fidei et spei et caritatis. protũc in ecclesia. que sunt vera et maxima bona sp̄ualia. maxime habũndabant. Quãdo autẽ processu tp̄is fideles magnas potestates seculares obtinuerũt. tũc p̄dicte virtutes et si p misericordiã diuinã nõ ex toto defecerũt. non tamen sub eodem vigore cõmuniter reperiũtur. sicut in ecclesia primitiua vt est manifestũ. Inter fideles etiã cõmorantes hijs temporibus in ptibus vltra marinis. multi reperiuntur deuotiores q̄ in istis partibus. qđ satis patet ex magna patientia eorum in tolerandis opprobrijs et iniurijs sarracenorum frequenter pro nomine xp̄i. Ad secundum vero dicendũ q̄ scđm Augustinũ in tercio de trinitate capitulo. xvj. et allegatur a magistro in primo. distinctione. xlvj. Mala q̄ ab iniquis infidelibus fideles pie pferũt. ipis scz fidelibus vtiq̄ prosunt ad emundanda peccata. vel exercendã probandãq̄ iusticiã. Hec ille. Vnde huiusmodi debellationes a sarracenis haud dubiũ. diuina inferũtur voluntate xp̄ianis propter multa eorum peccata que ab eis cõmittũtur in dies et plurimũ inualescũt. et in talibus sarraceni reputãdi sunt vt flagellum dei et virga furoris eius. prout ysaie. x. cap. habetur. et ita talia proprie fiũt ad emendãda peccata. Quandoq̄ vero ad exercendã probandãq̄ iusticiã. Nam deus qui sine testimonio sue bonitatis nullũ tempus relinquit. languentibus seu tepescentibus p̄dictis principalibus virtutibus. prouidit ecclesie sue. dans ei reges et principes qui viriliter et fortissime sepe contra aduersarios fidei strẽnue pugnarũt. prout patet in historijs germanorum et gallorũ et aliorum orthodoxorũ europe principũ. Ex quibus patet q̄ sicut olim contra ydolatras feroces qui cogebant fideles ad recedendũ a cũltu diuino et ad adorandũ ydola. deus disposuit martirũ constantiã p quã ostenderetur firmitas fidei ecclesie erga deum. Sic contra falsos sarracenos. in armorũ potentia confidentes. prouidit de potentibus et fortissimis principibus. pro deo strẽnue insistantibus. in quo diuina prouidẽtia que in sui dispositione nõ fallitur

se ostendit fidelium iustū et pium gubernatorem. Terciū vero in quo differt ista secta a p̄cedentibus est ꝙ p̄cedentes secte ydolatrarum digni tatem xp̄i in omnibus et per omnia denegabant. negantes non solum eius veram deitatem. sed etiam eius bonitatem seu virtuositatē huma= nam. asserentes ip̄m fuisse seductorem et maleficū et huiusmodi. Unde cum viros iustos et fideles ad recedendū ab eius fide cogebant. deride= bant eos propter crucem et passionē xp̄i dicentes. quomodo inter deos debet cōputari. et tanq̄ deus coli qui seip̄m non potuit saluum facere. que quidem blasphemia xp̄i cōmuniter inuenitur in legendis sanctoꝝ martirū. qui sub tyrannica potestate romanorū et persarū et aliorū ty= rannorū post passionē xp̄i martirio sunt coronati. Secta vero ista hoc nō facit. Nā vt dictū fuit supra in tercio articulo. licz deitatē xp̄i neget que est summa et ineffabilis excellentia diuine p̄sone. Concedit tamen ipsum fuisse excellentissimū sup omnes creaturas mūdi vt dictum est. Unde non mirū si contra istā sectam tolerabilius se habeat diuina iu= sticia diutius eam sustinendo q̄ alias p̄cedentes xp̄m hominē vitupe= rantes. Et attendendū ꝙ circa finem mūdi anti xp̄us surget prout se= cūda ad Thessalonicenses scd̄o capitulo dr̄. qui om̄es p̄secutiones om= niū sectarū p̄dictarū excedet. Nam fideles non solum coget ad receden dum a cultu xp̄i. sed etiam ad adorandū ip̄m antixp̄m tanq̄ deum. vt ibidem habetur. Et ideo non tantū dicitur antiapostolus et antipro= pheta sicut Machometus vt dictū est. sed etiam antixp̄us tanq̄ ceteris magis xp̄o cōtrarius. Et ideo sicut deus disposuit contra p̄secutionem ydolatrarū que maior fuit q̄ sarracenorū vt dictū est martires. qui for tissimi fuerūt in fide. intantū ꝙ mundū vicerūt. omnia mundana tor= menta pro fide xp̄i sustinendo. Juxta illud. hec est victoria que vincit mundū scilicet fides vestra. prima Johānis quinto. Sic contra perse= cutionem sarracenorum disposuit reges qui licet in fidei firmitate non tantū gradū attigerint sicut martires. fuerūt tamen in fide stabiles. et in armorū potentia deo strenue militantes. intantū ꝙ de ip̄is potest di ci ꝙ per fidem vicerūt regna. licet non mundū. vt habetur ad Hebreos xj. et Johānis dicto capitulo. et hec fuit sufficiens prouisio ad sarrace= norum maliciā refrenandam. Sic etiam disposuit cōtra maximā p̄se= cutionem antixp̄i scd̄m aduentū suum p̄ficiendum. vbi contra summū p̄secutorem summus insurget liberator. Quibus consideratis patet ra= tio maioris et minoris durationis harū sectarum. que sumenda est ex maioritate seu minoritate persecutionū earundem. Nam quia p̄secutio anticristi erit maxima. ideo erit breuissima. Juxta illud mathei. xxiiij. capitulo. Et nisi breuiasset dn̄s dies illos nō fuisset salua omnis caro. Et pari ratione. quia p̄secutio sarracenorum inter ceteras est minor. vt patet in p̄dictis tribus differentijs. ideo eius duratio est valde longior ceteris. Et quia p̄secutio ydolatrarum fuit quasi media inter eas. ideo eius duratio est quasi media inter durationes p̄dictas. et hoc loquendo

de duratione in cōmuni· nō attingendo ad mensuram temporū exquisitam· quia hoc esset inquirere de temporibus et momentis que pater posuit in potestate sua Actuū primo capitulo· In quibus omnib⁹ maxime relucet sapientia diuina· que vincendo maliciam dyabolicā pariter et humanam attingit a fine vsq; ad finē fortiter et disponit omnia suauiter Sapientie octauo capitulo ¶ Verū quia doctor ille in his dictis suis nimiū videtur sectam sarracenicam impijssimā attollere et cōmendare super alias sectas vnde fideles tepidi reddi possent (vt alias satis sunt) ad expugnandū vel impugnandū ipos pfidissimos sarracenos· ecclesie dei nocentissimos hostes· et crucis xpi inimicos· et pterea rationes quibus vtitur fundamento carent veritatis· atq; hec ambo sunt periculosa valde· scȝ inniti in talibus nō veritati quo ad fundamentum dictorū et retrahere fideles p huiusmodi dicta a defensione fidei catholice· Idcirco ex amore veritatis et ad prouocandū fideles cōtra illos pessimos sarracenos· ostendam breuissime in tribus illis differentijs ipos fore deteriores ceteris sectis vel adminus equales· et hoc scd̄m ordinem triū differentiarū quas ponit doctor ille in cōparatione ad alias sectas Primā differentiā assignans tria facit· Primo namq; dicit q hec secta scilicet sarracenoꝝ licet mala sit nō tamen est ydolatria nec cultū ydolorum publice pmittit· Secūdo ostendit q deus seruentius punit peccatū ydolatrie q̄ȝ alia peccata· Tercio ipse opponit de diuturnitate ydolatrie et soluere nititur Tria hec scd̄m ordinem ostendā clare nil fundamenti habere in veritate quo ad intentionem suā fundandam·

Primū ostendo sic scȝ non valere differentiā ꝛc̄· Nam omnia peccata que sunt equalia quo ad penam inferendā et offensam dei prouocandā non possunt differre quo ad impunitatē· nec vnū magis excusat a psecutione aut toleratione dei q̄ȝ aliud scd̄m humanam inuestigationem· sed infidelitas sarracenorum est equalis ydolatrie quo ad diuinam offensam et penam peccati· igitur non est ex hoc ratio reddenda· nec reddi potest cur diuturnior sit scd̄m humanā inuestigationē infidelitas iporum sarracenoꝝ q̄ȝ peccatū ydolatrie aliorū· maior patet de se et ex fundamēto doctoris illius· Est enim fundamentū suū q sarraceni nō adeo grauiter peccent seu deum offendant sicut ydolatre· Si ergo pbat̄ minor q sarraceni adeo grauiter peccent et puniri merentur sicut ydolatre tunc constat fundamentū nichil concludere quo ad humanam inuestigationē· Minor igit̄ sic probatur Nam sup id ad Galathas q̄rto· quomodo cōuertimini iterū ad infirma et egena elementa legis· dicit beatus Jeronimus obseruantia legis veteris cui tunc dediti erant erat peccatū pene par seruituti ydoloꝝ· Et alia glosa ibidem· nō distat lex post xp̄m ab antiqua ydolatria· Et si dicatur ibi colebatur deus· hic vero dyabolus· Dicendū q quāuis hic scȝ in lege colatur deus· tamen non eodem modo quo debet· Et sanctus Thomas dicit secūda secunde

questione·xciiij·articulo tercio· ad tercium q͞ obseruatio legis non est omnino equalis ydolatrie scd̓m genus peccati· sed equalis pene·q̄uia vtrūq͞ est species pestifere sup̄stitionis· Ex quibus sic ꝓcedo Si iudeorum peccatum quo obseruāt veterem legem tempore gratie est par et equalis pene peccato ydolatrie· puniri ergo scd̓m humanam inuestigationem meretur sicut peccatū ydolatrie·et tamen hodie videmus adhuc illam obseruantiā vigorosam· igitur fundamentū illi⁹ doctoris nichil in veritate rationabiliter concludit· Et quia peccatū iudeorū pestifere sup̄stitionis legem obseruantiā tempore gratie est equalis pene et est par seruituti ydolorū· sequitur de necessitate q͞ peccatum et infidelitas ꝑfidorū sarracenorū obseruantiū legem machometi· multo magis par est seruituti et pene ydolatrie· Constat nimirū et ex superioribus cōpertum habetur· sectam sarracenicam ꝑuersissimam· nō a deo vnq͞ fuisse datam· nec pro aliquo tempore bonā· sed sup̄sticiosam et falsam semp· Legi quoq͞ tam veteri q͞ noue contrariā et blasphemantem· atq͞ a cultu dei et vera fide abducentem· que omnia longe excedūt obseruantiā legis veteris iudeorum· quam tempore gratie adhuc obseruant· vtpote quorum lex a deo est data· pro tempore suo bona· et necessario illi populo tūc obseruanda· vera semper· et legi noue non contraria· nec ipsa lex vetus blasphemat· sed figurat legem gratie et veritatis· Nec quantūm in se est auertit a cultu diuino neq͞ abducit· sed potius inducit si vere intelligatur ad verā fidem catholicā· Sed si ꝑlustretur lex machometi in alkorano· omnia p̄dicta et plura nephanda reperiūtur et exprimuntur etiam in obseruantia et moribus et orationibus et inuocationibus ip̄orum sarracenorū peruersorū· Iterū si attendatur q͞ venerantur solemnissime illum seductorem machometū· Iterum si attendatur q͞ idem machometus fuit magus et artibus magicis vtebatur ad inducendum populum vt ip̄m crederent prophetam dei· et sic successiue vsq͞ nūc omnes sarraceni legem ip̄ius vestigijs patrū inherendo tenent inducti ex magicis deceptionibus· Et quia huiusmodi sup̄sticio ex pacto cum demonibus inito prouenit· ydolatria est scd̓m sanctū Thomā secūda secunde· questione· xcv· Et q͛d est ꝑuersissimū legem statuerunt obstinationis vt non admittatur quicūq͞ volens de veritate fidei aut legis ip̄orum ꝑuersitate loqui in quo in profundū malorum ꝑuenerūt His cūctis consideratis et comparatis ad obseruantiā legis veteris iudeorū que par est seruituti et pene ydolatrie· nulli dubium quin peccatum infidelitatis sarracenorū adeo peruersorū multo magis ratione pestifere sup̄stitionis sit equalis seruituti et pene ydolatrie· Quāobrem non est ratio diuersitatis quo ad hoc· cur diuturnior scd̓m humanā inuestigationem ip̄a secta sarracenorum possit aut rationabiliter debeat esse q͞ secte ydolatrarū· Q, vero annectit· sarraceni non ꝑmittūnt ydolatriam est ficticium· Nam non sunt ydolatre quos repellerent hodie

nisi forte valde pauci vt dicit idem doctor met in libro quem intitula=
uit Scrutiniū scripturarū. ita ꝙ propriū dominiū seu regnum non ha=
bent. ideo sunt de dominio sarracenorum. Nec potest ostendi vnq̃ ali=
quem ydolatrā repulsum fuisse a sarracenis post mortē impij Macho
meti.

Quo ad secundū quo dicit ꝙ deus ostendit feruentius se peccatum
ydolatrie punire q̃ alia peccata. et vult hoc probare ex eo ꝙ solum cir=
ca p̄ceptum de ꝓhibitione latrie et non sup alia deus dicitur zelotes rē
nō potest p hoc probare dictū suū esse rationabile. et tamen in hoc stat
totū fundamentū prime sue rationis. Nam non legitur deus peccatum
ydolatrie in gentilibus singulariter et feruentius puniuisse. sed in iu=
deis et respectu illorū quos desponsauit sibi p legis dationem p̄ cūctis
populis dicit se zelotem sup ydolatria. Sed cū sarraceni nō sunt iudei
nichil ex hoc concluditur pro eis nec contra eos sicut clarum est. Vnde
fundamentū huius doctoris claudicat omnino.

Quod tercio opponit et postea soluit dicens ydolatriam esse duplicem
scilicet genericam et specificam. specificā non diuturnam fuisse sed ge=
nericam. non est soluere obiectionem Nam obiectio est de ydolatria in
vniuersali. et vbicūq̃ viguit tot annoꝝ spacio. Respondere ergo de spe
ciebus ydolatrie et concedere genericam ydolatriā diuturniorē q̃ secta
illa durauit sarracenorum nō est soluere obiectionē. ymmo est expresse
eam concedere. Item cōtra illam solutionem posset etiā dici ꝙ omnis
ydolatria in hac specifica ratione cōuenit. ꝙ eusebiam seu diuinū hono
rem soli deo debitū exhibet creature. Ex qua re patet ꝙ q̃diu durauit
ydolatria siue vno modo siue altero semp hoc fuit propriū ydolatrie.
cultum deo soli debitū exhibere creaturis. et sic multo maioris diutur=
nitatis ydolatria fuit q̃ secta sarracenorum. Ex quo vlterius sequit̃
q̄d supra dictū est ꝙ deus non fuit magis zelotes super peccato ydola=
trie in gentibus q̃ sup alia peccata. Vnde argumentū q̄d ipe addiicit
in oppositū et nititur soluere. omnino stat et cōuincit rationem docto
ris illius. Et dato ꝙ illa tria que in prima ratione ponit essent vera.
tamen nō deberet aliquis ex hoc rationabiliter arguere ꝙ ideo hec secta
diutius duraret. q: rationabile videtur postq̃ deus homo factus est et
mortuus. et tanta bona generi tribuit humano ꝙ etiam quācūq̃ infide
litatem non solum ydolatriam tempore gratie amplius et feruentius
p̄sequatur q̃ ante incarnationē etiam in quibuscūq̃ populis. sicut etiā
grauius iam peccant homines q̃ ante incarnationē. quando non erat
tantū auxilium datū fragilitati humane. Item ꝙ maior ingratitudo
est modo peccatū quodlibet q̃ simile ante incarnationem. Item maior
est elucidatio veritatis q̃ ante incarnationē. Vnde etiā huiusmodi pec
catū et p̄sertim infidelitatis aggrauatur amplius q̃ ante incarnatio=
nem. Qua ex re videtur doctor ille valde incōsiderate finxisse apparen=
tiam illam et differentiam.

Secunda differentia secundū eum qua differūt sarraceni ab alijs
sectis est ꝙ alie secte ydolatrarū cogebant fideles ad adorandū ydola
ꝛc̄. In qua vult iterum sarracenos meliores ostendere et virtuosiores
alijs. sed hoc nichil valet. Judei enim occiderūt xp̄m et tamen secta eoꝝ
adhuc durat. ergo illa differentia nichil cogit. nichil etiā rationis ha=
bet. quod sic patet. Secta ꝑsequēns propter fidem graniter ecclesiā. xp̄i
fideles captiuando. incarcerando. occidendo. in seruitutē redigendo sup
primendo et quotidie conculcando. omnē conatum faciens ad delen=
dum xp̄ianitatem et vniuersalem ecclesiā. nonne huiusmodi secta co=
git quantū in ea est recedere a fide et a cultu veri dei. Nempe omnis sa=
ni capitis homo capit. quantū sit hoc cogere. quantū sit ecclesie destruc-
tiuum. quantū fidelium detractiuū a cultu et fide catholica. O quot pro=
pter hoc ꝙ nolebant venerari machometū sunt a sarracenis trucidati fi
deles. Quid rogo interest tot regna tot terras tot ciuitates ab ecclesia
violenter recepisse in contemptū nominis xp̄i et xp̄iane fidei. et alias
sectas. certos fideles cogere voluisse vt ydolis immolarent. Ex hijs
patet ꝙ tercia differentia quā ponit illius secte respectu aliarū etiā non
valet. ꝙ scꝫ alie secte denigrabāt dignitatem cristi sed illa honorat ꝛc̄.
quomodo nō denigrat dignitatē xp̄i tot regna ab ecclesia recepisse xp̄i
sacramenta et omnia ad cultū diuinū spectantia prophanare et gloriā
totius ecclesie velle absorbere. Sed dicit hic doctor. illa secta permittit
xp̄ianos in terris suis. hoc aliter nō facit sicut totus mundus scit nisi
ad habendū bona fidelium tam peregrinorū tam mercatorū ꝗꝫ religio=
sorum. et tamen dure eos premūt sicut doctor ille met fatetur. non ergo
hoc propter honorem et dignitatem xp̄i faciūt ꝙ secū habitare ꝑmittūt
xp̄ianos. quia defacile in ip̄os fideles spuūnt. et eos ꝑcutiūt. spoliant.
vilissime tractant ꝛc̄. Et certū est hoc xp̄m sibi factū reputare dicentem
Quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Iterū qui vos sper=
nit me spernit. Nichil ergo salua reuerentia illius doctoris valet ꝙ vo
luit ex hijs fundamentis rationes reddere diuturnitatis huius secte
scꝫ sarracenorū ꝑ ceteris. Sed si quis de illa re speculari voluerit altius
necesse est vt scripturas sanctas consideret. et ꝑsertim dictum Zacharie
prophete capitulo. xiij. vbi dicit sic. Et erūt in omni terra dicit domi=
nus. partes due in ea. et dispergentur et deficient. et tercia pars relin=
quetur in ea. et ducam terciā partem per ignē. et vram eos sicut vritur
argentum. Quid vero sacramenti verbū hoc habeat. qui legit intelli=
gat. Due enim partes que dispergentur et deficient non ab re possunt
intelligi iudei et gentiles siue sarraceni. tercia vero pars populus xp̄ia
nus. que pars ducitur per ignem variarū ꝑsecutionū et tribulationū.
nec tamen deficiet vsqꝫ in seculi cōsummationē. sed per hec purgatur et
exercetur ꝛc̄. Sicut enim olim tempore legis mosaice. dum vigeret. re=
liquit dn̄s gētes multas in circuitu populi sui scꝫ philisteos et alios

vt in eis erudiret israhelem et vt cõsuetudinem haberent preliandi ꝛc. Sic fortassis idipsum nõn incongrue dici potest in proposito vt scilicet sarracenos dimittat dñs vel in flagellum vel exerciciũ populi xpiani. Sed ego nichil temere diffiniens id doctoribus relinquo. Hoc vnũ scio psalmista testante. quia iudicia dei abissus multa ꝛc. Quis autem nouit sensum dñi. aut quis consiliarius eius fuit. Apostolus etiã clamat. O altitudo diuitiarũ sapientie et sciencie dei. ꝙ incõprehensibilia sunt iudicia eius. et inuẽstigabiles vie eius. Et tantũ de Sarracenis.

Sarraceni lingua et littera vtũtur Arabica hic inferiũs subimpressa.

Dal	Dal	Keh	haich	Gzym	Tech	Te	Be	Aleph
ذ	د	خ	ح	ج	ث	ت	ب	ا
Ayn	Dach	Ta	Dadun	Sad	Schyn	Szyn	Zayn	Ro
ع	ظ	ط	ض	ص	ش	س	ز	ر
hehe	Nun	Mym	lam	lam	caph	kibh	ffea	Sayn
ه	ن	م	ل	ل	ك	ق	ف	غ
[illegible]	ye	lamalyph	Wau					
[illegible]	ي	لا	و					

De Judeis quorū etiā plerique hisce temporibus Jerosoli-mis manent.

Sunt pterea Jerosolimis hijs temporibus habitantes judei vtriusque sexus. circiter quingenti. in sua pfidia et obstinatione ptinaciter pseuerantes. velamen moysi habentes sicut et sup facies suas. ne lumen inspiciant veritatis. neque cōuertantur et sanentur. vtpote qui indignos se iudicantes vite eterne. verbū respuerunt salutis. viasque dñi noluerūt scientiā habere. atque ipm vite interemerūt auctorē. impie ad pylatū cōclamantes. Sanguis eius sup nos et filios nostros. Et quia noluerūt benedictionem. elongabitur ab eis procul. Nam et deo et hominibus odibiles facti sunt. sed et sarraceni et barbari eos pre ceteris nationibus psequūtur. habentque exosos. Et enim ceterarū hic re-

citentur nationum errores· eorū quoqꝫ summis vt pstringantur labijs hereses haud incongruū reor· Judei confessores interp̄tantur· Multos enim ex hijs sequitur confessio· quos antea pfidia possidebat· Hebrei transitores dicūtur· Quo nomine admonentur· vt de peioribus ad meliora transeant· et pristinos errores relinquāt· Pharisei et saducei inter se contrarij sunt· Nam pharisei ex hebreo in latinum interp̄tantur diuisi· eo ꝙ traditionū et obseruationū suarū quas illi deuteroses vocāt· iusticiam p̄ferūt· vnde et diuisi vocantur a populo quasi p iusticiam· Saducei interp̄tantur iusti· vendicantes sibi q̄d non sunt· corporū resurrectionem negant· et animas cū corporibus interire p̄dicant· Hij quinqꝫ tantū libros legis recipiūt· prophetarū vaticinia respuūt· Essei dicunt ip̄m esse xp̄m· qui docuit illos omnē abstinentiā· Morbonei dicunt ip̄m esse xp̄m qui docuit eos in omni re sabbatisare· Genistei dicti sunt eo ꝙ de genere abrahe esse se gloriantur· Nam cū in babiloniā venisset populus dei· pleriqꝫ relinquentes vxores suas· babilonicis mulieribus adheserūt· Quidā autē israheliticis tantū cōiugijs cōtenti· vel ex eis geniti· dum reuersi essent de babilonia· diuiserūt se ab omni populo· et assumpserūt sibi hoc nomē iactantie· Meristei appellati sunt eo ꝙ separent scripturas· non credentes omnibus prophetis dicentes alijs et alijs spiritibus illos prophetasse· Meris enim grece· latine pars dicit̄· Samarite dicti sunt ꝙ legē solā custodiāt· Nā prophetas nō recipiūt· Hiimerobaptiste nūcupātur eo ꝙ quotidie vestimēta sua et corpa lauēt· ¶ Errāt p̄terea moderni iudei in multis· Nā et deū corporeū fingūt· et negant trinitatē psonarū in diuinis· xp̄m vero quem nondū venisse sed venturū asserunt· purum hominē futurū p̄dicant et tenent· creduntqꝫ ihesum xp̄m dn̄m dn̄m nostrū et saluatorē· ex semine joseph et maria natūm· Purgatoriū non ponunt· nec peccatū originale a quoqꝫ contrahi dicunt· sed dūtaxat in signū distinctionis eorum et aliorꝫ· circūcisionem datam fuisse fatentur· Suū quoqꝫ messiam libertatem eis affirmant collaturū ac reddituru terram promissionis· Resurrectionē etiam corporū futurā ad delicias corporis vsqꝫ ad mille annos duraturam tradūt· De vsuris quas fenerando alienis accipiūt nullam sibi faciūnt conscientiā· Sortilegijs multi eorum intendūt· De peccatis cordis siue cogitationū nichil curant· legem suam scd̄m litterā que occidit interp̄tantur· nō scd̄m spiritū qui viuificat· Alijsqꝫ pluribus heresibus inuoluti sunt et erroribus vt patet Thalmuthicā legenti confictionē· que reuera rectius cōfictio siue deliratio venit censenda ꝙ̄ expositio·

Sequitur de excrescentia iudaice vsure

¶ Porro de vsuris iudeorum quas exercent et impune exercere sinuntur apud xpianos in non modicū cōmunitatū et locorum damnū in quibus copioso nimis numero morātur easdem grauissimo fenore pene exhauriendo. erit fortassis haud ab re inter cetera eorū maleficia quidpiā hic annotare. potissimū quāta sit excrescentia vsuraria de vno floreno monete p̄sertim franckfordensis. que p̄ ceteris nota extat magis. ob multorum ad nūdinas illic ānuas concursum. Dum talis florenus cū vsura desup excrescente per viginti annos manet apud iudeū insolutus. Nā cōputando ad capitale p̄dictū ebdomodariā vsurā duos videlicet halenses p̄fate monete franckfordensis. que scz vsura cōsueto apud teuthones vocabulo dicitur zůgesuch. et deinde vsuram vsure vna cū capitali semp. et sic cōtinuando per viginti annos. talis demū cōsurgit summa vt hic infra subditur.

Primo vndecim solidi. quinqz halenses.
Secūdo vnus florenus quatuor solidi. sex halenses.
Tercio duo floreni sex solidi.
Quarto tres floreni decē et nouē solidi. quinqz et dimidius halenses.
Quinto sex floreni tres solidi. duo et dimidius halēses.
Sexto nouē floreni. octo solidi. sex et dimidius halen̄.
Septimo quatuordecim floreni. xv. solidi. octo halen̄.
Octauo viginti duo floreni. quatuor solidi. octo halen̄.
Nono trigintatres floreni. nouē solidi. dimidius hale.
Decimo quadragintanouem floreni. vigintiduo solidi tres halenses
Vndecimo septuagintaduo flore. decē solidi. septē hale.
In anno Duodecimo cētū viginti flore decē et octo solidi sex hale.
Tredecimo centū sexagintaqtuor floreni. decē et octo solidi. tres halenses.
Quartodecimo ducenti quadragintaquatuor floreni. septem solidi. octo halenses.
Quintodecimo trecenti sexagintaduo floreni. decem solidi. septem halenses.
Sextodecimo quingenti trigintaseptē floreni. decem solidi. quinqz et dimidius halenses
Decimoseptimo septingenti nonagintasex floreni. sedecim solidi. septem halenses.
Decimooctauo. mille centū. lxxx. floreni. xviij. solidi. quatuor et dimidius halenses
Decimonono mille septingenti quadragintanouē floreni. decē et octo solidi. tres et dimidius halenses.
Vicesimo duo milia quingenti nonagintaduo floreni decem et septem solidi. quatuor halenses.

Item vnus florenus in viginti vno annis hanc importat vsuram videlicet tria milia octingentos quadraginta vnū florenos· tredecim solidos·tres et dimidiū halenses·

Item vnus florenus in viginti duobus annis talem facit summā· quinqȝ milia sexcentos nonaginta vnū florenos· sedecim solidos· tres et dimidium halenses·

Item viginti floreni in viginti annis· tantā importāt vsuram videlicet quinquagintavnū milia octingentos quinquagintaquatuor florenos·tredecim solidos·septem halenses· monete franckfordensis· Sed quando octo halenses ꝓ vno albo·et vigintiquatuor albi pro vno floreno cōputantur talis consurgit summa videlicet quinquagintaocto milia·trecenti trigintasex floreni·nouem albi·tres et dimidiū halenses

Item viginti floreni in viginti duobus annis faciūt vsuram· centū milia et tredecim milia·octingentos trigintatres florenos· quindecim solidos·septem halenses monete franckfordensis· In albis vero vt supra centum trigintaocto milia·octogintaquinqȝ florenos·octo albos· septem halenses·

Vtūtur autem iudei in locis illis existentes·lingua arabica ad alios·inter se autem hebraica cuius hic habetur alphabetum bene correctum·

Jöta	Theth	Heth	Zaen	Vaū	Hee	Deleth	Gymel	Beth	Aleph
י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
Pe	Ayn	Samech	Nun	Nun	Mem	Mem	Lamed	kaff	kaff
פ	ע	ס	ן	נ	ם	מ	ל	ך	כ
			taff·	Schyn	Resch	kuff	Zodick	Zodick	ffe
		ו	ת	ש	ר	ק	ץ	צ	ף

De grecis quorū etiam plures sunt in Jerusalem.

Vero sanctam ciuitatem Jerusalem incolunt hac tempestate plurimi diuersarum nationum homines qui se xp̄iane religionis professores. ore quidem pronūciant. factis autem negant. vtpote heresibus et varijs erroribus implicati et horum dum illic essem Anno scilicet Millesimoquadringentesimooctuagesimotercio. circiter mille erant ibidem in vtroq; sexu. etiam paruulis exceptis. ydiomate vtentes et lingua ipsorum sarracenorū. inter quos commixtim habitant. eorū etiam mores in multis fide sua excepta imitātur. p̄sertim quo ad exteriorem conuersationem et ciuilem. Nimirum quoniam iuxta Senece prouerbium. ex conuictu mores formantur.

quorū et tributarij facti sunt· ambulantes iuxta ritus suos· et velut
oues absq; pastore·sic ipi absq; iugo·et extra obedientiam ecclesie sancte
Romane positi errant. Sunt autem eorum nouem differentie. Nam
quidam sunt greci·de quibus mox dicetur· Alij autem dicuntur Su-
riani· alij Jacobite siue Jacobini· alij Maronite·alij Nestoriani.
alij armeni·alij georgiani·alij abbasini siue indiani·Vltimo sunt etiā
ibi latini quidam sed perpauci·qui et soli ex omibus hijs veri sunt xpia
ni·cōuersationem habentes bonā et honestam inter gentes· ac in medio
nationis praue et peruerse lucentes velut luminaria in mundo· eccle-
sie sancte romane per omnia et in omnibus obedientes· vt in fine pate-
bit· Alie vero omnes memorate iam nationes·habūdant vnaqueq; in
veteri suo ritu et more·viuentes absq; regula ecclesiastice discipline·
Hee autem dicte nationes capta ciuitate sancta Jerusalem·per salah
dinum Soldanū egipti Anno gratie Millesimo centesimo octuagesi-
moseptimo·die scda Octobris·sub tributo sarracenorū in vrbe reman-
serunt·Patriarcha vero Jerosolimitanus·nomine Eraclius·atq; om
nis clerus et populus latinorū inde recesserūt· Nam cū ipse salahdin9
veniens Jerusalem vrbem a parte occidentali vallasset· et cōtinuis ag
gressionibus et assultibus obsessos die noctuq; impugnaret·iamq; mu
ros machinis debilitasset·verentes ciues xpiani·cū ex nullo loco auxi-
liū prestolarentur·ne hostes violenta irruptione vrbem occuparēt·pla-
cuit instanti et ineuitabili periculo cedere et sub certis conditionibus
se reddere salahdino· vt scilicet redemptionis accepto precio· libere eos
qui exire vellent abire permitteret·et tūnc hee nationes vt dictū est mā
serunt· ¶ De earum ergo vita et cerimonijs pauxilla annotare duxi
haud ineptū pro nostrorū qui talibus non sunt implicit erroribus cō-
solatione· ad illorum vero superborū et obstinatorum hominum verecū-
diam et confusionem· quibus tamen eatenus nichilominus cōpatia-
mur ob eorū contumaciam et perfidiam· quatenus nobis ipis ob rectam
fidem et obedientiā gratulemūr·q; vtinā atq; vtinā rebus et factis inte
gram cōprobemus semper et viuam· At in primis de grecis paululum
disseramus· Greci in primitiua ecclesia famosi et celebres fuerūnt in
fide· preclaras plerasq; ciuitates et insignes ecclesias Antiocenam pser-
tim et Allexandrinā atq; Constantinopolitanā·cū latis terminis per
tempora multa sub ecclesiastica obedientia possidētes· Ipsi etiā quon-
dam mundi monarchiā vt neminem latet·regnāte allexandro magno
Dehinc imperiale fastigium in oriente plurimis annis· sed et summi
presulatus dignitatem·beatissimo petro apostolorū principe apud An-
tiochiā septēnio presidēte habuere· Dure tamē ceruicis semper fuerūt homines
arrogātes·et vsq; hodie sancte romane ecclesie iugiter rebelles·ci9 aut sa
crorum cōciliorum determinationib9 atq; decretis minime obtēperātes·Nā
ipm summū pōtificē xpi vicariū·oēsq; nos latinos tenēt excōicatos·vnde

nec latinorū censuras que in eos fulminātur et fulminate sunt aliqua-
tenus curant· Clerici eorū in sacris constituti ordinibus contrahūt· nō
modo (vti eis liceret) cum vna· sed et quartas sepe nuptias celebrant
Subdyaconatus ordinem nequaq̄ pro sacro habent· sed neq̄ ordines
minores quicq̄ appreciātur· Barbas studiose nutriūt et inberbes sacer-
docio reputant indignos· Sabbatū multū colunt more pene iudeorū·
nūquā in eo ieiunantes (sabbato sancto pasche solo excepto) sed et car-
nes in eo comedūt splendide semper epulantes· a Scramentū preterea
cōfirmationis paruulis suis mox post baptismū conferūt per simpli-
ces sacerdotes cōtra ecclesie vetitu· Nam et sacramentum eukaristie eis-
dem tribuūt sub vtraq̄ specie· non solum adultis· Amplius in fermen-
to conficiūt contra ecclesie ꝓhibitionem et xp̄i institutionē· Nam dn̄s
ipse noster in vltima cena· id est prima die azimorū (qđ tres ex euange-
listis exprimūt) quando nichil fermentatū debebat esse in domibus iu-
deorum· vt habetur Exodi· xij· ex azimo pane eukaristie confecit sacra-
mentum et instituit· Neq̄ attendere volunt aut intelligere· qđ iuxta
apostolicā doctrinam expurgato fermēto veteri malicie et nequicie in
azimis sinceritatis et veritatis epulari debemus· Aquam etiā in missa
vino non miscent· vt manifeste de eis magister in quarto sententiarum
distinctione· xj· dicit· Debet enim propter institutionē aqua vino appo-
ni· quia etiam dn̄s noster ꝓbabiliter creditur apposuisse iuxta morem
illius patrie quia nūq̄ ibi vinū propter eius fortitudinē bibitur purum
aut sine aqua· Et quāuis de aqua non fiat mentio in euangelio· q̄r nō
est principalis materia in hoc sacramento· eius tamen appositio cōpe-
tit huic sacramento· et quantū ad rep̄sentationem passionis xp̄i· et quā-
tum ad significationem rei huius sacramenti que est corpus xp̄i misti-
cum p̄ aquam signatū· Aque etenim multe populi multi dicit scriptu-
ra· Vnde appositio aque ad vinum significat vnionem mēbrorum ad ca-
put ratōne ipius cōiunctionis· Et amorē capitis patientis pro mēbris
ad ipsa· ex hoc ꝙ ex duobus cōiunctis vnum efficitur· Et processum re-
demptionis a capite ad mēbra ex ipsa transformatione aque in vinum
Verū conficiūt quidē greci et in fermento et sine aqua· grauiter tamen
peccant ecclesie morem nō seruantes ex contemptu· Nam et nostris sa-
cramentis nec assurgūt nec reuerentiā faciūt vllam· Quin si aliquem ex
nostris latinis presbiteris in suo altari nostro celebrare ritu cōtingat·
mox illud aqua abluūt tanq̄ immūdū effectū quo suo facto manifeste
ostendūt ꝙ nos in azimo pane conficere minime credūt· tametsi verbis
nō explicent· Postremo in eo iugiter ꝑseuerāt errore suo ꝙ spūs sanctus
a patre procedat nō a filio· q̄ ob ꝑfidiam tollendā trecenti decē et octo
patres in Nicena synodo sancta cōgregati fuerūt· et ordinato symbo-
lo (qđ Anastasij dicitur) ita concluserūt quo ad illum articulum· Spi-
ritus sanctus a patre et filio nō fact⁹ nec creatus nec genit⁹ ſ͡ȝ procedēs

Anathematisantes nichilominus eos qui eidem symbolo addere ali-
quid vel subtrahere psumerent aut aliquo modo cōtrauenire. Sed ob-
stinatum est pro sua arrogantia insipiens cor eorum. et dicentes se esse
sapientes ipsi greci. stulti facti sunt. sed et perfidi heu nimis.
Greci in magno numero sunt jerosolimis. et miro modo infesti nobis
latinis. Ipsi chorum habent maiorem in templo dominici sepulcri pro
suo vsu. atq; capellam sanctorum angelorum prope templum foris.
In diuinis officijs vtuntur lingua sua greca tantū. quare et laici eorū
omnia intelligunt. quibus cantando vel legendo clerici vtuntur. In
alijs vero negocijs vel contractibus cū alijs lingua vtuntur arabica
aut sarracenica.

Littera Greca que est propria eorum
hic infra subnotatur.

Alpha	Bita	gama	delta	e	zita	ita	thita	iota	kappa	labda	mi
α	β	Γ	Δ	ε	ζ	Η	θ	ι	Κ	λ	Μ
ni	xi	omicron	pi	ro	sigma	tau	ypsilon	phi	chi	psi	omega
ν	ξ	ο	π	ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω

De Surianis qui Jerosolimis et locis illis manentes etiam se asserunt esse xpianos.

CEterum sunt etiā Jerosolimis quidā alij Suriani appellati a ciuitate Sur quondā p̄eminenti vt aliqui dicūt. Vel Syriani a prouincia Syrie. a quā et syri nominātur. Hij in terra orientali sub diuersis regibus et principibus sarracenis atq̄ barbaris iugo seruitutis opprimūtur abolim. semp̄ tributarij et serui. homines inbelles et prorsus inepti ad prelia. vtpote timidi et formidolosi. vnde nec arcūbus vtūtur aut sagittis vt ceteri. sed ad agricūlturam et alios inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiā ex magna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atq̄ mendaces. amici fortune. et ad munera accipienda promptissimi. Furtum et rapinam quasi pro nichilo habēt. Secreta xpianorum vbi possunt ad infideles proditorie deferūt et sarracenos. inter quos nutriti et cōmixti didicerunt opera eorum mala. Vxores suas more sarracenoꝝ diligentissime inclusas custodiūt. et tam ipas q̄ȝ filias suas in publicū non sinūt exire. nisi linthiaminibus inuolutas. velatasq̄ȝ panno nigro super facies suas. ne ab alijs videantur. Mȝ eorūm filie adeo custodiūt accurate. vt non nisi desponsate a maritis. prima nocte copule transacta. possint videri. quēadmodū et sarraceni circa filias suas itidem seruant. exemplo patriarche Jacob qui ad rachelem se existimās ingressum expletis nuptijs mane reperit lyam. Hij Suriani. grecorū institutiones ritus et

mores. in omnibus et per omnia imitantur. nullo articulo eoꝝ exclu-
so. Habent etiã cõmuniter vnũ de suis in templo dñici sepulcri inclu-
sum. atqꝫ pro suo vsu ecclesiam quandã possident in eo loco fabricatã
vbi quondã erat domus matris sancti Johãnis euangeliste. ante cuiꝰ
ostium stetit Petrus pulsans cũ eductus esset de carcere Herodis. vt ha
betur Actuũ. xij. Ipsi in temporalibus negocijs lingua vtũtur Ara-
bica siue Sarracenica. In spũalibus vero siue diuinis officijs lingua
greca. Quidã vero ex ipsis etiã chaldaicam sciũt linguã. et ea dum li-
bet vtuntur. Cuius littera vera est hic infra subinserta.

De Jacobitis et eorum erroribus.

Vnt p̄terea et alij quidā Jerosolimis et locis illis homines In multis a grecis et latinis differentes. et vocātur Jacobite siue Jacobini a quodā magistro suo Jacobo cuiusdam Allexandrini patriarche quondā discipulo. sic appellati. atq̧ ab eodem varijs infecti erroribus et seducti. Hij a multis iam retrohabitis annis a Dioscoro quondā Cōstantinopolitano patriarcha fuerūt excōmūnicati et ab ecclesia grecoꝝ (q̄ue tunc tp̄is adhuc fidelis erat et obediens romane ecclesie) sequestrati. Hij maiorē partē asie inhabitāt quidā ꝑmiscue inter sarracenos. alij alias quasdā regiones seorsū ab infideliū cōsortio occupantes. videlicet Nubiaq̧ q̄ue cōfinis est egipto et magnā ethiopie partē. omnesq̧ regiones vsq̧ ad superiorē indiā possidentes. vt asserūt plus q̄ꝫ. xl. regna. Omnes autē dicūt se esse xp̄ianos a beato Matheo apostolo ad xp̄i fidem primitus cōuersos. Sed postea inimico suꝑseminānte zizania sua in medio tritici. multipharie multisq̧ modis in hereses sunt ꝓlapsi. Nā in primis puulos suos instar sarracenorū circūcidūt. Pleriq̧ etiā eosdem ante circūcisionē. ferreo calamo adurūt. signātes eos in frontibus et cauteriū imprimētes in modū ceruicis. alij in ambabus genis. alij in tymporibus. putantes eos ꝑ hmōi

adustionem materialem a peccato originali expiari· occasione sumpta ex eo verbo q̄d johānes baptista de xp̄o dicebat Ip̄e vos baptisabit. in sp̄ū scō et igne· Q̄d verbū ipi dūtaxat ad litterā exponūt et obseruāt· q̄d tamē longe aliter intelligi debet· vt in postillis et glosis scōꝝ doctorum patet· Ipsi etiā jacobite cōmuniter portāt cruces in brachijs calamo ferreo impressas· ob reuerentiā vt dicūt sancte crūcis quā multū venerātur· et etiā ad distinctionē quandā habendā inter eos et paganos. in locis p̄sertim illis· vbi cū eis simul habitāt et morāt᷑· Ipi etiā nūq̄ȝ sua cōfitētur peccata alicui homini· ꝑ soli deo in abscondito· hoc videlicet ritu· Ponūt enim thus in igne iuxta se et orāt· putātq̄ȝ cū fumo illo pariter peccata sua ascendere corā deo ⁊ deleri ⁊c̄. Ipi etiā tantū vnā in xp̄o naturā credūt et tenēt· sicut et ꝑsonā vnā· cū tamen hm̄oi error in cōcilio calcedon̄· dānatus fuerit· et om̄es illū insequētes excōicationis vinculo ꝑpetuo innodati· Hui⁹ autē erroris primus inuctor fuit Eutices· abbas quondā cōstantinopolitan⁹· pessim⁹ heresiarcha(qui etiā vnā tātū in xp̄o dogmatisauit operationē scȝ diuinā sicut et naturā) q̄d liq̄do falsum esse conuincit᷑· ex eo q̄d Marci· viij· habet᷑ quādo dn̄s misertus sup turbā· eū triduo sustinentē· pauit ex septē panibus et paucis pisciculis q̄tuor milia hominū· Quis aūt nō videat inq̄t Beda in omelia eadē· hoc ꝙ sup turbā miseretur dn̄s ne vel inedia vel vie longioris labore deficiat· affectū esse et cōpassionē hūane fragilitatis· Qȝ vero de septē panib⁹ et pisciculis paucis q̄tuor milia hominū saturāuit· diuine opus esse virtutis· ita et in plurib⁹ alijs locis scripture facile est videre· Quidā etiā Jacobitarū tenēt· nō minus errātes· ꝙ ex duabus naturis in xp̄o vna sit conflata et facta natura· qui error etiā est olim dānatus in sacris cōcilijs Sed et magister sententiarum in tercio libro et doctores alij desup scribentes· eū errorē acerrime et acutissime retunderunt· Sed cepta ego ꝓsecuturus· hec doctiorib⁹ relinquo Isti etiā heretici jacobite vno solūmō se digito signāt in modū crucis· quos greci et suriani ꝓdētes asserūt ideo facere· q̄r tantū vnā in xp̄o cōfitētur naturam· Ipi etiā puulos suos adhuc ad vbera pendētes sub vtraq̄ȝ specie cōmunicāt· in hoc grecis et surianis cōformes· Ipi diuersis vtūtur ydiomatib⁹ scd̄m diuersas ꝓuincias in quibus habitāt· Habent tamen quoddā propriū ydioma· cui⁹ vera littera est hic infra subnotata·



De Nestorianis et eorū erroribus

Morantur nichilominus in sancta ciuitate Jerusalem quidā alij homines Nestoriani nūcupati a Nestorio quodā pessimo heresiarcha qui p sua pestifera dogmata·magnā orientis partē infecit·maxime aūtē eos q̄ in psíde habitāt seorsum in multitudine copiosa dicētes se esse xpianos· Et q̄q̄ prophanā machometi legē hij Nestoriani nō suscipiāt· immo habeāt horrori· p hereticos tamē corrupti miserabiliter errāt· Nā pdictus pditionis filius Nestorius quondā cōstantinopolitan⁹ epus et oēs nestoriani· ei⁹ sequaces· virginē gloriosam mariā negant esse matrē dei siue theothocon grece·id est dei genitricē·ſ xpi hominis eā esse matrē cōcedūt siue xpothocon grece·id est xpi genitricē· Nā et aliā asserūt esse in xpo psonā diuinā· aliā humanā·distinguētes scdm duas in xpo naturas· etiā duas psonas·et p cōsequēs nō vnū xpm ex verbo et carne subsistentē·ſ separatim·alterū filiū dei·alterū filiū hominis affirmant·Hec autē detestanda heresis in Ephesina synodo· in qua erāt trecenti sancti patres reprobata est et cōdemnata·et oēs eā sectātes anathematis sententie subiecti· Preterea hij nestoriani in fermētato pane cōficiūt instar grecoꝝ·atq͡ȝ sub vtraq͡ȝ specie cōmunicāt eukaristie sacramētū puulis et adultis·et alia multa abusiua·ac sancte romane ecclesie cōtraria et erronea obseruāt·de q̄bus singillatim dicere longū esset nimis·Caldaica vtūtur littera et lingua in officijs diuinis et scripturis·lingua vero sarracenica in Jerusalem et terra sancta· In alijs autē mundi partibus earū loquūtur linguis terrarū in quibus morantur·

De Armenis et eorũ erroribus.

Armeni sunt qui in Armenia ꝓuincia prope Antiochiã inter medios fines xp̃ianorũ et sarracenorũ seorsum habitant. Hij ritũs quosdã habent et obseruatiões singulares a nobis multũ differẽtes. Nã ꝓpriũ habẽt primatẽ quem catholicon appellant cui obediũt summo cum honore et reuerentia. iussibus eius a maximo vsq; ad minimũ velut alteri pape obtẽperãtes. Inplacabiles sunt inter eos et grecos discordie. ac dissensiones inexorabiles. adeo ꝙ sup ritibus suis et institutis atq; cerimonijs semꝑ corrixãt. Ipsi Armeni tp̃alem dñi nostri natiuitatẽ nõ celebrãt immo diebus natalis domini ipi ieiunãt. In die vero epiphanie siue apparitionis dñi. simul cũ solemnitate apparitionis festũ celebrant de baptismo cristi. in quo se festum spiritualis eius natiuitatis asserũt celebrare. sed errãt ꝗꝛ dñs ipse ihesus nõ fuit in se spiritualiter renatus. quippe ꝗ̃ nõ indiguit cũ peccatũ nec cõmiserit nec cõtraxerit. nec dolus inuẽtus fuerit in ore eius. sed vim regeneratiuã tũc cõtulit aquis in quib9 nos purgaremur ⁊c̃. Ipsi quoq; Armeni eo tp̃e quo et nos quadragesimã tãto obseruãt studio ꝙ non solum a carnibus caseis ouis et lacte abstinẽt. sed et pisces nõ mãducãt. oleo nõ vtũt in cibarijs. vinũ non bibunt. verũ fructus et legumina quotiẽs libuerit edũt. Vt autẽ manifestius emulis suis grecis et surianis cõtrariẽtur in certis sextis ferijs cõmedũt carnes. Sacerdotes ꝑterea eoꝝ in missis aquã vino nõ apponũt sicut nec greci in quo grauiter errãt. ꝗꝛ vt etiã supra dictũ est. Ideo aqua est vino miscenda vt tã xp̃o ꝗ̃ sanguĩm nostre redẽptionis popũlus ꝑ aquã designatus sociãdus esse designet̃. Nam si vinũ tantũ qũis offerat. sanguis xp̃i incipit esse sine nobis. Si vero aqua sola sit. plebs incipit esse sine xp̃o. nec pre-

dicta cōiunctio signatur· igitur nō debet in calice dñi offerri aut aqua
sola aut vinū solū· qr vtrūq̧ legimꝰ de latere xpi in passione profluxis-
se· Ceterū ipi armeni in misse officio multū nobiscū cōcordāt· hoc priori
dempto· calices et patenas in nostris formis habentes· et facta cōsecra-
tione hostiā sup patenā positā eleuāt· deinde calicē more nostro· Hij
deniq̧ armeni q̄q̧ olim summo pontifici et sancte romane ecclesie obe-
dientiā fecerint· quādo scz rex eorū a romano impatore heinrico feudū·
et ab Archiepo pro tpe moguntino· coronā regiā et cōsecrationē accepit·
Veteres tn̄ ritus suos et solitas cōsuetudines mutare noluerūt· q̄obrē
sicut tūc eoꝝ obedientia erat impfecta· ita nūc ad nichilū penitus est re-
dacta· Postremo isti armeni in copioso satis sunt numero jerosolimis
habētes cōmuniter ibidē epm vnū· qui vt moris est eis vsitati· duos in
capite cirros nūtrit ad timpora vsq̧ pendētes· Idē quoq̧ eps et omnis
clerus suus· coronas portāt latas et rotūdas· alias nec crines nec bar-
bas vllo mō radi sinūt· Inter reliq̄s pfecto nationes· armenoꝝ psbi-
teri in omibus semoribꝰ et motibꝰ· maturius gerūt· vili et simplici ha
bitu incedētes· in orationibus et officijs suis deuoti· latinoꝝ sacramē-
tis debitā exhibentes reuerentiā et deuotionē· Hij pro suo vsu ecclesiā
habent solennē sancti jacobi maioris in eo loco cōstructā· vbi ipe ab he-
rode fuit decollatus· Habent quoq̧ ecclesiā sancti saluatoris· vbi tpe
sue passionis domꝰ erat cayphe· in q̄ xps fuit velatus· cōsputus· cola-
phis alapisq̧ cesus· a beato petro negatus· et multis alijs iniurijs atq̧
opprobrijs lascessitus· In eadē ecclesia est lapis ille magnꝰ q̄ ad ostiū
dñici sepulcri aduolutꝰ· ab angelo fuit reuolutus q̄ sup eū apparuit se
dens· Ibi etiā ostēditur locus vbi gallus stās post petri negationē can
tauit· Armenoꝝ laici oēs tonsi sunt capitibus in modū crucis· Et id ea
ratione vt fert· Cū siquidē Anno dñi septingentesimo q̄dragesimo q̄rto
tyri armeniā infestarēt bello· et seua insup peste admodū pmerētur· sua-
su quorūdā xpianoꝝ capita sua in crucis modū totondere· statimq̧ eis
salus diuinitus data est vt dicūt· quapropter ad ppetuā eiꝰ rei memo-
riā illū tondēdi modū obseruāt· Habent quoq̧ Armeni propriū ydio-
ma et proprias litteras quibꝰ tā laici q̄ clerici in cōi sermone et in di-
uinis etiā officijs vtūtur· Est aūt hec eoꝝ littera q̄ hic infra annotatur·

De Georgianis et eoꝝ moribus et ritibus.

N orientis regione alius quidā populus inhabitat· longo ter-
rarū tractu a terra ꝓmissionis distās· cuiꝰ dominiū extēditur
vsq3 ad caspios mōtes. bellicosus valde et in ꝑlijs strenuus· for
tis robore et innumera pugnatoꝝ multitudine copiaq3 habūdās sarra
cenis· persis· medis· assyrijsq3· in quoꝝ cōfinio cōmoratur formidabilis
valde· Et licet iste populus vndiq3 infidelibus sit circūseptus atq3 con-
clusus· ab omnibus tamē timetur nec facile vexat᷑· Hij homines a scō
georgio· georgiani vocātur· quē in suis ꝑlijs cōtra paganos ꝑcipuū ha
bētes aduocatū ⁊ patronū· tāq3 signiferū omī cū honore venerātur et co
lunt· De istis multi morātur Jerosolimis· diuersa loca sancta occupā-
tes. specialiter tamē montē caluarie et foramen illud in quo crux stetit
quādo xp̄s in ea expirauit· Juxta quē locū altare quoddā habēt et in
eo cōmuniter vnū de suis pro custodia inclusum· Jpi etiā in vsu habēt
ecclesiā scōꝝ angeloꝝ vbi quondā domus Anne pontificis fuit· in quā
xp̄s de mōte oliueti primū adductus· ab eodē anna examinatus fuit de
doctrina sua et discipulis· et inter respondendū a ministro alapa cesus
Hij georgiani in omnibus et ꝑ omnia ritꝰ et errores grecoꝝ sequūtur·
in sacramētis ⁊ alijs· vnde scismatici haud dubiū esse cōuincūtur sicut et
illi· Clerici eorū rotūdas habēt coronas· layci vō q̄dratas· Quotiēscūq3
veniūt de terris suis Jerosolimā. loca visitaturi sancta· absq3 tributo et
erectis vexillis· sanctā ingrediūtur ciuitatē· Nā sarraceni nullo eos pa
cto molestare ꝑsūnt· timentes ne ad propria reuersi· suis cōfratribus
sarracenis vicē repēdāt· vel maioribus eos afficiāt malis· Nobiles eoꝝ
mulieres· more amazonū armis in ꝑlijs vtūtur· Jpi viri barbas nutri-
unt et pilos· vtūturq3 pileis in capitibus variorū colorū· Greca quoq3
littera et lingua in diuinis vtūtur officijs et scripturis· ꝟ alias sarrace-
nica vel caldaica· Et hec omnes superius habentur signate.

De Abbasinis siue Indianis et eorũm cerimonijs

Ierosolimis quoqꝫ hysce tẽpibus habitãt viri nõ pauci · q̃ Abbasini · alio vero nomine Indiani ab india ꝓuincia vocãtur · de dominio et subditione potentissimi regis · quẽ ꝑsbiterũ Johanẽ appellant · q̃ quidẽ maxim⁹ atꝫ serenissim⁹ rex cũ omni populo suo se xpianũ profitetur · Hij ꝑ beatũ Thomã apostolũ ad xpi fidẽ ab inicio legũtur cõuersi · Jpe quoqꝫ modernus rex · currẽte dñice incarnationis Anno · M · cccc · lxxxij · ꝑ ambasiatã suã romano pontifici Sixto q̃rto obedientiã fecit · et nostris moribus atꝫ statutis hũiliter petijt informari · Isti abbasini siue indiani oẽs sunt nigri instar ethiopũ et multũ zelosi feruẽtesqꝫ ad visitandũ loca sancta · Deuote et prolixe orãt · officia diuina more suo ꝑficiũt reuerẽter · Amãt pauptatẽ · in multa inopia et rerũ penuria vitã agentes · etiã si multũ habundent · lineis et coloratis vtũtur indumẽtis · circũligãtes capita sua tã viri q̃ꝫ mulieres lineis pepulis blauij coloris · Nudisqꝫ pedibũs discalciati incedũt ⁊c̃ · Et q̃ꝫq̃ ista faciãt et obseruẽt · tamen prochdolor a certis prauis erroribus non sunt alieni neqꝫ immunes · Nã circũcisionẽ carnalẽ seruãt more sarracenoꝝ et iacobitarũ puulos suos circũcidentes · nõ attendẽtes miseri q̃d apostolus minat᷑ · Si circũcidimini inquiẽs · xps vobis nichil proderit Adũrũt quoqꝫ infantes suos in frõtib⁹ ferreo calamo · in modũ crucis Alij in genis · alij sup nasum · pleriqꝫ in omnibus hijs locis · credentes eos ꝑ hmoi adustionem ab originali peccato mũdari · Cũqꝫ ego miseris cõpatiens q̃ alias satis boni homines videntur · ꝑ interꝑtem inquirerẽ · cur hec facerẽt q̃ omino romane ecclesie essent aduersa · cui se nuꝑ · missa obedientia sua subiecissent · Responderũt (vt verũ fatear) se circũcisionem accipe nõ q̃si sacramentũ necessitatis · ß ob reuerentiã xpi q̃ et ipse fuit circũcisus · Adustionẽ vero obseruare pro eo q̄ scriptũ esset et dictũ ꝑ iohannẽ baptistã de xpo Jpe vos baptisabit in spũ scõ et igne · Sed informati a nobis · dicebãt de cetero se velle his ꝑtermissis baptismũ in aqua suscipe scõm ecclesie romane morẽ · Sed nõ solũ in isto ß ⁊ in alijs multis aberrãt · Nã in fermẽto cõficiũt instar grecoꝝ · sub vtraqꝫ specie sacramentũ cõferũt paruulis et adultis · et illos ꝑ simplices sacerdotes faciũt cõfirmari adhuc infantes · In officio misse · ritus quosdã habent singulares · Studiose ad missam cõueniũt laici eoꝝ · ꝑsertim in solennitatibus · et tũc oẽs vtriusqꝫ sexus incipiũt altis vocibus cõcrepãtes iu-

bilare·saltare pedibus· plaudere manibus· cõglobantes se in circulis·
ibi sex vel septē·ibi nouē vel decē·et interdũ ꝑ totas noctes sic cātāt·po-
tissimũ in nocte dñice resurrectionis·qua nõ cessant canere donec illu-
cescat·et nõ nulli hec adeo feruēter faciũt et deuote ꝙ interdũ debiles ex
hoc redduntur· Isti etiā abbasini siue indiani· licet linguā sciāt sarrace-
nicā et ea dũ libet vtātur·habent tamē qddā nichilominꝰ propriũ ydio
ma et alphabetũ·xlvij·lr̄as cõtinēs·q̄ hic infra suis figuris sũt formate



De Maronitis et eorũ reditu abolim ad ecclesiā romanā·

HAbitat etiā gens quedā syrorũ sub mõte libani in ꝓuincia phe-
nicis non longe ab vrbe bibliensi·numerosa satis multitudine·
ad ꝓlia admodũ edocta aptaq̄·arcubus et sagittis vtēs expedi-
te· Hij maronite vocātur a quodā magistro suo heretico nomine Ma-

ron· q̄ vnā dūtaxat in xpō voluntatē asserebat· et ꝑ cōsequēs operationē secutus in hoc quendā antiochenū epm nomine machariū· huius heresis primū auctorē· q̄ in sexta synodo Cōstātinopolitana· cū suis cōplicibꝰ dānatus fuit ꝛc̄. Hāc imitati heresim maronite· ꝑ quingētos fere ānos tanq̄ʒ heretici a cōsortio fideliū fuerūt exclusi· Sed tandē diuina inspiratione redeūtes ad cor et se errasse cōfitentes· heresi abiurata· in manus Emerici cuiusdā anthiocenī patriarche· romane ecclesie obediētia facta sunt adnumerati· et ad vnitatē catholice fidei reuersi· Vnde cū oēs alij orientales epi et p̄lati maiores aliarū nationū· ānulis et mitris pontificalibus nō vtātur nec baculos gestēt pastorales· nec vsum habeāt cāpanarū· maronite hijs omnibꝰ vtūtur vti nos· in diuinis officijs et sacramētis ministrādis nobis cōformes. Vnde et eorū patriarcha generali interfuit concilio rome sub innocētio tercio celebrato· Hij Maronite non morātur Jerosolimis continue· s; sepius illuc ex deuotione veniūt peregrinatū ad quasdam solennitates· nec propriū habent ydioma· sed vel caldaica vel sarracenica lingua vtuntur·

Sequitur disputatio quedā necessaria ad p̄dicta·

Ceterū ne occasione istarū q̄s narrauimus sectarū aut legū· aut alio quolibet motiuo q̄uispiā in eū labat̄ errorē· vt credat vnūquēq; in sua fide lege vel secta posse saluari· dūmodo credat eā esse bonā· et deo placere q̄d facit· et dū propter deū facit q̄cq̄d facit· necessariū· opeq; p̄ciū duxi· contra errorē illū tā pniciosum· tāq; pestilentē· q̄ doctores ante nos tradiderūt· disputādo ānectere· q̄tenꝰ mortifero toxico ne a quoq̄ʒ incaute insinuatur salubre remediū quo ad in nobis est debita prouidētia apponamus· Constat nimirū et indubitatū apud oēs xp̄icolas extat· q2 vna ē fides· vnus dn̄s· vnū baptisma· apostolo teste· Dicitur aūt fides vera vna dūtaxat ꝙ et id de quo principaliter ē fides vnū sit· deus videlicet· apd̄ quē non est trāsmutatio· nec vicissitudinis obūbratio· Atq; etiā ratio formalis omniū credēdoꝝ vna sit et eadē veritas sc; prima· cui fides principaliter innititur· Ipaq; fides lumen sit desuꝑ infusum· et nō sit a probabilitate rerū q̄ credūtur· Vnde nec scd̄m diuersitatē rerū credēdarū ip̄aʒ fidē diuersificari oꝑtet· Porro et sola ip̄a fides xp̄iana vera ē· q̄d mūltipharie multisq; modis ostēdi posset· tum videlicet miraculorū plurimorū confirmatione· tū testiū omni maiorū multitudine exceptione· tū ꝙ reuelationes et prophecias certissimas habet· tū etiā ꝙ nōnisi de deo dignissima sentit· tū ꝙ nichilominus etiā de homine probabiliora et credit ꝛ tenet q̄ve magis creaturā deceāt rationalē· tū postremo ꝑ successum quē populus iste habuit· q̄ hāc fidē suscepit· dū scd̄m eā vixit· et deiectionē eiusdē dū fidē hāc deseruit· ꝛ scd̄m eā non vixit· Sed his omnibus p̄suppositis vnitate sc; ꝛ veritate fidei nr̄e xp̄iane· atʒ ob id in p̄nciarū p̄termissis facile esset pessimo huic obuiare errori. Nulla itaq; fide deo credit̄ p̄ter hāc· et nulla ē alia digna hoc nomine p̄ter ip̄aʒ· nullaq; alia honorat̄ deꝰ nisi hac· nec vlla ē virtus p̄ter ip̄aʒ· Nā et ip̄a sola fundamētū ē et caput omnis religionis in vita ista

ſicut et eius oꝑatio prima eſt in dei oꝑibus et obſequiū· eius primū in
dei honorificētia et cultu· quēadmodū et intellectus prim⁹ eſt inter ani-
me vires nobiliores· cuius eſt ꝑfectio ipa vera fides· Ex quo ſequatur
neceſſe ē· ꝙ omnib⁹ alijs credulitatib⁹ et deo nō ſeruit ymo cōtumelio
ſe ſūt ei· Vnde et cōſtat nullā aliā credulitatē fidei nomine fore dignā·
Vnde aūt potiſſimū et ex quo fūdamēto dict⁹ error ꝓceſſerit videam⁹
vt ſic ipo eliſo fundamēto· om̄is deſuꝑ extructa edificatio penitus ruat
Dicti igitur erroris vna et ꝓcipua hec eſſe cauſa videtur· q̄ multos exa
gitat atq; cōfundit· numeroſa ſcʒ multitudo dānandoꝝ et paucitas ſal
uandoꝝ· Vnde et multi inquirūt q̄re tam paucos elegerit dei miſericor-
dia ad ſalutē· tā multos vero deſeruerit in ꝑditionē· maxime cū ꝓnior
credatur ad ſaluandū q̄ ad dānandū· vel nō minor ſaltē ſit ei⁹ miſeri-
cordia ad miſerendū et ignoſcendū· q̄ eius iuſticia ad vindicandū ꝛ pu
niendū· Ex hoc cōcludere volētes ꝙ credendū ſit pro diuine miſericor-
die et bonitatis infinitate et immenſitate vnūquēq; in ſua fide lege vel
ſecta poſſe ſaluari· dūmodo credat eā eſſe bonā et deo placere qd facit ꝛc̄
vt ſupra· ¶ Preterea arguūt ꝓſumptuoſū videri ꝙ pauci xp̄iani ſe ſo-
los arbitrentur ſaluandos· tota reſidua hominū multitudine· videlicet
maloꝝ xp̄ianoꝝ q̄ multo plures ſint q̄ boni· deinde iudeoꝝ ſarraceno
rū atq; paganoꝝ in ꝑditionē derelicta· Qualiter ergo (aiūt) implebi-
tur domus dei celeſtis tāta paucitate electoꝝ· cū infernus q̄ longe mi-
nor eſt cape ſufficiat de omibus tantā multitudinē dānatoꝝ· An vide-
tur cōueniēs regi regū et dn̄o ſeculoꝝ· vt plures habeat vinctos· plu-
res patibulis affixos· traditoſq; tormētis q̄ ſibi famulātes ꝛ ſubditos
An poteſt miſericordia dei cui⁹ nō eſt numerus nec mēſura· tantā ſuſti
nere carnificiā tormētoꝝ· vel ad q̄d inquiūt tantā multitudinē dānan
doꝝ creauit deus· Et ſi creauit eos in ꝑditionē et mortē· An id cōueniat
diuicijs bonitatis eius et immēſitati miſericordie ſue· eos creaſſe· quos
vtiq; ſaluare poterat et flāmis infernalib⁹ depaſcendos derelinquere·
De hijs autē q̄ pro eo faciūt q̄cq̄d faciūt· credētes ſe obſequiū eidē ꝓſta-
re in eis· q̄uis male ignorāter tamē faciūt· q̄d erit· Et potiſſimū de his
qui pro deo ſiue propter deū omne gen⁹ ſupplicioꝝ nō ſolū patienter·
ſ; etiā gaudēter ꝑferūt· ſicut de multis hereticis ſepe audiuimus et ipi etiā
videre poſſemus· q; ignē et alia tormenta ſponte et letāter ſubeūt· vtiq;
propter deū ſe omnia ſufferre dicētes· et ita in corde ſicut credim⁹ habē-
tes· ¶ Incipientes igitur dicamus ꝙ error iſte multis hominib⁹ dāna-
bilis eſt et cauſa dānationis· Si enim volēs ambulare corpaliter nol-
let ꝓuidere vie ipius diſcrimina aut offendicula· aut alia ꝓcipicia que
oculis corpis videri et nō videri poſſint· ſ; magis clauſis oculis aut a
via auerſis vellet incedere· quicq̄d ei mali id ē offenſionis vel caſus eue
niret· iuſtiſſime ipi imputari poſſet· Poterat enim per ſe hm̄oi pericula
declinare· In eo ergo qui ꝑ ſemetipm̄ imminentia ſibi mala in huiuſ-
modi via et noſſe et euitare potuit· rectiſſime dicitur· vt ſibi ea imputet
ſi in illa inciderit· et iſta eſt cōmunis omniū animoꝝ conceptio·

Eodem modo si quis ire voluerit ad locū aliquē viā ignorans que du
cat ad illū· presto autē habeat qui viā ei ostendat· et tamen nec ducatū
itineris nec vie ostensorē querit aūt petit· si errat ei merito error iste est
imputandus· Et hāc propositionē cuiuslibet animus probat audita·
Similiter immo fortius multo in via morum se habere necesse est· q̄ȝ in
via corpali· quāto magis et proprio visu spūali et alieno· sunt ꝑcauen
da pericula spūalia q̄ȝ tpalia· Qui igitur nō proprio sensu vbi eis sup=
petit nec alieno vbi eis paratus est q̄s cōsulere· ꝑicula spūalia declina=
re nolunt· merito eis imputabitur cū inciderint in ea· ¶ Amplius si vi
deris aliū errare in via ista visibili· teneris eū ab errore illo auertere et a
periculis que ei imminere cernis eidem ꝑcauere· multo magis et in via
morū· Longe aūt amplius teneris tibi cōsulere q̄ȝ alij quāto magis tibi
debitor es in huiusmodi q̄ȝ alij· Ex hijs ergo manifestū est· q: neglige=
tia ista querendi scȝ viā veritatis et salutis· negligentia est culpabilis
et damnatione dignissima· In hijs ergo qui proprio sensu· ingenioq̄ȝ
et industria· discrimina spūalia ꝑcauere et ꝓuidere potuerūt siue ex scri=
pturis siue ex doctrina siue ex miraculis siue ex omnibus hijs· iustissi=
ma est damnatio erroris talis· et ignorās huiuscemodi· merito vt apo=
stolus dicit ignorabitur· Tales sunt q̄ nolunt intelligere vt bene agāt·
¶ Si quis autē querat de illo qui doctores vel ꝑdicatores inuenit con
trarios videlicet vnū fidelem et aliū infidelem siue hereticū nec sufficit
ex proprio sensu aut dictis eoꝝ· aut vita discernere cui eorū magis cre=
dere debeat· An deus requirat ab illo vt diuinet fidē· hic ꝓculdubio q:
nō habet de humana ratione q̄d faciat· diuinū auxiliū debet implorare
vt Augustinus dicit· ac tota instantia depcari· vt illuminator animarū
deus viā veritatis ei ostendat et applicet cor eius et intellectū ei pti cō=
tradictionis que vera est et sibi accepta· Pie autē credendū est de dei mi=
sericordia q: sic pulsanti aperiet et q̄ȝ (nisi negligentia querende verita
tis aut alia culpa obsistat) cor eius auertet deus ne cōsentiat errori im=
pietatis· ¶ Idem sentiendū est in illo casu si videlicet seductor aliquis
sub ꝑtextu catholici doctoris simplici alicui et indocto· errorē aliquem
impietatis ꝑdicet· q: deus cor eius auertet ne illi credat· nisi hoc vel negli
gentia eius vel alia culpa impediat· Custodit enim deus diligentes se
ait psalmista· et sapiens in prouerbijs· Custodiet iustoꝝ salutē et prote
get gradientes simpliciter· Dicimus etiā q: cū intellectus hūanus crea=
tus sit ad inquirendā et cognoscendā veritatē salutarē· maxime de hoc
debet esse sollicitus atq̄ȝ studiosus· quare· q: negligentia eius in hoc atȝ
desidia maxime culpabilis est atȝ damnabilis. Amplius vnusquisq̄ȝ
ad actū et finē propriū expeditior est atȝ facilior q̄ȝ ad aliquē aliū vt de
se patet· Manifestū est autē q: virtus nostra intellectiua· ad querendū
et inueniendū deum· quantū hoc requiritur et expedit· facilior est· q̄ȝ ad
querendū aut inueniendū aliquid aliud· maxime cū presto sit deus sp
adiuuare conantes ad se· et appropinquare appropinquātibus sibi·

Considera igitur ista que diximus et videbis omnes errātes in via ve-
ritatis et ignorantes. eadem culpa errare et dampnabiliter ignorare.
Nullum est enim inuenire in eis qui nō sit negligens inuestigādo p se
metipm salutarē veritatē. aut inquirendo ab alijs. aut diuinū auxiliū
implorando. aut in faciendo veritatē. Qui enim negligie facere bonū
qd esse faciendū nouit. meretur nō accipe noticiā id faciendi qd nondū
nouit. De vnoquoqz enim est sperandū qz si talento intellectus tota di
ligentia bene negociatus fuerit in quibus p se potuit qz multiplicetur
ei vel adaugeat vt etiā diuine reuelationis seu inspirationis munere
capiat ampliora. ad q̄ p intellectū propriū ptingere nō valebat. vel etiā
qz pdicetur ei doctrina salutaris. vt manifeste patet in cornelio illo cen
turione viro gentili ꝟ religioso ac timente deū. ad quē missus beatus pe
trus fuit. ec ipm cū tota familia ad fidē xpi cōuertit. vt habet Actuū. x
capitulo. Dicimus ergo qz si aliqs esset seorsum ab hominibus et vellet ne
gociari diligenter talento intellectus sui ex cōsideratione visibiliū fa-
cile est ei inuenire creatorē et multa alia de ipo cognoscere. ipm videli-
cet esse honorandū. diligendū. adorandū et hmoi. Et si inuētis bene ne-
gociaretur. adderet ei deus alia vel p inspirationē. vel p doctrinā et pdi
cationē quā ipe met ei pcuraret. Omnino enim credendū est deū nemi-
nē velle deserere q̄ ei diligēter studet adherere. Jam satisfactū esse tibi cre
dimus de omni adulto errāte errore impietatis. qz iusta est eius dāna-
cio. Declarabimus autē euidētius hoc et dicamus. qz sicut libere volun-
tatis est vt se auertat ab omni male volito et vt p cōsensum se nō incli
net in illud. Jta et intellectus ipius est. vt se auertat ab omni male cre
dito et vt non assentiat illi. et hoc vel ex proprio lumine est ei possibile
vel ex alieno. Ex proprio. id est proprie inuestigationis. ex alieno id ē
diuine reuelationis. Sicut ergo libera volūtas dānabiliter assentit in
male volitū. sic humanus intellectus damnabiliter assentit in male
creditū. quare tenetur vel ipe se corrigere vel correctionē suam per ali-
quā viarū qs diximus procurare. Preterea non minus tenetur deo in
suis opationibus intellectus hūanus q̄ affectus. nūq̄ antē licet affectui
amare cōtrariū deo vel hijs q̄ dei sunt. similiter nūq̄ licet ei nō amare
deū vel ea q̄ dei sunt. ergo similiter nec intellectui vnq̄ licebit nō crede
re deū vel ea que dei sunt rc. Qd enim est nō amare in affectu. hoc est nō
credere siue nō cognoscere in intellectu. Vnde apparet intellectui positā
esse legē et limites in opationibus suis et limitatū ei esse q̄d credere vel
discredere. vel iterū non credere aut ignorare liceat. Et iter ignorantiā
interdū esse damnabilem videlicet in q̄ibusdā hominū ignorātis. simi
liter et credulitatē quorundā dānabilem esse et impiā. et neutrā excusa-
re a tota damnatione eos quos inuoluerint. fortassis autem excusat a
tanto. Non enim tantū peccare videtur qui erranter vel ignorāter ma
le agit quantū ille qui scienter contra conscientiā facit.
Igitur vt in summa dicamus. illud nobis potius videtur diuine cōso
num pietati. vt vbi inuincibilis est ignorātia. qd est, vbi homo nō habet

de hūana ratione q̄d faciat ibi imploret diuinū auxiliū· et nō temere se p̄cipitet· Ibi enim totū ptinet ad deū facere·vbi nō habet hō q̄d de se faciat·verbigratia·Si in eam figurā vel formā se trāsformaret lucifer·in qua nichil posset apparere homini p q̄d nō videretur xp̄us·nec aliq̄d p q̄d dinosci valeat nō esse xp̄s·solius dei est custodire hominē· nec aliud ibi relictū est homini nisi diuinū auxiliū implorare·nec dubium quin presto sit auxiliator deus inuocātibus eū·nisi culpa eoꝝ obstiterit·

Q, autē quierūt de multitudine dānatoꝝ ad q̄d deus eā creauerit·certū est q̄m ex diuicijs bonitatis sue eā creauit et q꞉ multa bona magnifica eis cōtulit·Penas vero vel tormēta nisi meritas atq꞉ iustissimas nulli vnq̄ꝫ intulit nec inferet·vnde manifestū est q꞉ iusticia dei causa est efficiēs dānationis eoꝝ q̄ua nulla iustior excogitari potest·mala vero merita eoꝝ causa sunt q̄si materialis pditionis eoꝝ·quibus iustissimo iudicio et laudāda in omnib⁹ iusticia·damnatio illa eis redditur·

¶Q, autē tā multi sunt qui dānantur·et tam pauci qui saluātur·et in naturalibus et in moralibus expssam similitudinē inuenies· Viliorū enim et ignobiliū maior sp est multitudo q̄ꝫ p̄ciosoꝝ atq꞉ nobiliū·vt ferri et plumbi q̄ꝫ auri et argenti·et lapidū ignobiliū q̄ꝫ gēmarū· similiter quercuū q̄ꝫ cedroꝝ aut palmarū·Eodē modo stultorū hominū q̄ꝫ sapientū·et maloꝝ q̄ꝫ bonoꝝ·Nam stultoꝝ infinitus est numerus inq̄t sapiens·Vides etiā q in tanta multitudine hominū· paucos ex eis deus reges facit aut principes etiā tēporales·nec miraris q nō oēs homines fecit reges et principes·et tā modicoꝝ tamq꞉ ignobiliū regnoꝝ vt sunt tpalia·Quāto fortius ergo mirari non debes si paucis largitur p̄clara ac nobilissima regna celestia· Amplius cū tā raros videas qui regna celoꝝ appetent vel curent·tā multos autē q̄ ab eis se auertūt et contraria sectātur·propter q̄d miraris si tā pauci pueniant tā multi non pueniant ad ea·¶Amplius si videres de centū ptibus generis hūani nonagintanouē totis studijs ac viribus currētes p viā que ducit ad mortem·Paucos vero econtrario currere p viā que ducit ad vitā· nō miraris si magna illa multitudo tota adueniat in mortē·et sola alia paucitas ad vitā·Sic et hic considera tantā multitudinē pditorū et videbis eam festinantē ad mortē· econtrario vero paucitatē electorū festinantē ad vitā· Quid ergo mirū est si vnusquisq꞉ hominū ad finē pueniat ad quē totis studijs ac virib⁹ cōtendit· Multitudo nāq꞉ pditorū hominū in via vite istius et vitā fugit eternā et in mortē se p̄cipitat·et in stagnū ignis et sulphuris se deicit·et in abyssum eternarū flāmarū se demergit· Igitur q in baratrū infernale q̄sq꞉ cadit de pondere est proprie iniquitatis·q vero sursum ad sublime beatitudinis aliq̄ trahūtur de ꝟtute est omnipotentis diuine bonitatis·

Igitur in eo q deus tantā creauit· hominū multitudinem q̄ꝫ p̄uidebat esse damnandā mirari debes diuicias bonitatis sue q tali multitudini tot et tanta bona dedit·cū tamen p̄uideret eos ingratos futuros· Sed

et pu̇ersitatē hominū ipoꝝ mirare qui largitorem omniū bonoꝝ donis
suis impugnāt. Sicqꝫ dei misericordiā cogita. vt et iusticie eius memi
neris. que illos quos misericordia creat pascit. regit et cōseruat. ingra-
tos de acceptis beneficijs merito damnat. Et quid mirū si iusticia pec-
catoribus reddit qđ meruerūt. Nō miraris ꝙ sol calefacit et ignis illu
minat et misericordia dei homini beneficia multa tribuit. ergo nec mi-
reris si iusticia ei⁹ punit eos qui sibi sunt rebelles. Nō miraris si qđ q̄s
seminauerit hoc et metet. ergo nec mirū si peccator metet quod semina-
uit. Vnde Ecclesiastici. vij. legitur. Noli facere mala et nō te apprehen
dēt. Et iterū. Non semines mala in sulcis iniustitie et non metes ea in
septuplum. Et apostolus. gala. vi. Que seminauerit homo hec et metet
Si boni sumus nō infructuose. si mali. non inpune. Ecclesi. xv. Deus
ab initio cōstituit hominē rectū et reliquit eū in manu cōsilij sui. Appo-
suit ei aquā et ignē vt ad qđ vellet porrigeret manū. Ante hominē vita
et mors bonū et malum. quod placuerit dabitur illi. Vt quid inquiūt
sustinet diuina bonitas tantā stragē hominū quos creauit. An delectat
cū carnificia tormētorū infernaliū ꝛc̄. Respondemus ꝙ proprie nichil
extra ipm eū delectat. et ꝙ placēt ei tormēta maloꝝ tum qꝛ bona sunt.
vtpote eius creature. tum propter pulcritudinē iusticie que in eis inesti
mabiliter et mirāda est et laudāda. q̄ꝫ tanto delectabilius intuebūtur
sancti in patria q̄ꝫ hic. quāto maior erit eis ibi amor iusticie atꝫ cogni-
tio q̄ꝫ hic. similiter et quāto magis ibi maiorqꝫ videbitur ipa diuine iu-
sticie magnitudo q̄ꝫ in p̄senti. Vnde scriptum est in psalmo. Letabitur
iustus cū viderit vindictā manus suas lauabit in sanguine peccatoris
Mirare ergo sapientiā dei et bonitatē immēsam. qui penis maloꝝ vtit̄
ad bonū electoꝝ suoꝝ. Inestimabile enim gaudiū erit electis in futu-
ro. dū quisqꝫ letabūdus exultabit dicēs. Misericordiā et iudiciū canta
bo tibi dn̄e. Vbi duplex erit materia cantus illius iocūdissimi videlicet
et misericordia in ipos electos. et iudiciū in reprobos. Ops siquidē deus
qꝛ pius est miseroꝝ cruciatu nō pascitur. qꝛ autē iustus. ab iniquoꝝ vl-
tione impetuū nō sedat̄. ꝟ ipi iniqui oēs eterno deputati supplicio sua
quidē iniquitate puniūtur et tamē ad aliq̄d ardebūt vt scꝫ iusti oēs. in
deo videāt gaudia que ꝑcipiāt et in illis respiciāt supplicia q̄ euaserūt.
quaten⁹ tāto magis ineternū diuine se gratie debitores esse cognoscāt.
quāto ineternū mala puniri cōspiciūt. q̄ eius adiutorio vicerūt vitare-
rūtqꝫ. Ex hijs ergo que diximus manifestum tibi debet esse o homo. qꝛ
laudāda est diuina bonitas in hoc ꝙ malis et reprobis p̄ter esse. vitā et
naturalia alia. bona etiā gratuita et tp̄alia largitur. Qꝫ autē amplio
ra eis nō dat nō ideo hoc est. qꝛ ipe manū retrahat sue largitatis. ꝟ qꝛ ipi
manus suas alijs occupāt. vnde iustū ē vt eo min⁹ recipiāt quo se auer
tūt. Sicut ꝙ lumen solis sup multos nō cadit et eos nō illuminat. nō
ex eo est ꝙ sol radios suos retrahat. ꝟ quia ipi a lumine eius se auertūt.
Et tantū de isto.

De causis varietatis erroꝝ et sectarū multiplicium.

Quod si quispiam fortassis querat inter legendū istā secta-
rū varietatē quīnā cause sit tante varietatis huiusmo-
di errorum in mundo. Etsi ex iam dictis eius rei ratio ali-
qualiter colligi possit. tamē vt id euidentius pateat anim
aduertendū φ prima et pcipua errādi causa hec esse videt' scʒ peccatū ne-
gligētie qua diuinū auxilium ab hominibus nō queritur. seu quodcūq
aliud peccatū qđ diuine gratie viā pcludit. Merito enim iustoqʒ dei iu-
dicio adiutoriū dei non obtinet q̄ illud obtinere non curat. et recte diui
ne lumen gratie cor illius illustrat minime qui illi p peccatū obicē po-
nit. Merito domū illius eterne solis radius nō illuminat. qui fenestras
et ostia omnesqʒ introitus splendoribus eius claudit. Fides siquidē nō
est naturalis ymo ē ex electione diuine bonitatis et donū gratuitū. Si
ēm esset naturalis. eadē esset apud omnes. nec esset tanta dissensio quā-
ta est in mūdo. idcirco a deo petenda est. Unde et quidam ad cristū dice
bat vt habetur Mathei. ix. Credo dn̄e adiuua incredulitatē meam. Et
Apostolus ephe. secundo. aiebat. Gratia saluati estis per fidem et hoc nō
ex vobis. dei enim donum est. Sicut ergo sol non videtur nisi lumine
suo sic sol intelligentie non videtur nisi luce gratie eius. Sed qꝛ multi
sunt rebelles huic lumini. ideo etiā ceci. Alia causa est auersio intellect⁹
a credendis et ab hijs que possent inducere ad credēda et cōuersio ad erro
res. Quēadmodū q̄ auersos habet oculos ab hijs que vidēda sunt et ad
alia cōuersos videre nō p̄t in illa auersione. Hij sūt qui tāto amore su-
as amplectūtur opiniones et sectas vt de cōtrarijs nec cogitare velint
nec audire. tātoqʒ odio auersi sunt et cōtrarij suorum errorū contrarijs
vt ea nec respicere vllaten⁹ dignent' ptinaces ꝓrsus in suo sensu et du-
ra ceruice q̄ nō modo hominibus melius sentiētibus et recte credētibus
sed et spiritui sancto qui p eos loquitur resistere audeant. Proinde recte
dicitur ꝓuerbioꝝ. xviij. Nō recipit stultus verba prudētie nisi ea dixe
ris que versantur in corde suo. Nō est datū homini videre post tergum
suū. nec videre sine intuitu. sic nec intelligere ea a quibus intellectus se
auertit. Nolunt tales audire aliquid de miraculis ꝫ neqʒ sacra eloquia
nec rationes doctoꝝ quibus possent ad verā fidem induci. ideo nō mi-
rum si remanēt in erroribus suis. Tales sunt omnes sarraceni et dicta-
rum nationū homines. qui nimis obstinate suis inherent cōceptibus et
heresibus. dū sanam doctrinā nō sustinētes ad sua desideria coaceruant
sibi magistros prurientes auribus. et a veritate quidē auditū auertunt.
ad fabulas autē cōuertūtur vt longe apostolus p̄dixit. Alia nichilomi
nus causa est rerū credendarū subtilitas et intellectus humani grossi-
cies et turbiditas. Nimirū que sub fide recta cadūt tam grosso et turbi-
do intellectu videri nō possunt. Quemadmodū ergo homines grossi ac
turbidi visus pilum subtilem nō videntes vbi est. cōtendūt monstrare

Ipsum ibi nō esse· propter eius subtilitatem vel gracilitatem ipm non
videntes· neq ipm videntibus credere volentes· Ita pariformiter q̄ ex
fide vera·credenda sunt grossicies intellectus vulgariū et indoctoꝝ ho
minū propter credendoꝝ subtilitatē nō capiens·ea nō esse et credit et cō
tendit·Alia ꝑterea causa est remotio siue distantia hominū a rebus cre
dendis·et hec longinquitas est impericia siue inexercitatio in illis· quē
admodū dicit Arestotiles ꝙ imperiti veluti longe distantes speculan⸗
tur·Qui enim in sensibilibus versantur et cōmorātur assidue que lon⸗
ge sunt a credendis que inuisibilia sunt·ꝑfecto longe sunt indubitāter
ab eisdem·et propter hoc illa videre nō possunt· q2 nec studio nec exerci
tatione ad illa appropinquāt·ideo nō mirū si ea nō vidēt· Ipi sensum
volunt habere ducē ad credenda·qui cecus est quantū ad ea·ideo nō mi
rum si in ꝑcipicia et profunda corruāt errorū· vnde et ꝑniciose errāt· et
nequaq̄ damna effugiūt salutis· Alia demū causa est stulticia multo
rum qui intelligere volunt intellectu naturali ꝑ se·qd eo ꝑ se capi non
potest·quēadmodū si q̄s visu humano vellet videre qd visu aquilino
vix videri potest·sic intellectus naturalis ad ea que fidei sunt ꝑ se nul
latenus se extendit nisi altiori lumine ꝑfundatur·Hij sunt qui huma
ni capacitatē et mensurā ingenij ignorāt· qui intellectū suū omnia ca⸗
pere existimāt·et qd illo nō apphendūt· in natura nō esse arbitrantur·
nescientes vel nō aduertentes humanū intellectū fore mensuratū et li⸗
mitatū in sua capacitate naturali ab ipso summo creatore deo qui ter⸗
minos ei posuit·que quot et quāta sua naturali apphendat capacitate·
multa apud se reseruans secreta reuelanda cū voluerit et cui voluerit·

¶ Ceterum ꝑter has iam assignatas rationes et causas errorū·tradunt
doctores et istas·dicentes ꝙ omnes false supstitiones et adinuentiones
errorū vt in sūma dicatur aut ex improbe phisice inuestigationis ausu
procedūt·sicut errores philosophoꝝ· vt ponere mundū eternū et multa
alia similia·qd est totā ꝑuertere sacrā scripturā·aut ꝓcedunt ex ꝑuerso
intellectu sacre scripture sicut infinite reperiūtur hereses·aut etiā proce
dunt ex inordinato affectu carnalitatis·vt errores epicuroꝝ·qui dicūt
nullam aliā esse vitā q̄ istā ꝛc̄· Et quidē de primis puta philosophis
qui se scientes esse iactabāt certū habetur·quoniā ab infidelitatis pecca
to nequaq̄ possunt excusari·cuiꝰ rationē adducit apostolus ad roma·
primo dicēs· Reuelatur ira dei id est vindicta peccati de celo sup omnē
impietatē id est peccatū cōtra fidē· et iniusticiā id est peccatū cōtra mo⸗
res·hominū horū qui veritatē dei in iniusticia detinēt· id est verā de deo
cognitionē detinent·nō sibi·sed impediūt ne fluat in alios·q2 quod no⸗
tum est dei manifestum est illis·deus enim illis reuelauit· Inuisibilia
enim dei ꝑ ea que facta sunt intellecta cōspiciūtur a creatura mundi·id
est ab homine·sempiterna quoq virtus eius et diuinitas·ita vt sint in⸗
excusabiles·quia cū cognouissent deū nō sicut deū glorificauerunt aut
gratias egerūt·sed euanuerunt in cogitationibus suis· et obscuratū est

insipiens cor eorū· dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt· et mu
tauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corrupti-
bilis hominis volucrū quadrupedū et serpentum· propter qđ tradidit
illos deus in desideria cordis sui et in reprobū sensum ꝛc̄·
¶ Porro de secūdis id est hereticis ita tradunt sacri canones ꝙ quicūqȝ
scripturā aliter intelligit q̄ȝ sensus sancti spūs efflagitat licet ab eccle-
sia nō recesserit tamen hereticus appellari potest· Ille vero dicitur ali-
ter exponere sacrā scripturā q̄ȝ spūs sanctus efflagitat qui ad hoc expo
sitionē sacre scripture retorquet qđ cōtrariatur ei ꝙ est ꝑ spiritū sanctū
reuelatū· Unde qui in ecclesia xp̄i morbidū aliquid aut prauū sapiūt·
si correcti vt sanū rectūqȝ sapiāt resistūt ꝑtinaciter· suaqȝ pestifera dog-
mata emendare nolunt· sed defendere persistūt heretici sunt· At vero
tercij videlicet epicuri et eis similes quorū errores ex inordinato car-
nali affectu procedūt ex improba voluntate et electione liberiarbitrij
peccant malicie adherentes et ita ex certa malicia· Qđ quidē ex duob⁹
cōtingit· Primo ex inclinatione habitus viciosi q̄ malicia dr̄· et venit
ex praua cōsuetudine peccādi qua q̄s inuiscatus desperat de resipiscen-
tia et sic irrefrenate labit᷑ in vicia· iuxta illud Jeremie· xviij· despera-
uimūs post cogitationes nostras ibimus et vnusquisqȝ post prauitatē
cordis sui mali faciem⁹· Secūdo vero cōtingit ex eo ꝙ hō ꝑ cōtemptū
abicit et remouet illud qđ electionē peccati poterat impedire sicut spem
ꝑ desperationē timorē ꝑ p̄sumptionē et sic de alijs· et hoc vt liberius pec
cet· Nimirū sapiens habet in ꝓuerbijs Impius cū in ꝓfundū malorū
venerit cōtemnit· et ꝑ cōseques intellectus auertitur a recta cōsideratio
ne et ponderatione viciorū· Et ex hoc etiā disseminate sunt diuerse here-
ses q̄ tangūtur inter alias in decreto· xxiiij· q· iij· cap· quidā· Et hij oēs
licet nō eque· iudicātur infideles eterne obnoxij dānationi· Ubi tamē
notatu dignum videtur ꝙ infidelitas dupliciter potest intelligi· Uno
quidē modo scđm purā negationē· vt ex hoc solo q̄s dicatur infidelis eo
ꝙ nō habet fidē vt in illis q̄ nichil audierunt de fide· et vt sic infidelitas
nō habet rationē peccati ſȝ magis pene· qꝛ talis ignorantia diuinorū ex
peccato primi parentis est secuta· Qui ergo sic sūt infideles dānantur
quidē pena sensus propter alia peccata si que fecerūt· q̄ sine fide remitti
nō possunt· nō autē damnātur propter infidelitatis peccatū nisi pena
damni tantum· Hinc dn̄s dicit Jo· xvij· Si nō venissem et locutus eis
fuissem peccatū nō haberēt ꝛc̄· Alio mō pt̄ intelligi infidelitas scđm cō
trarietatē fidei qꝛ scȝ aliq̄s repugnat auditui fidei vel etiā ipaȝ cōtem-
nit· scđm illud ysaie· l· quis credidit auditui nostro· et in hoc proprie ꝑfi
citur ratio infidelitatis· et scđm hoc infidelitas nō mō est peccatū ſȝ gra
uissimū peccatū· et oritur ex supbia ex q̄ cōtingit ꝙ aliq̄s intellectū suū
nō vult subicere regulis fidei et sano intellectui patrū· rebellis et inobe-
diens effectus ecclesie sancte romane et eius capiti summo antistiti· cui
ꝑfidie et vicio oēs subiacent nationes supra memorate·

De Latinis qui sunt in Jerusalem.

Post interiectam haud inutilem spero digressionē inter cete-
ras nationes supra designatas. et hanc de q̄ua nūc dicemus
latinorum et catholicoꝝ qui etiā Jerosolimis sunt (et si ꝑ-
pauci) superest ea absoluta parti huic imponere finē. Siqui-
dem narrauimus in prioribus et pura atq̄ simplici veritate explicui-
mus sectarū illarū siue nationū varietates. atq̄ cōgregationū sathane
differentias multimodas paucis absoluimꝰ. prout exacta indagine in
locis illis ꝑscrutantes singula comperimus. sed p̄ter eas. sunt etiā po-
stremo hac nostra etate et ab aliquot annis superioribus in Jerosoli-
mis quidā orthodoxe fidei deuoti ꝓfessores. viri religiosi. q̄ui a ceteris
nationibus ibidem (vt sunt) latini. a sarracenis vero frantzchi (Sūt
equidē filij et fratres sancti francisci) a nobis autē fratres minores. vsi
tato vocabulo appellantur. q̄ui illo a suis mittūtur supiorib9. et amo-
tis vel mortuis quibusdam. alij in locū eorū subrogātur. viuūtq̄ sub
regulari sui ordinis institutione. de elemosinis deuotoꝝ peregrinorum
illuc ex terris xp̄ianoꝝ venientiū. et alioꝝ quorūdam fideliū principū
qui sacrorum locoꝝ deuotione et pietate xp̄iana moti. annuas suas eis
trāsmittere elemosinas nō negligūt. Ipsiq̄ fratres ꝑegrinos eo pro tp̄e
aduentātes. benigne suscipiūt. pro facultatibus caritatiue ptractāt. lo-
ca sancta ostendūt. infirmos refouēt. ac varijs eis officijs pro posse sub
seruiūt. Ipsi fratres monasteriū ibi habent in monte syon. et vt cōmu-
niter viginti q̄tuor fratres. in eodem loco vtiq̄ sanctissimo dn̄o famu-
lantes. Inde nō longe habent sua sub cura et prouisione. cōuentū pau-
perū dn̄arū sancte Clare et adminus sex ibidem sorores. Sed et templū
gloriose virginis marie in Bethleem in cura sua habent. et cōuentū ibi-
dem cū sex fratribus sui ordinis. qui sacratissimū ꝑsepe dn̄i et custodiūt
et colunt deuote. atq̄ etiā in templo dn̄ici sepulcri gloriosi. duos semꝑ
habent fratres inclusos quos crebro mutāt. et alios atq̄ alios subordi-
nant successiue. Omnibus hijs locis et ꝑsonis. fratres ipsi de necessarijs
habent prouidere. Et nichilominꝰ maximas et pene cōtinuas ꝑpetiūt
calamitates et molestias (vt facile est creditu) tum ab infidelibus. tū
ab hereticis supra memoratis qui eis insultāt et illudūt. affligentes eos
grauiter. et ad amaritudinē vitā eoꝝ ꝑducentes. Et tamen ꝓcerto ex-
istimo q̄ nisi ipsi ibi manerent. vix nobis latinis illo pro tp̄e proficiscē-
tibus. tutus ad loca sancta pateret accessus. adeo ꝑfidi illi et maxime
apostate xp̄iani. odio nos habent et abhominationi.

Sequitur luctuosa oratio sup̄ desolatione terre sancte·

Ceterū dū hec reputātur agitur qꝫ· quis xp̄i fidelis amator ⁊
feruidus zelator fidei lacrimas cōtineat· immo q̄s nō cū Je
remia petat dari capiti suo aquā· et oculis suis fontem lacri
marū vt ploret die et nocte tantā desolationē et fedationē ci
uitatis sancte· regis magni ac dn̄i virtutū· quādo proch dolor nō modo
ciuitas illa sancta ſ et terra omnis ipa venerāda sic extra ditionē ve-
nit xp̄ianoꝝ· In qua et fidei et salutis nostre cepit origo· opusqꝫ redēp
tionis est cōsūmatū· atqꝫ q̄d dictu audituqꝫ lamentabile est· vix ibi· xl·
veri reperiūtur katholici· sancte romane ecclesie obediētes· ac pfidoꝝ tū
sarracenoꝝ tū apostatarū a fide et obediētia sancte matris ecclesie· pluri-
rima illic habitat multitudo vti superius est ostensū· Dolendū ꝓinde
haud ab re maiorē in modū grauiterqꝫ ingemiscendū nobis sup̄ cūctis
abhominationib⁹· q̄ nobis dudū pro nostris demeritis pulsis· ibidē fiūt
in medio jerusalem· et in circuitu eius· Trahenda profecto· imo pectore
profunda suspiria· qꝫ gloriosa illa illa terra et patria dn̄i nostri ihesu re
demptoris atqꝫ saluatoris· natiuitate· cōuersatione· p̄dicatione· signis ⁊
prodigijs mirifice illustrata· passione et morte· ac sanguine suo p̄cioso
rubricata· atqꝫ nobilitata resurrectione et ascensione· p̄ tot annoꝝ curri
cula· puta p̄ ducentos· lxxxv· annos· ab eo tp̄e scꝫ quo vltimo· xp̄iane
religionis cultoribus et incolis adēpta est vsqꝫ ad annū incarnati ver
bi nūc currentē videlicet· M·cccc·lxxxv· in xp̄iani nominis dedecus ⁊
opprobriū· maledictis illis sarracenis et blasphemis manet subiecta·
neglecta adeo a nostris et inculta· tātisqꝫ repleta heresibus et malis· no
stroꝝ haud dubiū culpis· et negligētijs· Nec mō lugendū deuoto cuiqꝫ
xp̄iano· hisce pensatis erūnis· ſ et recurrendū assiduis ad deū p̄cib⁹ pa-
trē videlicet misericordiarū et deū totius cōsolationis· clamandūqꝫ ad
deū in fortitudine· incessanterqꝫ orandū· q̄ten⁹ vel reliquie pti sortis sue
misereatur· illuminet vultū suū sup̄ nos ⁊ misereatᷣ nostri· gentesqꝫ aufe
rat pfidā credentiū de finib⁹ vt sibi laudes debitas psoluam⁹ alacriter
Olim sanctus propheta daniel in captiuitate cōstitut⁹· sup̄ flumina ba
bilonis illic sedēs et flens· simili pene ex causa pro loco isto p̄cabatur·
quē imitemur dicētes· Peccauim⁹ o dn̄e· iniuste egimus· iniquitatē feci
mus in omnē iusticiā tuā· ſ auertatur quesum⁹ ira tua et furor tuus a
ciuitate tua jerusalē· et a monte sancto tuo· Propter peccata em̄ nostra
et iniq̄tates patrū nostroꝝ· jerusalē et terra illa· sanctaqꝫ loca· in oppro
briū nostrū subiecta gētibus dehonestātur· et cōculcātur a canibus· atqꝫ
a pfidis iā dudū prophanātur· Nūc ergo exaudi deus noster orationē
nostrā et ostēde faciē tuā sup̄ sanctuariū tuū q̄d sic desertum est· Aspice
dn̄e de sede sancta tua et cogita de nobis· Inclina propter temetipsum
deus noster aurē tuā et audi· aperi oculos tuos et vide tribulationē no
stram et ciuitatē sanctā sup̄ quā abolim inuocatū est nomē tuū· Tu es
enim dn̄s omnium et nō est qui resistat maiestati tue· q̄r in ditione tua

cuncta sunt posita· atq in manu tua omnes fines terre· et omniū iura
regnorū· Ergo nūc dn̄e rex regū miserere populo tuo· qr querūt nos ini
mici nostri pdere· et hereditatē tuā etiā reliquā delere· Ne despicias dn̄e
partē tuā quā redemisti tibi· ß propicius esto sorti et funiculo heredita
tis tue residue· nequādo dicāt gentes· vbi est deus eorꝝ· Innotescat que
sumus in nationibꝰ corā oculis nostris· vltio sanguinis seruorꝝ tuorꝝ
qui effusus est· Introeat in cōspectu tuo gemitus cōpeditorum· Scdm
magnitudinē brachij tui posside filios mortificatorū· Et redde vicinis
nostris septuplū in sinu eorꝝ· improperiū ipsorꝝ qd exprobrauerūt tibi
dn̄e· Nos autē populus tuus et oues pascue tue cōfitebimur tibi in se=
culum· In generationē et generationē ānūciabimus laudē tuā·

Sequitur cōpendiosa ecclesie et terre orientalis deploratio.

Ec quoq inter memorandū interq legendū· dolendū vehe=
menter cuiq pio lectori existimo· ac maiorē in modū ingemi
scendū· quādo talibus et tātis heresibus et erroribus· nō mo=
do Jerosolima· ciuitas vtiq sancta· ciuitas regis magni cū
tota adiacente puincia· que olim terra promissionis appellabatur· sed
et oriens omnis· latissimis diffusa terminis et pclarissimis quondā re=
gionibus regnisq dilatata· turpissime fedatur· cōtaminatur· cōculcatur·
adeo vt (qd profecto dictu audituq est lamentabile) inter lacus cōtri
tos qui aquā non habent· difficile vbi fons quondā signatus· et ortus
ille cōclusus fuerit possit intelligi· O rem lectu pdignā· vineam illam
dn̄i sabaoth quondā electā et spaciosam· speciosamq valde· heu q̄ ma=
le exterminauerūt· q̄ deuastauerūt misere· q̄ radicitus eiusdem dissipa
uere· pessime ille vulpecule Arrius scz Apollinaris Eutices Nestorius
Sabellius Pelagius· et ceteri quiq heresiarche· q̄ illam solotenꝰ· rupta
maceria· destruxerūt· At aper ille de silua et singularis ferus Macho=
met videlicet maledictus et pseudo propheta· q̄ hodie vsq· vsq ad inter
netionē depascitur· Quis siccis ptranseat oculis· aut lacrimas q̄s pote
rit cōtinere· dū sic perisse a fide deuias videt terras illas eximias· apo=
stolica elaboratas pdicatione· excultas studio multo· longo partas su
dore· Asiam videlicet omnē latissimā· septē kathedralibus ecclesijs· per
beatissimū euāgelistā Johannē fundatis insignem· nobilissimam item
Affricā· opulentissimā Indiā· pstantissimā quondā Greciā et reliquā
totā orientalem ecclesiā olim tam celebrem tā gloriosam tam clarissi=
mis tamq sanctissimis viris exornatā· tā eruditissimis patribus et ec=
clesie luminaribus· tum illustrem tum refertā· puta vt vel paucos cō=
memorem Augustino yponēsi epo diuine sapientie speciali organo qui
gēma doctorꝝ· pater theologorꝝ· malleus validissimꝰ hereticorꝝ iure me
ritoq cognominatur· Johanne Crisostomo epo Constantinopolita=
no qui et os aureum pro doctrine prerogatiua recte appellatur Inclito
martire et eleganti oratore Cypriano carthaginen̄· epo· Athanasio gra
uissimo Allexandrino epo· Johanne damasceno· Gregorio nisseno·

Gregorio nazanzeno· Hylario pictauensi· magno Basilio cesariensi· et reliquis plurimis doctissimis viris· quorum omnium si vel nomina recenseri deberent taceo merita et dies deficeret et carta· Sed heu quam interea repleuerunt hasce terras vrtice· quam operuerunt superficiem earum vepres et spine· Heu quam incensa igni omnia et suffossa· verendum ne ab increpatione vultus dei penitus perierint· Heu quam obscuratum est aurum mutatus est color optimus· dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum· Vbi nunc sunt incline et egregie ille quondam patriarchales sedes et ecclesie· Allexandrina· Anthiochena· constantinopolitana· Jerosolimitanaque quarum pro dignitate laudes nemo vel eximius orator posset decantare· aut preconia depromere· Hee o mundi domina roma sancta tunc quondam erant sorores· tibi deuote· tibi obedientes· tibi ex latere coherentes· Et quamquam tu primam arcem et summum tenes fastigium· eo quod beatissimi Petrus et paulus suo martirio· tuam consecrarint sedem· tamen Allexandrina post te secundum quondam habuit locum· vtpote beati Petri nomine a sancto Marco eius discipulo et euangelista consecrata· Dehinc vero anthiocena eiusdem beati petri apostoli sede venerabilis· quam septennio rexit· cui post se sanctum perfecit Ignacium episcopum· vbi et xpianorum primum nomen exortum est Postea autem constantinopolitana· que et noua quondam roma appellata· a xpianissimo Constantino magno qui cum multis illuc romanis prexerat insigniter est constructa· Tandem jerosolimitana· quam dominus ipse noster suo proprio et preciose sanguine consecrauit· Hee inquam omnes post te o roma· proxime tibi virgines· regi xpo quondam adducebantur· Sed heu heu hodie procul sunt nimis· aliene a te effecte· infecte heresibus· excise a simplicitate vere fidei· atque adulterantes a sponso xpo· cum sathana fornicantur Sic sic (laus deo) In occidente oritur sol iusticie· rutilatque preclare· At heu in oriente lucifer ille qui ceciderat· super sydera posuit thronum suum hic lux mundi· hic sal terre· hic vasa aurea et argentea· Illic vero caligo inoliens et tenebre densissime· atque plurima mortis imago· Illic sal infatuatum quod domini sententia ad nichilum valet vltra nisi vt mittatur foras et conculcetur ab hominibus· Illic vasa vix lignea vel testea que virgam ferream et eternum operiuntur incendium· Sic heu periit sic ruit oriens omnis solo collapsus· ac vetusto inter se populorum furore collisus· indiscissam domini tunicam et desuper contextam· minutatim in frusta decerpit· rebellis totus effectus· Nec vult intelligere quod sancta romana et apostolica ecclesia· non ab apostolis sed ab ipso domino et saluatore nostro primatum obtinuit· qui beato Petro dixit Tu es petrus· et super hanc petram edificabo ecclesiam meam· Et porte inferi non preualebunt aduersus eam· Et quodcumque solueris super terram· erit solutum et in celis· sic et ligatum quod ipse ligaueris etc. Ipsam ergo solus ille fundauit et supra petram fidei mox nascentis erexit qui eterne vite clauigero· terreni simul et celestis imperij iura commisit· Illam caput constituit et cardinem vt sicut cardine ostium regitur sic huius sancte sedis apostolice auctoritate· omnes ecclesie domino disponente regantur·

Illius ergo fungitur priuilegio cuius auctoritate fulcitur. Unde dū=
biū nō est q̄ illi inobediens in heresim labitur. fideq̄ violat qui aduer=
sus illam agit que est mater fidei et magistra. atq̄ illi inuenitur cōtu=
meliosus q̄ eam cūctis ecclesijs noscitur p̄tulisse. Unde et ip̄e beatissim⁹ Am
brosius sese in omnibus sequi magistrā suā romanā ꝓfitetur ecclesiā.
accurata admodū et catholica protestatione. Ita et doctissim⁹ Jero=
nimus. arriana pullulante heresi suis t̄pibus Petri cathedrā et fidē. do
minico ore laudatā. sibi censuit consulendā. imitandāq̄. Ita et fideles
omnes debent facere. vniuersi id exemplum sequi. Ubicūq̄ enim fuerit
corpus illuc cōgregabuntur et aquile caputq̄. mēbra (vt par ratio est)
sequūtur. Sed excecata orientalis ecclesia. heu ista nō capit. acquiescit
minime. Et q̄m extra archā noe facta est. pereat oportet. Nec enim ex=
tra illam salus cuiq̄ esse potest. attestātibus scripturis omnib⁹ et san=
ctorū patrū canonibus. quoniā vna est sancta et immaculata mater ec=
clesia. vnū habens caput. vno spiritu viuificata. vna fide fundata. Qui
cūq̄ ergo ab illius fidei vnitate vel societate Petri. semetipos quomo=
dolibet segregāt. tales nec a vinculis peccatoꝝ absolui. nec ianuā regni
celestis ingredi possunt. Quicūq̄ extra domū hanc agnum comederit.
prophanus sit necesse est.

¶ Sequitur planctus lamentabilis sup misero statu qui in p̄sentiam
cernitur in ecclesia occidentali cum matura exhortatione ad principes
imperij vt quo ad ipoꝝ interest fideliorē nauēt operā ꝓ ei⁹ defensione

Sed cur superuacanee inaniter et frustra prorsus dū hec recolo
et mecū ip̄e ptracto stulto labore memetip̄m afficio. vt q̄d in=
uanū vetera hec et iam dudū obliuioni pene tradita longeq̄
posita mala deplango. quādoquidē vt omnib⁹ liquet. recen=
tia. p̄sentia noua. et proxima ecclesie damna et exterminia. curātur mi
nime. hac p̄sertim miserabili tempestate. quia oēs que sua sunt querunt
nō q̄ ihesu xp̄i. nō q̄ ecclesie sponse sue. nō que suoꝝ subditorū. Quo fit
vt cū communi omniū periculo ꝛ toti⁹ reipublice xp̄iane clade damnoq̄
dietim mala ingrauescāt. et tū ip̄is laribus tum lateribus nostris incū
bant. immineāt comin⁹. astentq̄ p̄ foribus ita vt pcelerem ad interiora
nostra minentur ingressum. atq̄ interpatiendū hec. magistratus oēs ec=
clesie et vniuersi optimates dormiūt. graui litargia dep̄ssi. adeo q̄ que
sub oculis sepe cōspiciūt imo et sentiūt. modo ip̄i salui euadant. ceteris
pereūtibus. nichilipendūt ac floccifaciūt. nec est qui se ex aduerso murū
opponat pro dn̄o exercitiū aut pro domo ei⁹ que est ecclesia. Proinde
sedet in tristicia mater et dn̄a gentiū. nec est qui cōsoletur eā ex omnib⁹
caris eius. Quisnam xp̄ianoꝝ nō consideret quis nō maxime doleat.
vniuersam rēpublicā nostrā tā vehementer turbatā hodie ꝛ afflictā. imo
iam pene labefactari incipientē. deficientē miserabiliter. Cōpertū habet
omnes exploratūq̄ (nā plurimi id cū suo et communi ecclesie detrimento
pudore atq̄ rubore sensere) quemadmodū xp̄iani nominis et sanguinis

emuli· hostes fidei· inimici crucis xpi· ipsi videlicet Thurci pfidi· a pau
cis superioribus annis fortiores nobis effecti· seuiunt ceu rabidi canes
ante fores ecclesie quin irrūpere sepe moliūtur· vacillantibus nobis ac
deficientibus in dies magis magisq̄· Nec quēpiam fugere aut pterire
posse arbitror quomodo iam dudū in suam redegere ditionē imperia ꝛ
regna tum populosa tum opulenta· prouincias ppotentes· pclaras ci-
uitates et vrbes· insulas quoq̄ egregias et munitissimas· Cōstantino-
polim nāq̄ et· Trapezūtiū vrbes imperatorias· Traciā omnē· et Boe-
ciam· Atticam· Macedoniā· Thessaliam· Achaiam· Etholiam· vtrāq̄
Misiam· Tribalos· Scordiscos· Tauricos· Bastarnas· et cetera plu-
rima opida que breuitatis gratia haud enumero· occisis coꝝ jmperato
ribus· pulsis regibus· ceterisq̄ dn̄is· ferro atq̄ igni vastatis regionibꝰ·
cesis incolis· aut in captiuitatem abductis· olim bello truculentissimo
turcus occupat· Quot autē strages cladesq̄ ingesserit· Peleponesicis·
Dalmatis· Epirotis· jllirijs· Noricis· Pānonijs et germanis· ipi haud
dubiū frequenter audiuimus· ex quibus nō paucos nostris ex cōfratri
bus duxit triūphos. Libet hic pterire mare euxinum siue(vt aiūt)
mediterraneū(qd etiā vulgo mare-maius dicitur) qd expugnata ca-
pha· januensium colonia· libera classe Turcus nauigat· Transeo mi-
tilenem· ciclidas insulas· Calcidem euboie· siue Nigrūpontem· Cozorā
quā ytali Scūtarim vocant et reliqua xpianorum loca· que thurcus
tum dolo et fraude· tūm durissimo imperio regit· Non dicam asperri-
ma bella clarissimoꝝ venetorum cū thurco vltro citroq̄ fortiter gesta·
Silebo queq̄ mortalia flagella a thurco illata inuictissimo regi vn-
garie· nostris tēporibus· qui pro fide domini nostri ihesu xpi recte pa-
uor infidelium dici potest· Quo tandem esse animo debeamus· ipi pen-
semus· Quis Rodum pclaram ciuitatem et insulam vt cetera obmit-
tam anno superiori funditus delere anhelauit Thurcus· Quis paucis
euolutis annis ingenti xpianoꝝ strage et cede· ydruntum in ytalia vi
cepit Thurcus· Quis episcopatū Melfatēū· basilicasq̄ multas· ante
paucos emensos annos cōbussit ac solo equauit Thurcus· Quis oēm
Apulie maritimā oram· ferro igniq̄ vastauit Thurcus· Ad romanū
imperium frequēti animatus victoria· oculos suos sanguineos nemo
ambigat psepe flectit· mortē nobis minitās et vltimū exiciū· At in tan
to rerū omniū discrimine· hos inter turbines· in tantis terrarū depopu-
lationibus· vastationibus tantis monasterioꝝ et ecclesiarū· Innocen-
tium necibus et fratrū nostroꝝ crebris abductionibus· quid ex aduerso
ab hijs qui summa tenent gubernacula atq̄ supremo resident in fa-
stigio· summaq̄ in arce delitescūt· actum sit aut temptatū· quantū qua
literve repugnatū· qui nesciat ex omnibꝰ arbitror neminem· Adeo heu
dormiūt vniuersi ad quos negocium ptinet· ex quibꝰ velut patronis

tranquillam nauigationem· ex quibus ceu pastoribus salutem· si vigi-
larent et obseruarent vigilias tenebrose noctis sperare deberemus·
Sic ꝑfunctorie res agitur vt in malis nil supra· Sentimus ꝗꝫ explica
mus longe melius tam periculosam ꝑsidentiū inertiam· negligentiā
rectorum atqꝫ pastoꝝ· Namqꝫ licet deus ipse optimꝰ vineā suam (hāc
loquor ecclesiam) olim de egipto trāstulerit· eiecerit inimicas sibi gen
tes· duces dederit itineris successiue in conspectu eius qui plantarent·
qui rigarent· ita vt ipa pridem suorū vbertate palmitū mundū cinxe-
rit vniuersum· proch dolor tm̄ aper de silua nostris nostris cernentibus
rectoribus· crebro exterminat eam· singularis quoqꝫ ferus depascitūr
miserandū in modū· Vnde ex tam remisso eorum gubernaculo et regi-
mine desidioso· atqꝫ negligentissimo· omīs xp̄iane religionis ruina· de-
solatio· et dissipatio dinoscitur oriri· Porro cui monstro huiuscemodi
ꝑlati aut principes cōparandi sint· hinc aduerti potest· Nimirū qd̄ re-
ctor nauis in medio maris dormiens et quasi sopitus gubernator amis
so clauo inter tempestates· hoc talis in medio suorum· Quod preterea
custos ciuitatis carens gladio et prorsus inermis· hoc talis nullo pe-
nitus armatus bono zelo· Qd̄ denīqꝫ canis iuxta gregem non valens
latrare· aut speculator absqꝫ buccina· hoc pastor et ydolum quicūqꝫ per
functorie ex magnatibus agens· Hinc tuū tuorumqꝫ naufragiū· peri
culum· et ꝑditionem pensa· quicūqꝫ es rector aut ductor· tutorqꝫ gre-
gis dominici· Attende tibi ⁊ vniuerso gregi tuo· tu in primis pater bea
tissime· pontifex maxime· euigila animo vel ihesum cuius vicem geris
in terris· audi te adhortantem· teqꝫ excitantem Symon quid dormis·
Desidiam pelle· pelle torporem· feruorem assume· zelum domini indue·
quoniam illo aliud sacrificiū acceptius nullum· Hely memēto qui in
filios negligentius agens· grauem in se excepit vltionem· fractis ceru
cibus· peremptis liberis· archa ablata· Dauid recole· qui et ipe bonitatē
in filios· non disciplinā exercens· eorum iuuentutem experimento sibi
didicit perniciosam· quorum puericiam vaga licentia permisit esse vo-
luptuosam· Quot et quanta hec ꝑlatoꝝ negligentia mala pariat· quis
nesciat· quippe que mordacissimo vermi cōparatur· q̄ in intimo ligno
nascitur et eius rodit paulatim medullam· Constat vero qꝛ lignū ver
mibus exaratū ad nichilum valet vltra nisi ad ignis cōbustionē· Sꝫ et
ad hoc huius mali ꝗꝫ euidenter et proprie vim atqꝫ furorem spiritus ex
pressit diuinus· cū eam etiā tinee assimilat que vestimentū cōsumit· qd̄
vt notissimū est· esu tinearū attactu· nullius ꝑcii vel vsus cōmerciū po
test habere· Hoc malum ab inicio omnē destruxit xp̄ianā religionem·
Neqꝫ enim subitanea quadā ruina adeo defecimus· Sꝫ ꝑ incuriā ꝑsiden-
tiū et ꝑlatoꝝ· paulatim virtutibus et exerciciis primis decedentibus· et
per hoc sensim viciis crescentibus· tā miserabili cōcidimus casu· Anim-
aduerte ergo pater beatissime et quēadmodū tūc diligēs fiduſqꝫ nauta

maximo desudat ingenio et plurimū impendit laboris. cum ventorū turbines aduersosq; impetus patitur. cū procellarū moles sustinet immensos. cū in scilleam rabiem scopulosq; acutos et vastas sirtes vi agitur ventoꝝ. vnde insequitur clamorq; virū stridorq; rudentū. Ipse prim⁹ in opus ruit. crebro fatigat themonē. cūctos ad laborē hortatur. Remos laxari iubet vndis. effunduntq; vires viri. it magnus in ethera clamor. Similem in modū cū vrbs quelibet obsidione cingitur hostiū. et belli faces ardent. feruet ludus martis. vastantur leta sata. boumq; labores sternūtur agri. et neci dātur homines q; pecudesq;. Obsidēt ast alij telis angusta viarū. Oppositi stat ferri acies. mucrone corusco. Tūc prim⁹ princeps ipse si qua fide. si qua pietate in suos est. Rūpit moras. robur ciet exercitus. tubaq; clangēte ruūt in agmē vnū cūcti. arma capessūt. cōglomerantur duci. et omniū ardor vn⁹ est. aut viribus et robore. aut consilio et industria. reipublice cōsulere saluti. pellere hostes. Currunt hij in arcē summā. hij menia scandūt. viq; maxima tutātur. Hij quibus integer cui sanguis est. solideq; suo stant robore vires. Manus cōserere ardent. iuuat in hostes cōferre semetipsos. Dū tali capite. tali duce. et principe gubernātur gaudentq;. Quid hijs velim exemplis facile intelligis pater ipse beatissime. Sꝫ et vos cognoscite principes seculi. deo vos rationē reddituros esse propter ecclesiā. quā a xpo tuendā suscepistis. Idcirco enim vt sacri tradūt canones. adepte potestatis culmina tenetis. vt p eandē potestatē vestrā ecclesiasticā disciplinā muniatis. vt qȝ nō pualent sacerdotes efficere p doctrine sermonē. potestas hec vestra imperet p discipline terrorē. et quidē vestra semp est ad ecclesiarū tuitionem. pupilloꝝ ac viduarū protectionē. rapaciūq; refrenationē intendere. facere vnicuiq; iudiciū ⁊ iusticiā. liberare de manu calumniantiū vi oppressos. miseris pbere auxiliū. neq; pati vt a quoq; vestra cōuinctia cōtristentur. cohibere furta. punire adulteria. impios de terra pdere. homicidas. parricidas. et piuros nō sinere viuere. subiectos vobis nō permittere inique agere. Hec inquā et similia sp spectant ad vestras celsitudines et magnificentias principales. At vero nūc ea qua sumus miserabili tempestate quādo equore toto cōmoto nauicula petri adeo vehementer iactatur fluctibus. cōcutitur et pene pellitur in latus. Vos q̄ primi in acie cōfligere. pro gradu. pro q; officio habetis. q̄d deo et ecclesie sue eiusq; antistiti ac summo pōtifici debeatis. accuratius pensate. videte diligentius quid facto opus sit. Attendite quoq; sagacissime q̄d tandem vestra negligētia et dissimulatio (omniū pace et venia dixerim) hactenus visa et expta. sit paritura.

¶ Sane cur hijsce temporibus inuenerūt nos mala ista. si quis forte miretur in promptu causa est. sub aspectū patet. latet neminem qui vel paululum circūspiciens in gyrū fert intuitū. Mox enim orbē videbit vniuersū innumeris habūdare vicijs et criminib⁹. repletū omni ꝑsus

malicia· dolo·et fraude·quoniam nequicie in habitaculis hominum in medio eorum·tenet eos superbia· operti sunt iniquitate et impietate sua· prodit quasi ex adipe iniquitas eorum·transeunt in affectum cordis· Hinc videre est iniquitatem et contradictionem in ciuitate·die ac nocte circundat eam iniquitas·et labor in medio eius et iniusticia·nec deficit de plateis eius vsura et dolus· Atque vt primum de ecclesiasticis viris et clericis in commune tremula tamen manu et stilo reluctante qua decet reuerentia quippiam scribam·quis non videat quomodo obscuratum est aurum id est vita reproba ministrorum dei sordibus fuscata·quondam quidem virtutibus gloriosa·nunc vero per negocia seculi et vicia varia opido denigrata· Color optimus id est sanctitatis habitus in culpe multiplicis feditatem mutatus· Dispersi sunt lapides sanctuarij per omnia pene genera viciorum· in capite omnium platearum·suis prauis exemplis plebeis scandalum graue inferentes· adeo vt recte dominus ipse de eis illud Ezechielis conqueratur et dicat· versa est michi domus israhel in scoriam· Omnes isti es et stannum et ferrum et plumbum in medio fornacis· Cecidit siquidem babilon magna a sanctitate et virtutibus que fuerunt in primitiua ecclesia·et facta est habitatio demoniorum et custodia omnis spiritus immundi et omnis volucris immunde dum et carnalia et spiritualia in eis vicia regnant· O quot ex eis cum illa fornicantur muliere hodie·que inaurata est auro·et habet poculum aureum plenum abhominatione in manibus suis·Que quidem mulier ambitionem et cupiditatem designat in clero quibus peccatis hoc maxime tempore plurimum fedatur Omnes enim diligunt munera·sequuntur retributiones· cum symone gradiuntur·auaricie student a propheta vsque ad sacerdotem· nec aduertunt quod alijs sepe predicant·quoniam iuxta apostolum· Radix omnium malorum est cupiditas·quam quidem appetentes errauerunt a fide·et immiscuerunt se doloribus· Tu autem o homo dei clerice quicunque hec fuge· sectare vero iusticiam·pietatem·fidem·caritatem·patientiam·mansuetudinem· Certa bonum certamen fidei·apprehende vitam eternam in quam vocatus es·et confessus es bonam confessionem coram multis·id quidem ad thymotheum episcopum paulus scripsit sed ad omnem clerum speciali potest ratione dici· Nam quod ad ambitionem attinet pene omnes vel per se vel per amicos honores querunt et dignitates·precio et precibus·encenijs et muneribus· Ambulare volunt in magnis et mirabilibus super se· Adeo inualuit hoc malum in clero·vt omnes supergrediantur seculares in eo Testatur canon immo detestatur· quorundam etiam religiosorum oculos adeo ambitionis et superbie vicio excecatos·quod quasi sue professionis immemores quia contemptis honoribus·abiectis diuicijs·seculique delicijs spretis·proprium arbitrium alterius subiugarunt ditioni· Hec omnia prorsus ambitiose requirunt·nec vllo contentantur gradu·finem nesciunt ascensionum Atque (quod pudori est maximo) in litigiorum amfractus precipitanter ruunt causarum se ingerunt strepitibus· amplissima aspirant culmina·atque fastigia grandia conscendunt qui etiam titubant in plano· Nimirum vt vetusta habet sententia· mens dignitatis auida nec abstinere nouit a vetitis·

nec gaudere cõcessis· nec ulli pietati adhibere consensũ· Porro nullũ est
aliud viciũ q̃d ita omnes exhaurit virtutes· cũ ctiaq; homine sanctitatẽ
spoliat et denudat· uti superbia et ambicio· que velut generalis quedam
pestis· non vnũ solum mẽbrũ debilitat· sed solidũ corpus· letali corrũ-
pit exicio· atq; in virtutũ etiã arce collocatos· grauissima deicit ruina·
Angelum illum attendamus (ut cetera transeam) qui pre nimietate
splendoris sui atq; decoris lucifer appellatus est· cũ nullo alio q̃ hoc vi-
cio ex illa beata et sublimi angelorum statione in baratrũ deiectũ scimus·
Hinc tyrãnidẽ mali huius cognoscamus· Ambiciosus chore et cõplices
eius· igne diuino succensi sunt· q2 sacerdotiũ rapere voluerũt· dathan et
abyron· qũia moysi de ducatu inuiderũt· terra absorbuit· descenderũtq;
in infernũ viuentes· Ozias quoq; rex lepra recte percussus est· q2 sacerdo-
tiũ sibi voluit vsurpare· Ambiebat jason frater onie sũmũ sacerdotiũ·
adito rege· promittẽs argenti talenta trecenta octoginta (Nam omis
ambiciosus in symoniã vt cõmuniter labitur) Is ipe jason quã sentẽ-
tiam exceperit· quẽ vite habuerit terminũ exitũve· machabeorum liber do-
cet· Fuit hoc viciũ primũ luciferi vt dictũ est· qui equalem deo appetijt
sedem· O quanti hodie feda insequũtur vestigia eius· imo q̃ pauci eua-
dũt· quibus dñandi libido nõ dũctur· sed quẽ sequimini miseri· Nonne
iste est mons in quẽ ascendit angelus et factus est dyabolus· O ambi-
cio· subtile malum· virus secretũ· pestis occulta· doli artifex· mater ypo-
crisis· parens liuorum· origo viciorum· criminũ fomes· virtutũ erugo· tinea
sanctitatis· excecatrix cordiũ· ex remedijs morbos procreãs· ex medici-
na languores· Heu q̃ longe est a nobis eximiũ et pclarũ illud salua-
toris nostri exemplũ qui oblatã gloriã culminis fugit· cũ eum vellent
facere regem· et tamen penã probrose mortis appetijt cũ ad patibulum
crucis sponte venit· Sed surda hec omnia proch pudor aure trãsimus·
dum quisq; proprio se metitur iudicio· nec maiorum patitur aut expectat
censurã· dum nec pceptis nec legibus dignamur subici· s; erũpimus· sed
estuamus· et vltra nostrã ambiciose procẽdimur mensurã· efferimus nos
metipos in immẽsum· practicamus mira· inauditas adinuenimus vias·
neq; patimur ad nos deferri honores· s; pro hijs cõsequẽdis puolamus·
cõtendimus· certamus q; iure nobis deberi omnia arbitrãtes· dũ omni-
bus nos superiores et meliores existimamus· Adde (q̃d extreme de-
mẽtie est) vbi maior et clarior inscicia et ignorantia est· ibi insolentior
arrogantia regnat· Blandimur nobis ex santimonia status· extolli-
mur de eius sublimitate· de illius dignitate cõfidimus· neq; cogitamus
q sicut canon inquit· non locus· nõ dignitas· non kathedra· sanctũ fa-
ciũt· sed vita et mores· Unde ex officio et status eminentia non licentiã
peccandi· sed necessitatem potius bene viuendi ecclesiastici viri se noue-
rint assecutos· neq; ex dignitatis altitudine audaciã delinquendi sibi
sumant· fallentes semetipos et non recte arguentes· quia videlicet scri-
ptum legunt suis in canonibus· Nullus sanctum dubitare debet quẽ

qu͂ capex tāte dignitatis attollit· in quo si desunt bona acq̃sita ꝑ meri-
tum· sufficiūt q̃ a loco et kathedra testātur· Et iteꝝ· kathedra aut claros
ad hec fastigia erigit· aut qui erigūtur illustrat· Ad que dicimus· pluri
mū falli eos q̃ de loci dignitate letātur· Nā ꝑdicta de illis intelligit ca-
non· qui ꝑ bonos actus suos· sanctos ꝑdecessores imitātur· vnde subdit
ex ea q̃ de kathedre sanctitate dicta sūt· ad illos ꝑtinet· quos proprie cō
uersationis splendor decorat· Sed ꝓ tāto scōs vocat canon· q꞉ propter
loci et kathedre sanctitatē· boni et sancti ꝑsumūtur· Neq꞉ vos reddat se-
curos o patres· alte dignitatis fastigiū ẜ reprimat ponus et humiliet·
ingens periculū et ipis ceruicibus vestris imminēs si vita obest digni-
tati· Quid paradiso altius· q̃d tutius celo· et tñ homo de ꝑadiso peccādo·
angeli de celo ceciderūt vt posteris exemplo essent· q꞉ nō loci aut digni
tatis amplitudo· securitatē tribuit· ẜ innocētia vite· Ecce in quāto ver
samur ꝑiculo· In cūctis ceteris statibus culpa suos tenet actores· quū-
libet suo punitur peccato· q꞉ scriptū est· Anima q̃ peccauerit ipa morieť
In hoc autē vno viuēdi genere nostro· ne dū suo ẜ aliorū pastor scelere
plectitur· populoꝝ dānatur iniquitate· dño ꝑ prophetā acerbissime cō-
minante· Si nō fueris locutus vt se impius custodiat a via sua· et ille
in iniq̃tate sua morietur· sanguinē eius de manu tua exquirā· Quo ma-
ius periculū illo poterit excogitari· q̃s sane mētis cōpos· ad id genus
vite aspiret vt animā suā teneri obligariq꞉ baratro eligat si alij pecca-
rint· In exordio hūani generis cayn ipe licet reprobus· tante tamē in-
telligentie fuit vt vite aliene curā abiceret inquiēs· Nūquid ego custos
sum fratris mei· Repellebat a se caute fratris curam ne incautius pro
fratre teneretur· ille etem fratris curā recusabat· nūc proch dolor ad ex-
traneoꝝ curā· cū apto periculo passim properať· curritūr ab omni eta-
te et ordine· a doctis pariter et indoctis· Quid vero tā demētie proximū
q̃ alienoꝝ facinoꝝ strictā rationē se redditurū promittere· qui sua aut
nō videt aūt nō intelligit· Grandis proinde et ꝑiculosa sarcina est cu-
ra pastoris· Nā cuiuslibet ouis deꝑditio illius periculū est· ad quē pro-
pheta ait· Et erit anima tua pro anima illius· O verbū tremendū· o stu
penda sentētia· o durissimū iudiciū· cui caput tuū pastor inclinas atq꞉
supponis· qñ etiā tot mortibus dignus iudicaberis· quot ꝑditionis ex
empla ad subditos trāsmittis· Sed nemo ex nobis hec secū cogitat· oēs
felices nos beatosq꞉ credim⁹ si hāc cōseq̃mur curā· si pastorale culmen
adipiscimur· laboram⁹ pro his nanciscendis ꝑ phasq꞉ nephasq꞉· diesq꞉
noctesq꞉· Dixerim omniū cōniuentia aliq̃d acrius· hodie pro epatu nō
mō litigatur ẜ bellatur· nō solū cōtenditur ẜ pugnatur· q̃d ceteris om-
nibus detestabilius nō incogrue iudicauerim· quōniā et si scriptū sit·
seruū dei nō oportet litigare· nos tñ q̃ spūales sūmus et lites atq꞉ cōten
tiones specialius vitare iubemur· proch pudor tā acerbe· tā crebro· tam
impie litigamus vt omnes vincamus in contendendo laicos· Et certe
plerūq꞉ non sine orbis scandalo et periculo· ita sub colore iustitie· obre-
pit impietas· Aiunt enim ex nobis multi· et si non verbis· factis tamē·

Gloriam nostrā alteri nō dabimus. qui dū vanā et caducā sectamur.
verā et eternā amittimus. Currimus ad gloriā. et ecclesiam periclitari
malum⁹. quā ipi nō honorari. ꝭ gloria nostra in cōfusione erit. Hinc
nōnūq̄ʒ accidit nobis ambiciosis ꝙ cū multū et diu ꝑtinaci animo va=
nis acti spebus altiora nitimur cōscendere. mox repentin⁹ casus irruit.
rapit mors inprouisos. et is qui nobis primus attigit ānus honori. li=
ctui fit et funeri. Sed his missis vt cetera plurima cleri cōplectar vicia
paucis. in cōmuni saltem. in ea iam pridē incidim⁹ tp̄a. in quibus cum
propheta liceat exclamare. Sol et luna obtenebrati sūt. ꝛ stelle retraxe
runt lumen suū. Lamētabilem totius ecclesie statū. quo ad sup̄ni ordi
nis patres. mediocres quoqʒ et infiniores. deplorantis prophete verba
sunt. Qui enim propter celestis sapientie claritatē et sp̄ualis vite hone=
statem. soli lune ꝛ stellis in sacra cōparamur pagina. iuxta illud. Qui
docti fuerint fulgebūt quasi splēdor firmamēti et q̄ ad iusticiā erudiūt
multos q̄si stelle in ꝑpetuas eternitates. ipi propter abhominabilē men
tis cecitatē et detestabilis vite inhonestatē obtenebrati. et heu omi priua
ti lumine cernimur. Adde (q̄d omnia superat) ipis ipis nobis q̄ inter
ceteros sicūt luminaria in mūdo. apostolica sententia lucere deberem⁹
tante iniecte sunt tenebre. obscuritas tanta adacta est. vt symonia que
abolim heresis loco habita est sp. tam familiaris nobis. tāqʒ cara effecta
est. vt sine illa vix in domo dn̄i incedamus. lateralis auaricia. domesti
ca luxuria. amica sup̄bia. libido. voluptas. comessatio in rerū habūdā=
tia nobis coniūctissima. desidia. ignauia. dei statusqʒ nostri obliuio. qua
lis nobis ad dignitatē ingressus. an p ostiū. an aliunde. quis vite pro=
gressus. ac tādē rebus cōfectis. nobis mortē obituris q̄s ex hūanis egres
sus sperādus. cōsideratio penitus nulla. q̄ omia sedē q̄si sibi propriā col
locauere in nobis. Quo fit vt ecclesie dei nocentior nemo sit q̄ʒ nos ipsi
dū et ꝑuerse agim⁹ et nichilominus nomen et ordinē sanctitatis habe=
mus. Ob id profecto. grauissime nos horrendeqʒ manent pene. Nimirū
si prophetarū si patriarcharū si totius scripture repetam⁹ ānalia nullū
reperiem⁹ hominū genūs q̄d deus vehementius arguat. puniat seuerius
Discurre ꝑ prophetas. scripturā lege. quid audies nisi Pastores populi
mei p̄uaricati sunt in me. Ve pastoribus q̄ dispgūt gregē meū. ve pasto
ribus q̄ pascūt semetip̄os. ve vobis qui opulenti estis in syon. optima=
tes. capita populoꝝ. q̄ ingredimini pompatice domū dn̄i. qui dormitis
in lectis eburneis. et lasciuitis in stratis vestris. Et reliqua id genus
plurima q̄ si p̄ ocio liceret afferre in mediū. mirū certe nobis ipis videri
facerē. si quē ex nobis contingeret saluari q̄ principamur et p̄simus in
tātis minis et in tāta pigricia. in tātis increpatonib⁹ et in tāta desidia
Igit̄ sic nobis maiorib⁹ celi luminaribus obfuscatis. in totiūs orbis
miserā faciē et mūdi climata vniuersa. vt ali⁹ cecinit vates. iā dudū ve
nit dies tenebraꝝ et caliginis. proinde dies calamitatis ꝛ turbinis. atqʒ
vt plāgit alan⁹. Incūbit fidei vespa mūdo. nocturnūqʒ chaos fraūdis
habūdat. lāguet iusticie lucifer. hui⁹ vix vmbre remanet vmbra supstes.

Iam non ypocrises pallia querūt sed crimen falleras exuit omnes·nec
se iusticie luce colorat·sed se iam viciū glosat apte·Censetur reprobū ius
probitatis·virtus sub vicio victa laborat·virtutis spēs exulat omnis·
laxantur vicio frena furoris·Inqꝫ etiā id ventū est tempūs abolim vt
imperāte florenteqꝫ nequicia·virtus nō modo premijs careat·verū etiā
sceleratoꝝ pedibus subiecta cōculcet̄·et in loco facinoꝝ supplicia luat·
Innocētis caūsa detorquetur in crimē·et scelestus quisqꝫ a facie iudicis
victor ascendit·Qui multis prodesse poterāt velut purgamēta quedā
mūdi huiꝰ abiecti in publicū venire nō audēt· At q̄ in omniū grassan
tur ꝑniciem·potentissimi vigent tyrāni·Fulget ꝑuersus in solio iudi=
ciarie potestatis·et cūcta ei virtutis instrumēta sordescūt·miser macerqꝫ
fenerator infinitā auget pecuniā·at qui cūcta vellet largiri· tenui asse
viuit inglorius·matrone relicta grauitate in luxus meretriceos resol=
uuntur·et sanctū joseph mulier emula castitatis ad hec ꝑsequit̄·Et q̄d
frustra multa cōmemorem· Recessit lex a sacerdotibus· a principibus
iusticia·cōsiliū a senioribus·a populo fides·amor a parentibus·a sub=
ditis reuerentia·caritas a p̄latis· religio a monachis· a iuuenibꝰ hones=
stas·disciplina a clericis·a magistris doctrina·studiū a scolaribꝰ·a iu=
dicibus equitas·protectio a militibus·a ciuibus concordia·timor a ser
uitoribus·a rusticis cōmunitas·veritas a mercatoribꝰ·a nobilibꝰ vir=
tus·castitas a virginibꝰ·a viduis hūilitas·dilectio a coiugatis·a pau
peribus paciencia· Ita agimur p̄cipites ꝑ antra criminū et mūdi areā
tetra caligine ceci oberramus·O infidus rerum mortaliū status et sine
te deus bone calamitosum omne q̄d viuimꝰ· Ecce si virtute cōspicui et
moribus·fide·sapientia·religione·castitate·ceterisqꝫ animi dotibus cla=
ri·quos ꝑpaucos hec nostra fert etas·reproboꝝ cōparatione·tollantur
e medio·q̄d nisi caligo inuoluēs·plurima mortis imago et tenebre den=
sissime relinquūtur·O tēpora o mores·tempora turbatissima· tꝑa calami=
tosa·Mores reprobi·mores ꝑditi·et cleri et populi· Tēpus de quo tan=
dem dicet̄·Venit sūma dies ⁊ ineluctabile tēpus·Tēpus in quo iuxta
vetustū prophete vaticiniū Omne caput languidū et om̄e cor merens·
a planta pedis vsqꝫ ad verticē· non est in eo vlla sanitas· Profecto ca=
put omne·omnisqꝫ vertex·sup̄bia languet· Cor omne a maiori vsqꝫ ad
minorem meret auaricia·Sordescit luxuria planta vniuersa·ita vt in
omni statu gradu et ordine nō sit vlla sanitas·ſ vulnus et liuor et pla
ga tumens·At qui hodie vulnus lascinie·castitatis fascia circūliget·est
nullus et nemo·Qui pauꝑtatis medicamine·auaricie liuorē curet·est
nullus et nemo· Qui tumentē plagā fastus ⁊ sup̄bie foueat hūilitatis
emplastro·est nullus et nemo·En feda luxuries quo non penetrauit
quo non irrūpit et regū scādit purpurā·ſ neqꝫ mendici p̄terit ipa togā·
Naufragium dulce· leue pondus·grata caribdis· At auaricie virus
quos non inquinat·quos non tenet infectos· nec plebeum transit vul=
gus·nec clero et superioris ordinis hominibus parcit·

In quibus ipis tanto detestabilius est viciū· quo facultates ecclesiarū pauperum patrimonia certo noscuntur et sacrilega eis crudelitate subtrahitur· quicquid sibi ministri et dispensatores· nō dn̄i· non possessores vltra victū subripiunt et vestitū· Pestifere demum superbie adeo inualuit malum totum per orbem vt mirabile dictu cogitatuq₃ sit· homini mortali· vnde iste fastus· ista arrogantia· cuius est erumnosa natiuitas cuius vitam laboriosa penalitas cōcludit· cuius penalitatem penalior cunctis mortis demolitur necessitas· cui etiam momentum est carnis gaudium· vita naufragium· mundus exiliū· cui preterea vita aut abest aut spondet absentiā· mors aut instat· aūt ineuitabilem presentiā minatur· Hinc ergo o patres mundo vniuerso in maligno posito· dei amore nullo discrimine vndiq₃ extincto· cūctis ab sue primeue institutionis origine mirādum in modum degenerātibus· Vnde clades tante· tot calamitates· tot plage in populo cristiano· pestes· fames· bella interna et externa· ex superioribus facile est cognitu· Profecto iustissima censura pater ille pietissimus atq₃ rector mūdi vltorq₃ equissimus deus· peccatis nostris exigentibus regnare facit sup nos ypocritas· q̄ videlicet solo nomine pastorū atq₃ tutorū titulis gloriātur· re autē vera ydola potius sunt et simulachra eorū quorum officia preseferunt· permittitq₃ vt percutiat nos nonnūq₃ leo de silua· lupus ad vesperā vastet nos· pardus vigilet super ciuitates ecclesie· furetur dormientibus pastoribus atq₃ tutoribus et loca et gētem· abducat pro voto· mactet· et pdat· Quippe nemine resistente· dissimulantibus vniuersis· idcirco etiā digna dei sententia effusa est contentio super principes nostros ita vt errēt in inuio et non in via· Nam versi in semetipsos atroces enses quos in perfidorum iugulis deo consecrare debuerant· proprio sanguine inmanissime et crudelissime fedāt· Quasi ideo accincti sint gladijs vt cristianū et fraternum semper effundāt sanguinē ac inplacabiles lites· ppetesq₃ discordias inter se foueāt· et non potius ad vindictam malefactorū· laudem vero bonorum· ecclesie pacem atq₃ tutelam· Attendite quēso o reges et principes· Nam ad vos deinceps sermo iste meus hortatorius· Animaduertite tandem quantum potuisset dudum possetq₃ hodie recuperari· de amissis locis et ecclesie subtractis p turcos· terre pelagiq₃ hoc sanguine quē crudeles manus vestre vel dominandi libidine vel crudelitate vlciscendi vel nocendi cupiditate vel feritate rebellandi· interim fuderūt funduntq₃ incessanter· Neq₃ enim aliud quidpiā inter vos bella suscitat vt in plurimū aut lites mouet guerrasq₃· nisi aut irrationalis iracūdie motus aut appetitus inanis glorie aut terrene possessionis ardor· Et certe vt ipsi nostis· talibus ex causis neq₃ occidere· neq₃ occūbere tutū est sed adprime periculosum· At vero xpi milites q̄ contra infideles arma sumūt q₃ secure q₃ sancte· prelia dn̄i sui et sponse eius ecclesie pliantur· quibus metuendū nequaq₃ sit· aut de hostiū cede peccatū· aut de sua nece periculum quādoquidem mors pro xpo vel ferenda sit vel inferenda·

Miles inquā talis et securius interimit et interit securior · quia et sibi
prestat obsequiū cū interit et xpo cū interimit· neq3 dum occidit male=
factorem· homicida· sed vt ita dixerim malicida et plane vindex ac de=
fensor reputatur xpianorꝝ· In morte enim pagani xpianus merito glo
riatur· qꝛ xpus glorificatur· Redite ergo ad cor o xpiane religionis tu
tores· duces fidelis populi· custodes dñici gregis· Expergiscimini queso
euigilate aīo· intelligite et erudimini qui iudicatis terrā· Et si for=
tassis qualibet fracti desperatione (qđ deus auertat) aut alia difficul
tate vetera illa sancte terre jerosolimitane· que deplango damna· resar
tire impossibile arbitramini (cū tamen nō sit impossibile apud deū· si modo
boni emulatores et suarū vltores iniuriarū atq3 blasphemiarū essetis)
noua saltem in dies et vicina mala que relique parti atq3 xpiane nostre
reipublice inferuntur· ardentius cordi accipite· propulsate studiosius·
neq3 semꝑ negligenda putaueritis ad eius vsq3 vltimā internecionem·
Videtis xpianissimi principes· quo deuentū sit· in quē occeani angu=
lum detrusa sit pridem ipa ecclesia· Ex quā lata in quā angustā euase
rit· paucis emensis annis· scitū est vobis· Neq3 ignoratis quo iā in por
tu consistat· Sed quorsum feror· Quid verbis frustra nitor· Vt ad su=
periora redeam· ad instituti scʒ mei finē principale (a quo· quo nescio
zelo longius euectus sum)
Ad vos o serenissimi reges et principes· Ad vos quoslibet secularium di=
gnitatū magnificos administratores· hec vna peticiuncula mea dirigit̄·
hec michi supplex ad vos depcatio· vt maiorꝝ vestrorꝝ videre ānalia· di
gnas memoratu historias relegere· reuoluere fortia facta patrū· nō gra
uemini· karoli videlicet quondā magni et xpianissimi jmꝑatoris· q̄ cir
ca annos dñi Octingentos et duos· vocatus a patriarcha Jerosolimi=
tano et ab jmperatore Cōstantinopolitano rogatus cū exercitu copio=
sissimo veniens Jerosolimā recuperauit· et terrā sanctā vniuersam de
manibus infideliū eripuit· Hispaniā quoq3 totā ꝑdomuit· habēs secū re
ges et duces· comites et milites· oēs gloriosis milicie ꝑconijs insignes·
Inter quos tamen Rolandus comes Cenomānensis miles strēnuissi
mus· in rebus bellicis p̄ ceteris clarior refulsit· vir diua memoria dignus
qui mortis sacre cōpendio ibidem victoriose triūphans· vitā haud du=
biam possidet beatā· celosq3 pecijt sanguine laureatus· Itemq3 gesta
infatigabilis viri et illustrissimi ducis lothringie Gotfredi de bullion
cognominati· mente recogitate· quo duce iterū circa ānos gratie Mille
nonaginta nouē Jerusalem eruta fuit et ditioni thurcorum subtracta
qui eā ante ceperant et tenuerāt ꝑ annos circiter centū vel paulo plus
Hic dux propter eximias suas et pene diuinas virtutes· resq3 milita=
res optime gestas· primus omniū voto et cōsensu factus est rex Jeroso
limitanus· in quo regno septē successiue reges xpiani ꝑ octoginta octo
annos fuerūt· Deficientibus tandē auxilijs occidentaliū regionū post
diutinos sudores· acerrimas et assiduas pugnas cū hostibus atq3 pluri=

mas ppessas calamitates propter cõtinuos assultũs et incursus hosti-
les· vel victualiũ penũriã Jerusalem iterũ a Thũrcis capta est· Anno
scilicet dñi· M·c·lxxxvij· die scđa Octobris· Sub octauo rege xpiano
ibidem Guidone· Ac a sarracenis exhinc vsq3 in hodiernũ tps possessa·
Eminebãt autẽ in dicto exercitu incliti ducis Gotfredi· magnifici fra-
tres eius Eustachius et Baldũinꝰ· Anshelinus de ribo mõte· Boamũ-
dus dux Appulie· Hugo magnꝰ frater Philippi regis francoꝝ· Bal
dũinus comes mõtensis· Robertus comes flandrensis· Stephanus co
mes blesensis ⁊c̃· Atq3 vt ait Gulhelmus nũq̃ȝ tot gentes in vnã coire
summã vise sunt· Opinionẽ hominũ numerus vincebat· q̃uis estimare
tur sexagesies centũ milia· qui oĩs Jerosolimã pgebãt· loca sancta de
potestate pfidoꝝ virtute magna tollentes· sub duce pdicto Gotfredo·
Preterea memoria dignũ est quomõ anno inoꝝ sequenti· id est· M·c·
lxxxviij· post generale cõciliũ parisius celebratũ· ingens militũ et pe
ditũ multitudo cruce signatur· ac de diuersis ptibus p mare per terras
loca adeunt transmarina· et paulo post rex francoꝝ Philippus· et rex
Anglie Richardus infinito agmine et incredibili apparatu ac proceri
bus pene vniuersis· ducibus· comitibus· baronibꝰ· militibus· archiepis
et episcopis q̃pluribus· mare intrãt et oĩs qui in milicia alicuiꝰ habe-
bantur nominis iter arripiũt· tantã aliqñ fuisse motionẽ populoꝝ nul
la meminit etas· historia refert nulla· Nam et Fridericus Imperator
primus huiꝰ nominis cũ filio suo Heinrico et vniuerso exercitu cruce
signati· eodem tpe trans mare abeũt· vbi et idem imperator post multa
gloriose in penitentiã patrata· fluuiũ quendã trãsiens ac equo cadens·
vixq3 extractus paulo post diẽ clausit extremũ· Multa sequẽtibꝰ ãnis
p reges et principes diuersos· duces quoq3 Bauarie et austrie vna cum
nobili milicia theuthonũ in ptibus illis gloriose facta sunt q longũ ni-
mis esset p singula explicari· Laudandi pfecto sunt viri isti· in bene
factis et generationibus suis· et ppetuis pconijs digni a posteris ha-
bendi· quippe qui fide deuotione et zelo magno in deũ inq3 terras illas
sacratissimas moti· dolentes loca eadẽ a gentibus prophanari· atq3 sal
uatoris nostri iniuriã· populiq3 xpiani opprobriũ nõ ferentes· miliciã
suã xpianã imo fidei cõstantiã et feruorẽ in hostes crucis· cõsertis forti
ter et strenũe manibus· fusis immẽsis ac validissimis inimicoꝝ copijs
probe· egregie· eximieq3 cõprobarũt· nec antea cessauerũt q̃ȝ gloriosas il
las terras e manibus infideliũ ereptas· instar robustissimoꝝ quõdã et
religiosissimoꝝ machabeoꝝ· occisis pfidis aut pfligatis· in xpiane rei-
publice denuo· vel redegere ditionẽ vel saltem conabatur· Et qz in suis
corporibus immania ptulerũt tormenta· plurimi ex eis pro xpi nomi-
ne mortui· Ideo pcipere merũerũt omĩ pculdubio immarcessibilẽ eter-
ne glorie coronã· Eorũ ergo o reges et principes· successores et heredes
in dignitatibus et bonis· virtutũ quoq3 imitatores in moribus estote·
Atq3 dum eoꝝ feruidã fidem· religionẽ eximiã· inuictissimos animos·

prestantissimãq; ac celeberrimã in deũ et ecclesiã sanctã· eius sponsam
deuotionẽ interlegendũ recolitis· Vos quoq; ab eoꝝ institutis haud de
generare· rebus et factis cõprobate· quoꝝ sati sanguine· et stirpe sancta
progeniti estis· Equidẽ nõ est hodie vt propheta asserit· abbreuiata ma=
nus dñi vt nõ possit nos saluare a pfidis· siue in multis siue in paucis
Deniq; feruor fidei in populo xpiano nõ omĩquaq; est extinctus· Con
silium pterea vobis deest minime· sed neq; milites neq; arma deficiũt·
neq; deerũt sumptus· Quis enim fidelium nõ cõcurreret vel rebũs vel
corpore ad illoꝝ grauissimoꝝ inimicorũ nostrorũ exterminationẽ· qui
nil aliud q̃ sanguinem nostrũ sitiũt nec eo vnq̃ saciantur· quãdo tam
cõmunis omniũ vocat necessitas· quãdo tã publice totius ecclesie ad id
hortantur erumne et miserie· quibus nisi occurratur· nec viuere nobis tu
tum erit in occidentis angulo extremo· Si mõ fides nobis esset zelusq;
dei· plurime essent ad manũ copie· diuicie apud plerosq; nõ parue· mul
to iam studio et tpe cõgregate· que in talem expeditionẽ· si vnq̃ summo
rum ordinatione capitũ indiceretur· haud dubiũ· deo suoꝝ corda tãgen
te· animo prompto erogarentur· Res deniq; militaris in ecclesia dei in
p̄sentiarũ adprime floret vigetq;· Nam studiosissime (tametsi vanissi=
me plerũq;) miliciã milites exercent· Arma resplendent tum mirifica
tum terrifica valde· seculo inuisa priori· Sed et fortes auxiliarij de po
pulo xpiano· omnes sc; voluntarij in lege vobis nil dubiũ adderetur·
O xpianissimi principes· si tantũ pace data· cõpositis periculosis liti=
bus vestris· firmatis treugis· rebusq; in ordinem p eos quoꝝ interesset·
dispositis· pari voto· cõsensu vnanimi· eodẽq; decreto· ad hũiles et sup=
plices ac frequentes ecclesie et capitũ summoꝝ videlicet pontificũ aut
imperatoꝝ hortatus· sinceros· fideles· et paratos· vestre matris defenso=
res vos exhiberetis· Quo nã pacto· quo alio modo· fidem obedientiã et
deuotionẽ vestrã· sanctius ac fructuosius vnĩ usq; aliter demõstrabi=
tis vnq̃· An forte satis officijs vestris factũ putatis· q; illa prohibita
torneamenta· cruenta spectacula· sumptuosa tyrocinia· atq; tum anima
bus tum corpibus periculosa· tanto ere et studio inuanũ frequẽtatis
et amatis· Quis oro vobis inde honos· que vtilitas· tantis militare la
boribus et sumptibus· stipendijs vero nullis· nisi aut mortis aut crimi=
nis· Operitis equos sericis et pendulos nescio quos pãnos loricis sup=
induitis· depingitis hastas· clipeos et sellas· frena et calcaria auro ar=
gento ve circũornatis· et cũ tanta pompa pudendo furore ad mortẽ sepe
properatis· O quãtũ subsidij ex huiuscemodi vestris supbis supfluisq;
apparatibus quos in vanitates et insanias falsas impenditis in infi=
delium castigationem cõferretur· si in eum sanctũ vsum cõuerteretis·
Hec et alia similia multa· ipi vos pro vestra prudentia· queso altius
pensate· et miliciã vestrã· gloriãq; militarẽ· atq; principalem magnifi=
centiã· in dei potius laudẽ· vestrã salutẽ· et glorie cumulum· ecclesie tui
tionem· pfidorum vindictam exercete· id longe maiori vobis fame erit

vestrisq; honori in eternum. et memoriale perhenne. id nomina celebrabit vestra in generationes seculorũ. id indubitatã vestris pariet afferetq; animabus coronã in celis. quã reddet vobis dñs in die illa nouissima iustus iudex. pro quo adeo zelatis vt omnẽ corporum cruciatũ eius pro amore proq; fide in vltionẽ blasphemorum subire nõ formidetis. Verũ nõ essent quidẽ necandi etiã ipi infideles. aut occidendi. si quo modo aliter possent a nimia infestatione vel oppressione fideliũ cohiberi. Nũc autẽ multo melius est vt occidãtur. dum nos pdere incessanter et iugulare querũt studentq;. q̃ relinquatur virga peccatorum sup sortem iustorũ. ne forte extendãt iusti ad iniquitatẽ manus suas. Dissipentur gentes q̃ue bella volunt. Abscidãtur qui nos cõturbant. qui loca nostra occupãt. qui fratres nostros dura detinent seruitute et opprimũt vehemẽter. aut crudeliter occidũt. nosq; oẽs delere desub celo si possent. sup cũcta desiderabilia gratissimũ haberent. Exerceatur vterq; gladius fidelium. in ceruices tantorum inimicorũ nostrorum. ad destruendã omnẽ altitudinẽ extollentẽ se. aduersus deũ nostrũ et eius sponsam ecclesiã matrẽ nostrã. ne quando dicant gentes. vbi est deus eorũ. Insurgite in eos o fideles ecclesie tutores et filij. Irruite in hostes xpi et xpiani nominis. debachemini in eos. debitam acrimoniã exercete. reddite eis in capita sua sicut nobis ipi sepenumero fecerunt. Forti animo estote magnoq;. Viriliter agite et cõfortetur cor vestrũ. omnes qui speratis in dño. quoniam ipse erit vobiscũ tanq̃ bellator fortis. et cõteret inimicos suos et vestros. ante faciem vestrã. Mementote mirabiliũ eius que fecit pharaoni et exercitui eius in mari rubro. sed et terribiliũ iudiciorum suorum a seculo in nationes prauas et puersas. quibus vindicans vindicauit in illas. suos spe de angustijs liberans et saluans. Qui est in secula benedictus Amen.

Sequitur visio quedam horribilis. ostensa karolo quõdã Imperatori qui caluus cognominabatur et quartus post karolum magnũ Imperium gubernauit. bonis respectibus hic inserta.

[I]N nomine dei summi regis regum. Ego Karolus imperator dei dono rex germanoꝝ ⁊ patricius romanorū. atq̧ imperator francoꝝ. sacra nocte diei dñice post celebratū nocturnarū horarū diuinū officium. dum irem repausare. et vellem sōmnū cape venit vox ad me terribiliter dicēs. Karole exiet a te spiritus tuūs modo in hora nō modica. statimq̧ fui raptus in spiritu. et qui me sustulit erat candidissimus. tenens in manu sua glomerem lineum. clarissimū iubar luminis emittentē. sicut solent comete facere. quādo apparent. Cepitq̧ illum dissoluere et dixit ad me. Accipe filum glomeris micantis et liga ⁊ noda firmiter in pollice tue manus dextre qr per illū duceris in laborinteas infernoꝝ penas. Hoc dicto pcessit me velociter. distorquens filum luciflui glomeris. duxitq̧ in profundissimas valles igneas. que erant plene puteis ardentibus. pice et sulphure. plumbo et cera et adipe. Ibi inueni pontifices patris mei et auunculorū meoꝝ. Quos cū pauens interrogarem cur tam grauia paterentur tormenta. Responderūt. fuimus epi patris tui et auunculoꝝ tuoꝝ. et dum debuimus illos et populum illoꝝ de pace et cōcordia admonere. seminauimus discordias. et fuimꝰ incentores maloꝝ. ideo nūc incendiū in istis tartareis supplicijs patimur et nos et alij homicidioꝝ et rapinaꝝ amatores. Huc et tui epi et satellites venient qui similiter amāt nunc facere. Et dū hec tremebūdus auscultarē. ecce nigerrimi demones aduolantes cū vncis igneis volebant apphendere filum glomeris quem in manu tenebam et ad se trahere. Sed reuerberātibus radijs illiꝰ glomeris nō valebant illum attingere. deinde post tergū meū currentes. voluerūt me aduncare. et in ipos puteos sulphūreos pcipitare. sed ductor meus qui portabat glomerē. iactauit sup scapulas meas filum glomeris. et duplicauit illum. et traxit me post se fortiter. Sicq̧ ascendimus sup montes igneos altissimos. de qūibus oriebātur paludes et flumina feruentia et omnia metalloꝝ genera bullientia. vbi reperi innumeras animas hominū et principū patris mei. et fratrū meorū. pcipitatas alias vsq̧ ad capillos. alias vsq̧ ad mentū. alias vsq̧ ad vmbilicū. et clamauerūt ad me eiulando. Dum viximꝰ amauimus tecū et cum patre tuo et cū fratribus tuis et cū auūculis tuis facere plia et homicidia. et rapinas. pro cūpiditate terrena. ideo intra ista bullientia flumina ⁊ metalloꝝ diuersa genera torquemūr. Et cū ad hec timidus accederem. audiui retro me animas clamare. Potentes potenter tormenta patiuntur. et respexi et vidi super ripas fluminis bullientis fornaces piceas et sulphureas plenas magnis draconibus et scorpionibus et serpentibus diuersi generis. vbi et vidi aliqūos patris mei principes et fratrū meorum et auūculoꝝ meorum. dicentes michi Heu nobis karole. vide ꝙ grauia habemus tormenta propter nostrā maliciā et supbiam et mala consilia que regibus nostris et tibi dedimus propter cupiditatē. Cūq̧ dolendo cōgemiscerem. accurrerunt ad me dracones. apertis faucibus.

plenis igne sulphure et pice· volentes me inglutire· At ductor meꝰ tri=
plicauit sup̄ me filum· a cuius radijs claritatis superata sunt ora eoꝝ
ignea· et ꝑtraxit me validius· et descendimus in vnā vallem que erat
ex vna parte tenebrosa et ardens velut clibanus ignis· Ex altera vero
parte tam amenissima et splendidissima vt nulla ratione dicere valeā
Verti me contra tenebrosam et flāmiuomā partē· vidiqꝫ ibi aliquos re
ges de meo genere in magnis supplicijs· Et tūc nimis angustiatus pu
taui me statim in illis supplicijs demergendū a gigātibus nigerrimis
qui ipsam vallem cōflāmabant generibus igniū· et valde tremens· glo=
meris filo illumināte oculos meos· vidi e latere vallis paulisper albe=
scere lumē ibiqꝫ duos fontes fluere· vnūs erat nimiū calidus· alter ve=
ro clarus et tepidus· et erant ibi duo dolia· Cūqꝫ illūc irem filo glome=
ris regente gressus meos· intentus sup̄ vnum dolium vbi erat feruens
aqua· vidi ibi patrē meū Ludowicū stare· vsqꝫ ad femora· et dum essem
nimis dolore aggrauatus· et angore ꝑcussus dixit· Dn̄e meus karole
noli timere· scio quia reuertetur rursus spiritus tuus ad corpus tuū· et
ꝑmisit te deus huc venire vt videres propter que peccata ego et omnes
quos vidisti talia toleramus supplicia· vno enim die sum in isto feruē
tis dolij balneo· et altero die transmittor in alio isto suauissimo aque
dolio· et hec fit p̄cibus sancti Petri et sancti remigij· cuius patrocinijs
hactenus genus nostrū regale regnauit· Et si michi subueneris cito· tū
et mei episcopi et abbates et omnis ordo ecclesiasticus missis et oblatio
nibus et orationibus et psalmodijs vigilijs et elemosinis· velociter li
berabor de isto aque bullientis dolio· Nam frater meus Lotharius et
eius filius ludowicus· sancti Petri sanctiqꝫ remigij p̄cibus· iam exem=
pti sunt de istis penis· et iam ducti in paradisi gaudiū· Dixitqꝫ ad me
Karole· respice sinistrorsum· respexi et vidi duo dolia bullientia altissi
ma· Ista inquit tibi sunt ꝑparata· nisi te emendaueris et penitentiam
egeris de tuis nephandis delictis· Tūc cepi grauiter horrere· Cernens
autē ductor meus me in tanto pauore· dixit ad me· sequere me ad dexte
ram lucculentissime vallis paradisi· Et cū graderemur contemplatus
sum in ingenti claritate sedere cū gloriosis regibus lothariū auūculū
meū sup̄ lapidem thopazium mire magnitudinis· coronatū dyademate
p̄cioso· et iuxta eū filiū eius ludowicū similiter coronatū· vidensqꝫ me·
comiter accersiuit blanda voce dicens· Karole successor meus· nūc ter=
cius in imperio romanoꝝ· veni ad me· Scio ꝙ per penalem locum ve=
nisti· vbi est pater tuus frater meus in termis sibi destinatis positus· ꝺ
per misericordiā dei citissime de illis penis liberabitur· sicuti et nos libe
rati sumus meritis sancti Petri et p̄cibus sancti remigij· cui deus ma=
gnum apostolatū dedit sup̄ reges et sup̄ gentes francoꝝ· Qui nisi quis=
qūilijs propaginis nostre suffragatus fuerit· iam desinet genealogia
nostra regnare et imperare· vnde scio quoniam tolletur citius potestas

imperij de manu tua·et postea paruissimo viues tempore· Tūc cōuer-
sus contra me ludowicus eius filius dixit michi·imperiū qđ hactenus
tenuisti iure hereditario· debet suscipere ludowicus filius filie mee· Et
hoc dicto visum est michi affore in p̄sentiarū ludowicū infantulū· Tūc
intuens eum lotharius dixit michi·talis videtur esse infans qualis ille
puer fuit quem statuit dn̄s in medio discipulorū et dixit· Taliū enim
est regnū celorū· Tu vero redde illi potestatē imperij·per filum glome
ris qđ in manu tenes·Disnodans ergo filum de pollice dextre mee do
nabam illi monarchiam omnem imperij per filum glomeris·statimq̨
ip̄m glomus fulgidū sicut iubar solis coadunatū est totū in manu ei⁹:
Sicq̨ post hoc factū mirabile reūersus est spiritus me⁹ in corpus meū
valde fessus et conterritus·

Prima huius operis pars finit

In secundā peregrinationē ab Jerusalem per solitudinē in montem Synai ad sanctam Katherinam p̄fatio cōmendaticia incipit feliciter.

Quisquis veteris instrumenti sa=
cras legit historias ⁊ pēthatheu
cum ꝑlectum atꝫ josue volumen
crebro reuoluit. haud poterit ig=
norare neqꝫ ammirari satis. ma
gnificentiā glorie sanctitatis dei. et mirabilia
opera eius. virtutem quoqꝫ terribiliū suorum.
memoriā deniqꝫ habūdantie suauitatis eius.
quibus omnibus deus ipse cūctipotens desertū
illud inuium et vastā solitudinē. in qua erat
serpens flatu adurens. Dipsas ⁊ Scorpio. atꝫ
plurima mortis imago. illustrauit. magnifi=
cauitqꝫ. dum filios israhel in terram quā iu=
rauerat patribus eorum Abraham ysaac et
Jacob. per longissimos vie circuitus introduxit. in māsionibus qua=
draginta diebus. precedens eos in columna ignis p̄ noctē. et in colum
na nubis per diem. panem quoqꝫ de celo prestans eis omne delectamen
tum et omnem saporem suauitatis in se habentem. Nam et petram per
cussit in deserto Syna. et fluxerunt aque in habundantia. ita vt homi=
nes biberent et iumenta. Pars enim domini populus eius. jacob funi=
culus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris et
vaste solitudinis. Circūduxit eum et docuit et custodiuit quasi pupil=

lam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. et
super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eum atq̧ porta-
uit in humeris suis. Huiuscemodi super rebus late satis sacre pagine
loquūtur. Nuc etiam luce clarius ostendūt q̈uanta mons ipse Syna
prefulget dignitate et gloria ob multipharia dei magnalia in eo et cir
ca illum exhibita. quanta deniq̧ sacra pandat misteria. quanta archa
na preseferat. Siquidem Syna mons est in Arabia. cuius pars queda̅
est oreb. in terra Madian constitutus. Mons profecto preclarus et ex
celsus valde. in regionibus illis. pascuosus et optimarum ferax herba-
rum. Fuitq̧ abolim opinio populorū ac fama peruetusta (et quidem
haud inanis) deum habitare in eo. Cuius rei gratia et si mons ipse ad
pascua esset egregius. nemo tamen in eo pecora pascere presumebat. ne-
mo ei audebat propinquare. Moyses vero cum ad interiora eius gre-
gem minasset audentius. celebre illud vidit prodigium. ignem scilicet
ingentem rubum cōburentem. virorem tamē eius vel florem depascen-
tem minime. neq̧ deuastantē incendio vllatenus ramos illius. Quā q̄
flamma vorax et vehemens nimis esset. De quo igne dominus mox ad
moysen properantem vt videret visionem hanc magnam. aiebat. Ne
appropies inquit huc. solue calciamentū de pedibus tuis. locus enim
in quo stas terra sancta est. ꝛc. Quo certe diuo testimonio mons ille sa
tis superq̧ redditur cōmendatus. Proinde non tam ob sui magnitudi
nem atq̧ altitudinem scopulorūq̧ proceritatem. Syna mons sanctus
hominibus inaccessibilis reddebatur. quam ob cōmunem omniū de eo
estimationem q̄ locus dei esset tum terribilis tum venerabilis valde.
Cuius vt paulo amplius innotescat maxima excellentia. subiecta sa-
cris ex codicibus annotare operepretium duxi. quo ea quā habemus in
manibus profectio. ab ipo tanquā termino ad quem laudabilior osten
datur. atq̧ plures eius trahantur in amorem. Docet in primis Exo-
dus q̄ mense tercio egressionis de egipto filij israhel in solitudinē hac
Synai venerunt. et ibi multo consedentes tempore de moralibus. cere-
monialibus. iuditialibus p̄ceptis. fuere imbuti. Nam profecti de Ra-
phidym et peruenientes vsq̧ Syna ibi castrametati sunt. ibi tentoria
fixere e regione montis. Ibi moyses primū vocatus a deo de monte in
mādatis accepit vt hec filijs israhel annūciaret. Vos inq̄t ipsi vidistis
que fecerim egiptijs. quomō portauerim vos super alas aquilarū et as-
sumpserim vos michi. Si ergo audieritis vocē meā et custodieritis pactū
meū. eritis michi in peculiū de cūctis populis. Mea ē em̄ om̄is terra et
vos eritis michi regnū sacerdotale ꝛ gēs sancta. Et deinceps vade inq̄t

ad populum et sanctifica illos hodie et cras. lauentq; vestimenta sua
te sint parati in diem tercium. Die enim tercio descendet dominus co-
ram omni plebe super montem Synai. Constituesq; terminos populo
per circuitum et dices. Cauete ne ascendatis in montem nec tangatis
fines illius. Omnis enim qui tetigerit montem morietur. manus non
tangent eum sed lapidibus opprimetur. aut confodietur iaculis. Si-
ue iumentum fuerit siue homo non viuet. Ad iussum igitur domini san
ctificato populo tercius iam superuenerat dies et mane inclaruerat. et
ecce ceperūt audiri tonitrua. ac micare fulgura. et nubes densissima ope
rire montem. clangorq; buccine vehementius perstrepebat. et timuit po-
pulus qui erat in castris. Cumq; eduxisset eos Moyses in occursum dei
de loco castrorum. steterūt ad radices montis. Totus autē mons Sy-
nai fumabat eo q descendisset dominus super eum in igne et ascenderet
fumus ex eo quasi de fornace. eratq; mons omnis terribilis. et sonitus
buccine paulatim crescebat in maius et prolixius tendebatur. Moyses
loquebatur et dominus respōdebat ei. Descenditq; dominus super mō
tem Sinay in ipso montis vertice. et vocauit Moysen in cacumen eius
tradens ei decalogum. legemq; et mandata populo explananda. In
terea cūctus populus videbat voces. et lampades. et sonitum buccine
montemq; fumantem. et perterriti ac pauore concussi steterunt procul.
Venit tandem moyses et narrauit plebi omnia verba domini atq; iu-
dicia. Responditq; cunctus populus vna voce. Omnia verba domini
que locutus est faciemus. et erimus obedientes. Iterum ascenderunt
Moyses et aaron Nadab et Abiu. et septuaginta de senioribus israhel.
et viderunt deū israhel. et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri.
et quasi celum cū serenum est. Viderunt deum et comederūt ac biberūt.
Rursus ait dominus ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi
daboq; tibi duas tabulas lapideas et legem ac mandata que scripsi vt
doceas filios israhel. Cumq; ascendisset moyses. operuit nubes montē.
et habitauit gloria dei super Synai tegens illum nube sex diebus.
Septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem spe-
cies glorie domini quasi ignis ardens super verticem montis in cōspe-
ctu filiorum israhel. Ingressusq; Moyses medium nebule ascendit in
montem. et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus.
Quo in tpe videns populus q morā faceret descendēdi de mōte Moy
ses. cōgregatus aduersus aaron ait. Surge fac nobis deos qui nos pce
dāt Moysi em huic viro q nos eduxit de terra egipti ignoram9 qd acci
derit. Igit aaron acceptis inaurib9 aureis a populo fecit ope fusorio.

vitulum conflatilem quem adorantes atq immolantes ei hostias dixe
runt· Isti sunt dij tui israhel qui te eduxerunt de terra egipti· Pro quo
reatu percussit dñs populum cesis ex eis milibus hominũ non paucis·

¶ Ex quibus omnibus et hijs similibus liquido patet (vt in sum-
ma dicatur· nam plurima breuitatis gratia preterire necesse est· tam et si
memoratu digna) quapropter quam recte mons ille mons diuine habitationis
appellatur et angelice frequentationis· mons luminis et inflãmatio-
nis· mons nubis et caliginis· mons pluuie et roris· mons pascue et re-
fectionis· mons sapientie et eruditionis· quia de illo monte dominus
et populum instruebat et ei legem cõferebat· mons misericordie et pro-
missionis· quia inde bona inaudita populo promittebat· mons iusticie
et cõmunicationis· quia timorem insipientibus inferebat· Unde mons
fuit fulguris et choruscationis· mons tube et clangoris· mons amici-
cie et confederationis· quia mediante lege populum ibidem sibi sempi-
terno federe vniebat· mons mundicie et puritatis· mons leticie et iocũ-
ditatis· quia nulli ad illum montẽ accedere potuerũt nisi qui mente et
corpore mundi erant· illi etiam qui mũdi erant coram domino cum le-
ticia comedebant et bibebant· mons clementie et pietatis siue propicia-
tionis· mons sacrificij et orationis· nam ibi domino immolabãt ac preci
bus moysi et supplicationibus deũ sibi placatũ et propicium audiebat
Et reliqua id genus multa· que si omnia ordine et numero suo euolue
rem· nõ modo ante diem clauso cõponeret vesper olimpo· Sed et dies
et anni me deficerent et plurima carta·

Quod reliquũ est (tam et si superiora excellentia sint et maximã
preferentia dignitatem) non minima laude prestat· Quinimo preclarũ
reddit montem illũ et famosum perq̄ celebrem· quod videlicet diuẽ et in-
clite virginis et martiris Katherine sacros cineres et venerabile cor-
pusculum per trecentos ferme annos suo habuit in vertice locata· mẽ-
braq̄ virginea in eo manibus angelicis reposita· in monumento ab eis-
dem mirabiliter facto in petra quod diũ et diu deuotissimas ipsi excubi-
as celebrauere· Hodie tamẽ in monasterio quod in eiusdem montis pede
situm est insigni· in sarcophago conseruatur· Alme eiusdem virginis
et martiris quisquis deuotus amator fuerit et cultor· iter illud quamq̄ gra
ue et laboriosũ· facile estimabit pro amore· superabitq̄ Eam vero quis nõ
amaret quã ihesus eternus amor dilexit plurimũ· eãq̄ adamauit· et ex-
quisiuit a iuuentute sua spõsam sibi assumere· et amator factus ẽ forme illius
Eiusce nobilis et pulcre atq̄ prudẽtissime virginis katherine clarã origi-
nẽ· antiquã familiã· alti sanguinis decus quo sata fuit· vtpote cui rex

carne pater·reginaqꝫ mater erat·atqꝫ externa fortune corporisqꝫ bona
que illa semper contempsit·vt hoc in loco obmittam transeamqꝫ silen=
cio· hac potissimum ratione ꝙ iuxta gentilis poete sententiam· Non
census nec clarum nomen auorum·sed probitas magnū ingeniumqꝫ
facit·Quis eius eximiā vite sanctitatem· quis admirabilem cum xpo
cius a teneris annis desponsationē· Quis inauditam sapientiā ab hoc
femineo genere vt in plurimum alienam sufficienter describere poterit·
Constat equidem neminēqꝫ fugit ꝙ inter cuncta laudabilia mulierū
preconia sapientia pstat·quia fallax gratia et vana est pulcritudo·sed
mulier timens deū ipa laudabitur·Timor autem dñi iniciū sapientie·
Et qꝫqꝫ hac in re plures in historijs clare reperiantur mulieres· Kathe=
rina tamen supgreditur vniuersas·ob id profecto pre cūctis et venerā=
da et amanda·Multe quidem sapientie studijs incubuere· multe cele=
bres fulsere in ea·sed nulla katherine nostre cōparatur ne dixerim equi
paratūr·Nec filie cyri et dionisij mater Tanaquil·Calpurnea·Cithe=
rea·Thuburtina·aut relique sibille quarū est ampla laus in historijs·
nec lesbia sapho q̄ue tempore homeri in poetria claruit·a qua et saphi=
cum carmen nomen accepit·nec Certona que ex virgilij maronis ver
sibus cōtexuit vitam xpi passionē et resurrectionem· qꝫ luculenter· nec
Auresia que et androgenes dicendi artis peritissima· que se accusatam
egregie defendit·Nec Gaya fromea lucij vxor oratorie artis erudita·q̄
multis patrocinio fuit in periculis·Nec Angeriona medicine doctissi
ma quā romani plurimū venerātur·Taceo de reliquis videlicet Iside
que colere agros prima edocuit·et lini filatuiram texturamqꝫ inuenit·
litterasqꝫ in egipto prima ipa excogitauit· quoniā nympha carmētis
nicostrata nuncupata Ionij regis archadie filia secuta litteras ipas la
tine tradidit·et copulam earū ad inuicem adinuenit· Minerua lanifi=
cium et texturā eius excogitauit· Item numeros cyfras et figuras al
garismi eadem ipa adinuenit·que et olei vsum reperit· curruūqꝫ et rerū
militariū doctrix fuit·Noema soror Thubal artificia reliqua dedit·
Ceres dea terre terram colere seminare et metere docuit· yrenes cratini
pictoris filia ipm in illa arte exsuperauit· Marcia pharronis lapici=
das et pictores omnes excessit·et sopolim et dionisiū qui in ea arte pstā
bant·cuius quidem marcie adhuc sculpte et picte imagines miro inge=
nio inueniuntur·Katherina omnibus pemiuet·omnes sapientia ante=
cellit·omnes scientia vincit et exsuperat·quā ipsa non tam litterarum
acquisiuit studio et ingenio·quā desup infusam accepit· habuitqꝫ(qꝺ
prarū est)gratissima eloquentia exornatam· qua etiā tales tantosqꝫ
mundi huius eruditissimos viros·disputando conferendoqꝫ·nō modo
deuicit et cōfutauit·sed et in stuporem adduxit et extasim· atqꝫ in fidem
viamqꝫ veram reduxit·Quos etiam vbi igni quidem adiudicatos in=
iectosqꝫ sed nec pilis aut vestibus lesos·inustis vero corporibus·ad su=
pera transmisit· ipsa post plurima supplicia gaudenter tollerata·

ad decollandum tandem est ducta· vbi ad celum tendẽs oculos collum submittit gladio· oransq3 dat gloriã deo· Expecto inquiens pro te gladium ihesu rex bone· Tu meũ colloca in paradisum spiritũ, et fac misericordiã· meã agentibus memoriam· Oratione finita vox de celis intonuit dicens· Veni electa mea veni intra thalamũ sponsi tui· quẽ postulas impetrasti· qui te laudant salui fient· Ita ꝑcussa gladio dat lac ꝓ sanguine collo· quã manꝰ angelica mox sepeliuit vertice syna· Membrisq3 virgineis olei fluit vnda salubris· O vere virgo et martir veneranda· O vere virginũ omniũ gemma ꝑfulgida· O vere sponsa regis regum gloriosa· O vere viua xpi hostia que sua venerantibus patrocinia impetrata haud denegat suffragia· Eius inquã memoria sacraq3 fauilla et si nulla alia essent q̃ montẽ Syna exornarent illustrarẽtq3 haud iniuria deuotos illac peregrinos suiq3 amantes pertrahere posset· Sed iam ad alia michi properanti hec ꝙ incognita sint nemini censui ꝑtermittenda· At vero monte illo sacro ꝑlustrato q̃ extat iocundũ scitu· visuq3 ꝑpulcrũ· in reditu famosum illum balsami ortum in Mathera· ortum inquã cõclusum· fontemq3 Marie· fontẽ sc3 signatũ· Vnde dictus ortus et nulla alia ex aqua irrigatur introire et ꝑspicere· et inibi tum fructus eiꝰ delectabiles tum suauissimũ odorẽ degustare· Venire posthac in Babiloniã egipti atq3 Chayrũ vrbem sarracenoꝝ ꝑstãtissimam / maximã / populosissimã· bonisq3 omnibus et opibus mundi huiꝰ refertissimam· vbi et eoꝝ potentissimus residet Soldanus· Mare item rubrũ accedere· inq3 eo baptisari exemplo veterũ· illo ꝑcipue in loco quẽ filij israhel sicco ꝑtransiere pede· demũ paradiseo nobilissimo et fecundissimo illo Nilo siue gion fluuio qui totã irrigat et inebriat influitq3 egiptum et germinare eam facit redditq3 q̃ fertilem ꝑtransito· tandem in antiquissimã olimq3 clarissimã descendere ciuitatẽ Alexandrinam vnde nauigio iterum venitur venecias· et postremo in suã se quisq3 recipiat peregrinũs patriã et edem· magnifice gratias agens deo et virgini ac martiri sacratissime katherine· ꝙ tali et tanto dignus habitũs fuerit dono· post visitata scilicet loca illa multo sudore per varios casus per tot discrimina rerum· Reuocate animũ mestũq3 mittere timorẽ Forsan et hec enim olim meminisse iuuabit·

ANteq̃ sequentem peregrinationē aggrediar describendam. haud ab re duxi ꝑmittendā formā cōtractus habiti cū dn̄is de Jerusalem. sup salua guardia nobis p̄standa. saluoq̃ cōductu vsq̃ ad sanctā katherinā. et inde reductu vsq̃ Chayrū. Eiusmodi autē contractus fieri debet quātotius. ante scz recessum patroni et cōperegrinoꝝ. p̄sentibus ip̄o patrono et patre Gardiano monasterij montis Syon. eo q̄ post patroni recessum et cōfratrū. pagani remanentes peregrinos pro voto et libitu suo circūuenientes angariarent in pecunia exsoluenda. Igitur cōuenientes cū p̄fecto seu locū tenente Soldani in Jerusalem. qui tūc tp̄is existens. Naydon vocabatur et maiori Calino. id est magistro hospitalis peregrinorū. qui et miles. cui nomen Sabathytanco. sub die. xvij. Julij talem cū eis iniuimus contractum.

Item in primis saluum nobis pollicebatur prestare conductū ab Jerusalem vsq̃ ad sanctā katherinā. et inde denuo vsq̃ Chayrū. q̄ q̄ ipse propria in p̄sona et suis expensis ac sumptibus nos vellet comitari ab Jerusalem vsq̃ Gazeram.

Item q̄ de omnibus theloneis siue vectigalibus et exactionibus p̄stādis ab Jerusalem p̄ viā illam vsq̃ Gazeram. ipse pro nobis de suis satisfaceret sumptibus et pecunijs. Alioquin in eiusmodi soluendis peregrini a paganis valde grauarentur.

Item q̄ vnicuiq̃ peregrinoꝝ pro equitatu asinū disponeret cū ductoribus eorūdem qui scz ductores mucreli ab ip̄is appellati sibi ip̄is et asinis suis ab Jerusalem vsq̃ ad sanctam katherinam et inde denuo vsq̃ Chayrū de omnibus necessarijs victualibus scz et pabulis et alijs huiusmodi prouiderent. nisi forte sponte propria. peregrini eis quidpiam ministrarent.

Item q̄ omnes res nostras puta vestimēta et cibaria suis expensis deferri faceret ab Jerusalem vsq̃ sepedictā ciuitatē Gazeram excepto solo vino. q̄d ip̄i nos nostris sumptibus nobiscū ducebamus.

Item q̄ de camelis in p̄fata ciuitate nobis prouideret suis in expensis qui omnes res nostras portarent vsq̃ ad sanctam katherinā et inde denuo vsq̃ Chayrū. Melius enim valent cameli ad onera portanda per loca illa deserta q̄ asini vtpote iumenta robustiora et laboribus aptiora q̄ asini.

Item q̄ nobis vnū de suis familiaribus deputaret qui nos loco sui comitaretur a Gazera vsq̃ ad sanctā katherinā. et inde vsq̃ Chayrū. qui sic deputatus minor Calinus cognominatur. cui nos p̄ viam illam de victualibus prouideremus. iuxta cōdignū et scd̄m merita eius

Item q̄ cuilibet peregrinorū vtrem vnum disponeret pro aqua deuehenda per desertum. Nam ad plures sepe dies nusq̃ aqua in via illa reperitur.

Item ꝙ papilionem nobis siue paruũ tentoriũ disponeret· q̃d per sta-
tiones singulas vbi liberet contra estum solis figere in locis desertis
possem⁹· ¶ Item ꝙ quilibet nostrum ipsi prefecto siue Trutzschelmã
no p̄dicto pro saluo cōductu theloneis et omnibus atqꝫ singulis supra
memoratis· xxiij· ꝑsolueret ducatos· mediã quidē partē eiusdem sūme
in Jerusalem dans· reliquam vero in Gazera postq̃ȝ ibi de camelis et
alijs supra tactis nobis prouidisset iuxta condictum et iuxta tenorem
cōuentionis ꝛc̄·
Item totus ille cōtractus in scriptis redactus sigillis dñi de Jerusalē
et maioris calini in cancellaria fuit signatus et munitus· et tamē vt fie
ri solet a paganis illis male seruatus· Exposuimus autem pro littera
sic sigillata dūos ducatos·
Id etiã diligenter est aduertendũ ꝙ peregrini qui ad sanctam volũt
Katherinã ꝓficisci· si absq̃ȝ alioꝝ cōfratrũ suoꝝ offensa qui redire et re-
patriare decreuerint fieri potest· nō debent eis comitiuã p̄stare ab Jeru
salem vsq̃ȝ Joppen siue Japha sicut aliquãdo peregrini facere consue
uerũt· cōfratres suos vsq̃ȝ ad galeas denuo ex amore cōducendo· Quod
idcirco dissuadetur ne fiat· qꝛ cũ peregrini multis sepe afficiãtur iniu-
rijs et molestijs a paganis· cōtingit nōnũq̃ȝ ꝙ ipi se vlcisci ꝛ vindicare
querentes vbi possunt· anteq̃ȝ in galeas reuertãtur insultum aliquē fa
ciũt paganos inuadendo et quãdoq̃ȝ vulnerando ꝛc̄· et ita cursum ga-
leas intrando ꝛc̄· Cui⁹ rei gratia ipi infideles se vlciscuntur in peregri
nos remanentes· quãdoqꝫ etiã eos interficiendo· Unde cōsultius vide
tur ꝙ remanentes peregrini rogatos faciãt recedentes quaten⁹ propter
deum et eoꝝ salutem patientiã seruent· et nusq̃ȝ vltionem sumãt de pa-
ganis· ne dum ipi recedentes euaserint· remanētes periclitentur vt sepe
numero compertũ est factum fuisse·

De igitur· xxij· Julij que erat festum sancte marie magdalene
cō peregrini fratres nostri Jerosolimã exeũtes ad galeas reuer
tebantur que in portu Joppensi eoꝝ reditũ expectabant· Nos
vero videlicet decem et octo ex omni illa multitudine· deuotione et de
siderio affecti sanctã visitandi katherinã in monte Synay· aliaqꝫ loca
ꝑlustrandi· remansimus Jerosolimis· xxviiij· diebus· vehementē estũ
et intensum solis calorē metuentes· qui nos iter illud graue ꝑ desertũ
tunc arripere prohibebat· Illis autē diebus intermedijs crebro et sepe-
numero sancta visitauimus loca in Jerusalem et circũquaqꝫ·
Sunt autē nomina eoꝝ qui remanserunt et ad sanctã katherinã simul
ꝑrexerũt ista· Que vtinã atqꝫ vtinam sint scripta in libro vite·
Dominus Johannes Comes de Solms dñs in Myntzenberg· omni-
bus quidem etate iunior· sed animo non minimus· et nobilitate nulli
alioꝝ secundus· imo omnibus p̄clarior priorq̃ȝ·
Dñs Bernhardus de Breydenbach tūc quidē camerari⁹ nūc vero etiã
decan⁹ sacre metropo· ecclesie mogũtiñ· hui⁹ opis auctor principalis·

Dominus Philippus de bicken miles.

Cum hijs erat inter ceteros eorum familiares pictor ille artificiosus et subtilis Erhardus rewich de Traiecto inferiori qui omnia loca in hoc opere depicta docta manu effigiauit

Dn̄s Maximinus cognomento smasmus de Roppelsteyn et dn̄s in Hoinecke.

Dn̄s Vernandus de mernawe baro

Dn̄s Caspar de bůlach miles.

Dn̄s Georgius marx miles. Dn̄s Nicolaus dictus maior in kurt miles. Cum quibus p̄ter alios eis seruientes. erant etiā dūo fratres minores Paulus et thomas multarū linguarū periti.

Dn̄s Heinricus de schawenberg miles.

Dn̄s Caspar de Sienli miles.

Dn̄s Sigismūdus de marßbach miles.

Dn̄s Petrus velsch miles.

Dn̄s Johānes lazinus archidyaconus et canonicus ecclesie trāssiluaniēsis in vngaria. Pater Felix fabri de ordine p̄dicatorꝝ. sacre pagine lector Vlmensis et p̄dicator egregius. qui etiam antea in sancta fuit terra. multa expertus.

Die itaqꝫ. xxiiij. Augusti. que erat festū sancti Bartholomei apostoli rebus omnibus p desertū nobis necessarijs dispositis. hora vesperarū sanctā exiuimus ciuitatē Jerosolimā. et cunctā ferentes supellectilem nostrā in asinis. in Bethlehem post solis p̄uenimus occasum. In quātis autē fuerimus angūstijs inter viā istam paruā faciendū propter insidias paganorꝝ et laborē habitum cū vino qđ nos ducebamus. silere malo q̄ȝ recitare. bono respectu. Mansimus aūt biduo in bethlehem et omnia sancta visitauim⁹ loca. de quibus supra mentio ēst facta. Die autē illucescente. xxvij. Augusti exeūtes de bethlehem inclinata iam die in veterem venimus ciuitatem Ebron. vbi etiā sancta accessimus loca. speluncā scȝ duplicem. et agrū damascenū. et reliqua supra memorata. Presertim autē monasterium sancti Georgij qđ greci monachi inhabitant intrauim⁹. in quo et cathena est eiusdem martiris almi. habens ānulos. xxxix. quā sarraceni multū venerantur et circūponūt collis eorū qui a demonijs vexantur et freneticis qui ex eius contactu statim liberantur. quā et nos nostris apposuim⁹ collis exemplo sarracenorꝝ prouocati. qui itidem ante nos faciebāt. Illic prope vestigia equi sancti ipi⁹ Georgij manifeste et clare adhuc videntur terre impressa vbi quondam equitauit. de qua terra pauxillū asportauim⁹ nobiscū.

In crastino vero id est. xxviij. Augusti mane ante lucem egressi tota ambulauim⁹ die vsqꝫ post solis occasum vsqꝫ ad locū quēdā vbi inuenta solitaria et grandi quadā domo nocte eadem mansim⁹ in illa. Ibi terminātur montana et incipit planicies fructifera satis amena. faciendo iter illud transiuimus secus quoddā castellum qđ ad sanctū

Samuelem nūcupatur. Inde ad sinistram est opidum sancti Abrahe
dictū. vbi et hospitale quoddam est insigne sub ditione sarracenorū ex
quo omnibus aduenantibus et elemosinā petentibus quarūcūqꝫ etiā
nationū vel sectarū hominibus panis p̄betur et oleū cum aliquo pul=
mentario rc. Ibi per singulos dies mille ducenti panes coquūtur qui
pauperibus erogantur. Expense autē que p annū in huiusmodi elemo
sinas ibidem fiūt ad .xxiiij. milia ducatoꝝ cōmuniter ascendunt

Die altera id est .xxix. Augusti que fuit decollationis sancti Jo
hannis. mane surgentes ꝓficiscebamur in Gazeram ciuitatem
et venimus ad eā paulopost meridiem. nec tamen intrauimus
donec aduesperasceret. cōsilio ipius Trutzelmāni acquiescentes. qui id
nobis dissuasit ne forte dn̄s eiusdem ciuitatis vina nobis surriperet vt
sepe antea fecit peregrinis. Inter ꝑgendū illa die ad multas venimus
cisternas ex quibus magno cum labore sarraceni haustas aquas porri
gunt peregrinis propter deū. Juxta hāc ciuitatē Gazeram in ingressu
ficulneam quandā vidimus mire magnitūdinis. p̄sertim in latū. que
septies in anno producit ficus. et dicūtur ficus pharaonis. Itaqꝫ cum
sol occidisset ingressi sumus ciuitatē cū sarcinulis nostris. et cum ma=
gna difficultate domū inuenimus in qua manere oportune possemus.
Domus enim cōsueta peregrinoꝝ fuit nimis angusta pro tanta homi
num et bestiarū multitudine capienda. Tandem in curiā quandā sor=
didam et plenā lateribus ex luto cōfectis detrusi. nocte illa et sequenti=
bus omnibus dormiuimus sub diuo in terra. Ibiqꝫ mālsimus .vij. die=
bus. tedio maximo. egritudinibusqꝫ grauibus affecti. quia malus aer
est ibi. fallacijs quoqꝫ dolis atqꝫ fraudibus a Calino nostro et alijs in=
fidelibus multipharie fuimus circūuenti et vexati. de quibus longum
esset scribere p singula. Est autem Gazera ciuitas duplo maior et am=
plior in circūferentia q̄ Jerosolima. sed impar ei in edificioꝝ structura
Et distat ad duo dūtaxat miliaria ytalica a mari. Eratqꝫ quondā me
tropolis philistinoꝝ Gaza dicta. de q̄ habetur Judicū .xvj. qꝫ sampson
ibi ad mulierem ingressus quā adamauerat cū id ꝑcrebuisset apud phi=
listym. circūdederūt eum positis custodibus et insidijs. vt exeuntē ma=
ne occiderent. Sed sampson nocte cōsurgens media. app̄hendit ambas
fores porte cum postibus suis et sera. impositasqꝫ humeris portauit ad
verticem montis qui respicit hebron. Postea idem delusus p dalidā quā
adamauit q̄ habitabat in valle soreth. captus. et erutis sibi oculis du=
ctus fuit in hanc ciuitatē vbi eum philistei vinctū cathenis et clausū in
carcere molere fecerūt. Tandem adductus corā principibus philistym
et omni frequentia vt luderet. inuocato deo suo. app̄hendit ambas co=
lumnas quibus domus omnis imminebat in qua agebāt cōuiuia pro
eius captione. Alterā dextra alterā leua tenens. et cōcussit eas adeo for
titer qꝫ domus cecidit sup omnes principes et ceterā multitudinem que
ibi erat. Nā de tecto et solario circiter tria milia hominū vtriusqꝫ sexus

165

spectabant ludentem sampson· et ita multo plures interfecit moriens
q̄ȝ ante viuus occiderat· Domus autem illa templum dagon erat· cuiꝰ
adhuc hodie ibi cernūtur ruine·

Die tandem·ix· septembris extra ciuitatem secessimus in campū
vbi cameli stabant·xxiiij·nobis p trutzelmannū dispositi· qui et
tunc a nobis recedens Jerosolimā repedabat·calino minori in locum
suū subrogato·qui deinceps nos duceret reduceretqȝ iuxta cōdictū·

Die vero·x·septembris de campo illo nos mouentes· p planici-
es pcessimus·habentes mare magnū ad dexterā·et terrā sanctā
ad sinistram·contra nos vero ad plagam meridionalem deser-
tum magnū et vastam solitudinem in quā conabamur· Peruenientes
autē iuxta quandā villulam lebhem dictā· ad vnū miliare de Gazera·
ibi nocte mānsimus illa propter infirmos nostros· qui lento gradu ince
debant fixisqȝ tentorijs discurrimus p regionē ad colligendū paucula
ligna· Neqȝ enim sunt illis in locis nisi arbustule aride· quas radicitus
euellentes cōportauimꝰ in fomentū ignis pro coctōne ꝛc̄· Est quidem
in loco illo puteus magnus et altus sed aquis vacuus·de quo dicūt bea
tam virginem cū puero ihesu et joseph dum in egiptū fugerent aquas
hausisse et ibi pnoctasse· Inde mane crastino· id est·xj·septembris
surgentes transiuimus p zabulosam planiciem adeo spaciosam q̄ non
vidimus eius finem nisi ab occidente vbi mari magno cingebatur· tan
dem in regionē quandā venimꝰ· que lingua arabica Cawatha appel-
latur· sed latina cades· Ibi in cliuo cuiusdam arenosi monticuli fixis
tentorijs mansimus·dispersi iterū in regionem pro lignis colligendis
vt prius·et afferebatur nobis aqua in vtribus a longe· q̄ nausee et abho
minationi nobis q̄ȝ refrigerio magis erat propter eiꝰ corruptionem in
vtribus· Eadem nocte pluuiā paruā habuimꝰ· que tamen rarissima est
in locis illis· Porro inter procedendū terra magis ac magis deserta fie
ri et hominibus inhabitabilis incipiebat· Nam et ipa eadem die in ve-
rum deuenimus desertum·in quo nūquā habitauit homo·nec moratus
est filius hominis· vbi terra nec arari potest nec seri·per quā progredi-
endo non villam nō ciuitatem non opidum·ymmo nec domū aut tu-
guriū vidimus·non agros nō vineas· non ortos nō arbores· nō nemo
ra aut siluas·sed terrā solis ardoribus adustam· sterilem penitus et in-
fructuosam·torrentibus·collibus et montibus habundantē·qui horro-
ris speciem·et mortis imaginem preseferūt· Vidimus sepenumero p de
sertum quasi fumū maximū quem ab ignibus ascendere putabamus·
sed in dies experiebamur hunc pulueris et arene tenuis et subtilis· que
a vento mouebatur esse eleuationē· Nam et inde plerūqȝ monticuli fiūt
et vbi hodie via est plana·cras monte collecto· ex arena vi ventoꝝ agi-
tata·mons est et locus inuius factus· Ita pedetentim pficiscendo ve-
nimus·xij·die septembris in locū dictū Gayon· vbi in torrente lato de
solo albissimo fiximus papiliones · nec alia nobis erat aqua nisi in

vtribus corrupta· nec panes alij nisi paximates siue biscoth· nec ligna pro igne nisi radices herbarū· et omnia que de Gazera recentia tulim⁹ defecerant. Eodem sero arabes nostros vidimus subcinericios coquere panes· ¶ Rursus die· xiij· septembris in torrentem magnū incidimus· ab vtroq̃ latere montibus cinctū· quem Arabes nominant wadalar· vbi coloquintidā in copia magna reperimus·

Sequenti die que fuit· xiiij· septembris vastiorem solitudinem q̃ heri et nudiustercius intrauimus· vbi deinceps nec homines nec bestias vidimus aut aues· nisi dumtaxat struciones qui morātur in deserto· veniniusq̃ intra altissima montana et sterilissima nō nisi limpidissimis et abruptissimis petris coagulata· in loco arenoso magare dicto tentoria figentes· montes vero pro sui singulari vastitate arabice gebelhelel nūcupantur·

Porro die· xv· in desertum rigidissimū et frigidissimū cōtra morem orientaliū regionū venientes· mansimus in loco vbi gleba erat albissima et petre quasi creta· zabulum vero quasi calx postq̃ extinguitur· et vocatur locus ille arabice mynscheue;

In crastino id est die· xvj· septembris processimus p regionē nimis rigidam et latissimā que cōtra orientē finem nō habet quā eques trāsiens non potest in duobus mensibus venire (vt ferebatur) vbi hominum sit habitatio· nec tamen illa inuentā finis est illi⁹ deserti· estimaturq̃ a nōnullis q̄ sit pars torride zone q̄ue duret vsq̃ ad paradisum terrestrem· die illa in extremitatibus eius ambulantes venimus in alherock·

Die vero sequenti· id est· xvij· septembris in mesmar ad radices mōtis eminentissimi quē nominant caleb qui artificialiter videbatur factus·

Inde recedentes die· xviij· septembris pambulata terra salsuginis vbi ros· montes· valles· saxa et arena instar salis sunt· venimus in torrentem quē aquosum dicebant sed non erat·

Die vero· xix· septembris in montana venimus quibus a longe vidimus montem dei oreb· et Synai ad leuā· ad dexterā vero mare rubrū· Nam distabāt a nobis adhuc quatuor dietis· Ibi facta collatione descendimus pedites propter p̄ruptas petras et saltus p̄cipites· viā valde periculosam· et mansimus in loco qui dicitur Ramathym per diem vnam et noctem propter infirmos in cauernis suppendentibus petris latitantes· nec erat ibi aqua nec arbores aut virgulta·

In crastino· id est· xx· septembris diluculo surgentes montana asperrima ingrediebamur· vbi nichil nisi arbores quedam valde spinose erant que tūc temporis florentes locū optimo replebant odore vnde quasi recreabamur· Dicūt quidā de illis spinis dn̄icam coronā plexam fuisse· et ideo de illis assumpsimus nobiscū· Porro montes illi ex vtraq̃ p̄te vallis nō modo steriles erant sed et petrosi et scopulosi supra modum· mixtim coloris rubei et nigri et videbātur saxa in solis refulgentia q̄si essent oleo inūcta· Ibi grandem bestiam vidimus· maiorem camelo· et

asserebat calinus noster eam esse vnicornem. Ibi etiā pastorē prospexi
mus minantē gregem per crepidinem montis. qđ mirabile fuit in ocu
lis nostris. eo ꝙ diu hominem nō vidissemus aut bestiā saltem domesti
cam. Aduesperascente die mansimus in loco dicto scholie.

Porro hos inter labores et viarū difficilimarū discrimina hanc solam
meritis haud dubiū beatissime virginis et martiris Katherine habui=
mus consolationē ꝙ stellam quandā ceteris fulgentiorem post mediū
noctis semper in plaga vidimus exsurgere meridionali. quam stellam
sancte katherine appellant. Hec supra montē Synai stans viā nobis
ante diem demōstrabat. et quādocūqꝫ ab ea declinauim⁹ viam nostrā
prolongari habuimus indubitatum.

Tandem die. xxi. septembris cōtra meridiem. vallem quandā ingressi
montem sanctū Synai cūctis eminentiorē montibus in vertice mon=
tium vidimus eleuatū. in cuius aspectu gauisi sumus vltra modūm.
verumtamen longe adhuc a nobis aberat. neqꝫ vllam particularē de=
terminationem in eo cernere potuimus. sed dūtaxat molem ipam vidi
mus sub obscuram. Porro cū sol iam ad occasum vergeret. venim⁹ in
locū dictūm abalharock et est planicies magna. altis mōtibus vndiqꝫ
cincta. signāter a parte meridionali. et ibi tentoria fiximus et noctem
egimus illam. Dicitur autē ꝙ in illa planicie moyses custodiebat gre=
ges Jetro soceri sui. Et vidimus in petra cauaturā in qua dicitur ipe
vir sanctus sedisse freqūenter et dormiuisse. De illo enim loco totā pote
rat planiciem facile ꝑspicere et creditū sibi gregem. Credendū est etiam
ꝙ domus et habitatio jetro sacerdotis Madian et templum ydoli sui
non longe a campo illo distabat. Posuim⁹ autē tentoria nostra cōtra
viam que ducit inter altos montes ꝑ vallem ad interiora deserti ꝑ quā
Moyses suos minabat greges ad montē Synai. per quā et nos trāsi=
turi in crastinū eramus.

Altera die que est. xxii. septembris valde mane surgentes ad interiora
deserti ꝓficiscebamur per vallem abrūptissimis petris clausam. et ve=
nimus ad aliam planiciem arenosam de ruffa arena sicut et montes ru
bei erāt in regione illa. Erat autem planicies illa lata et vallis longa
attingens radices sancti montis Synai et in hac valle creduntur filij
israhel habitasse et ꝑ tribus et familias suas tabernacula fixisse illo te=
pore quo moyses cū dn̄o in monte loquebatur. Vidimus etiā locū emi
nentem supra petrā in modū cathedre ꝑdicantis. In quo dicitur moy
ses legem postmodū promulgasse. Cum autem vallem illam ascende=
remus adheserūt nobis multi arabes nobiscū ad locum ad quē festina=
uimus properantes. nec aliquid a nobis exegerūt. Igitur cū ad radi=
ces altissimoꝝ montiū per latam vallem cōtra austrū viam facerem⁹.
cōuertimus nos ad quandā vallem angustā et ꝓfundam. saxosam et
asperam. eamqꝫ intrauimus lento gradū. eo ꝙ via mala esset maiorē in
modū. In ꝓcessu vero monasteriū ante nos habuim⁹ sancte katherine

in radice montis Synai situm. ad cuius conspectū ingenti gaudio et vltra q̄ credi potest leticia magna fuimus affecti. Quoniā multis iā ex mensis diebus domū vel habitationem hominū non vidimus vllam. et nūc exoptatū pridem nostre peregrinationis terminū ad quem. sub oculis habebamus.

Itaq̄ monasteriū ingressi et a monachis caritatiue suscepti cunctā nostram supellectilem et sarcinas vniuersas ad cellas intulim⁹ nobis assignatas. Moxq̄ ad audiendam missam in capellam festinauim⁹ latinorū eo q̄ nondū hora esset meridiana. Reliquā illius diei partem in monasterio exegimus quieti operā necessariam indulgentes. Sed neq̄ in crastino. id est. xxiij. septembris mōtes sanctos Oreb et Synai ascēdere volebamus propter infirmos et valitudinarios. qui ex labore itineris nimiū adhuc erant fatigati.

Porro die. xxiiij. septembris ante lucem monasterium egressi. acceptis victualibus que per biduum sufficerent montē sanctum Oreb ascendere conabamur. Conscendentibus ergo nobis pperceps fons ille viuus nobis mox obuius fuit. qui ab inicio ibi miraculose emanauit. ex causa quā infra dicam. et procedentes p montis crepidinem viam asperrimam atq̄ oppido saxosam. venimus ad capellam que beate Marie titulo venerabilis habetur. in memoriā subscripte rei quondā fundatā.

Quodam nāq̄ tempore serpentes. vippere. buffones. et alia animalia venenosa adeo in monasterio et per eius circuitū multiplicata increuerunt q̄ monachi hac necessitate cōpulsi locū penitus deserere decreuerūt Verū cōmuni prius ordinata processione ipi monachi montē sanctum ascendere et locis illis valedicere statuerunt anteaq̄ cū rebus suis inde migrarent. Quo facto cum in eum locū tristes mestiq̄ redissent vbi hodie dicta capella est sita. ecce virgo gloriosa mater dñi dulcissima eis ne a loco tam sancto discederent p̄cepit. securitateq̄ pollicita mox disparuit. Monachi vero metuentes ne forte fantasma esset q̄d viderant. deū deuotius exoraūerūt vt si vera fuisset apparitio id aliquo eis signo dato ostendere dignaretur. Mox eis orantibus fons viuus desub pedibus eorum emanans. ipsos maiorem in modū letificauit. qui vsq̄ hodie iugiter scaturiens ascendentibus montē illum siue descendentibus multe est consolationi. Sed et vermes venenosi non modo procul inde aufugerūt sed vsq̄ in hodiernū diem nequeūt appropinquare loco eidem.

Ab illo loco ascendentes multo cū labore ad arcum venimus lapideū. qui ab vno latere crepidinis vsq̄ in aliud tensus in modū porte curuatur. Certaq̄ didicimus narratione q̄ nullus iudeoꝝ hanc potest ingredi portam. et hoc pluries fertur probatum.

Demū in summitatē illius montis puenientes in quandā quasi planiciem deuenimus vnde mons oreb sine alterius cuiuscūq̄ montis cōglutinatione in altum erigebatur. Nam inferiores montes omnes sibi coherent. In ipius montis oreb pede capellam reperimus sancti helie.

quam et per ostiolum quoddã ingressi sumus. Sunt autẽ tres capelle vno murorũ ambitu clause et ostio vno. Prima est sancte marine. scḋa sancti helisei. tercia sancti helie. et in qualibet earũ est indulgentia septẽnis cũ totidem carenis. In hũc locũ zelosissimus ipse dñi vates helias se recepit. postq̃ memorabile illud pegit satinus de cõfutatione prophetarũ baal. et intersectione eoꝝ qui erãt numero quadringenti quinquaginta viri. quos cõuictos et cõprehensos duxit ad torrentẽ cyson. et ibi eos occidit ad vnũ. vt diffuse habetur tercij regũ. xviij. capitulo. Quo cõperto et cognito jezabel nequissima mulier. dixit p nũciũ ad heliam. hec faciant michi dij et hec addant nisi hac hora cras posttero animã tuã sicut animã vnius ex illis. Timuit ergo helias et abiens in desertũ pcecit se subter vnã juniperum. petiuitq̨ anime sue vt moreretur. Cũq̨ obdormiuisset in vmbra juniperi. Ecce angelus dñi tetigit eũ dixitq̨ illi Surge et comede. Respexit et ecce ad caput suũ subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit. et rursum obdormiuit. Rursusq̨ angelus dñi scḋo tetigit eũ dixitq̨. Surge comede. grandis enim tibi restat via. Qui surgens comedit et bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et q̃draginta noctibus vsq̨ ad mõtem dei oreb. Cũq̨ venisset illuc mãsit in spelunca illa de qua hic dicitur. et ecce sermo dñi ad eũ dicens. Quid hic agis helia. At ille respondit. Zelo zelatus sum pro dño deo exercituũ. q2 dereliquerũt pactũ dñi filij israhel Altaria tua destruxerũt. et prophetas tuos occiderũt et derelictus sum ego solus. et querunt animã meã vt auferant eam. ꝛc̃. Ibi etiã in ostio spelunce stans vidit dñm in sibilo aure tenuis et accepit ab eo in mandatis vt vngeret prophetã pro se helizeũ filiũ Saphat. vt habetur tercij Regũ. xix. capitulo. Ab hoc ergo loco sancto ppreceps ascendentes venimus ad grandẽ petrã de mõte abscisam que in viã fertur cecidisse dũ helias in verticem montis ascendere vellet. significãs ipm prophetã in judeam prius redire debere. et heliseum loco sui consecrare vt iam dictũ est. Inde rursus in summitatẽ quandã venimus montis eiusdem. vbi in petra voraginẽ illam vidimus miraculose factam. in quã Moyses iussu dei se recepit dũ posteriora eius vidit. Optauerat equidẽ videre faciem eius dicens. si inueni gratiã coram te. ostende michi gloriã tuã. ad quẽ deus. Ego inquit ostendã tibi omne bonũ ꝛc̃. Rursumq̨ nõ poteris ait videre faciẽ meã. non enim videbit me homo et viuet. ecce inquit est locus apud me et stabis sup petrã. cũq̨ ptransibit gloria mea ponã te in foramen petre. et protegã te dextera mea donec transeam. tollamq̨ manũ meã et videbis posteriora mea. faciem autẽ meã videre non poteris. vt habetur Exodi. xxxiij. In ipam voraginẽ licet artam et strictã in qua moyses tunc stetit recurimus. peregrini se immittere solent ex deuotione. Inde in cacumen sanctissimi montis oreb. puenimus Ibi parua quedam et pulcra est edificata capella ferreo ostio firmiter clausa. statq̨ in eo loco vbi sanctus propheta Moyses decalogum in duabus

tabulis lapideis digito dei exaratã accepit·stans cũ dño solus sup ver=
ticem mõtis Synai·de quo ita habetur Exodi·xxxiiij· Ascendit moy
ses in montẽ synai sicut ei pceperat deus· portans secum duas tabulas.
quas psciderat instar priorũ·Cũqz descendisset dñs p nubem·stetit moy
ses corã eo inuocans nomen dñi·quo trãseunte festinus moyses curua=
tus est pronus in terrã·et adorans ait· Dñator dñe deus misericors et
clemens· patiens et multe misericordie ac verus·qui custodis miseri=
cordiã in milia·qui aufers iniquitatem et scelera atqz peccata·nullusqz
apud te p se innocens est·qui reddis iniquitatẽ patrũ in filijs ac nepoti=
bus in terciã et quartã progeniẽ ꝛc· Fuit ergo ibi vir sanctissim⁹ moy=
ses cũ dño·xl·dies et·xl·noctes·panem nõ comedẽs et aquã nõ bibens·
Cũqz descendisset de monte Synai·tenebat duas tabulas testimonij·et
ignorabat ꝙ cornuta esset facies sua ex cõsorcio sermonis dei·qd viden
tes Aaron et filij israhel·timuerũt prope accedere· vnde et posuit vela=
men sup faciem suã quãdo loquebatur ad eos vt habetur ibidem·
Hanc capellam aperiente nobis fratre q de monasterio nobiscũ ascen
derat·discalciatis nudisqz pedibus ꝓ reuerentia loci intrauim⁹· nosqz
vt iustũ erat deuotius ꝓstrauimus in terrã·et locũ illum in quo moy
ses legẽ de manu accepit duobus signatũ lapidibus reuerenter deoscu=
labamur·Ad latus dicte capelle spacio·xv· passuũ est spelunca quã et
ingressi sumus·in qua Moyses ieiunauit·xl·diebus et·xl· noctibus vt
legem dñi accipere mereretur· supra illam vero iam dictã speluncã est
quedã müschkea ad quã quotidie cõfluũt peregrini arabes et sarraceni
ob honorẽ moysi quẽ valde venerãtur·asserũtqz magnũ fuisse prophetã
Grandis insup est ibi cisterna bonã cõtinens aquã et frigidã atqz sanã
valde·de qua dicũt moysen aquã hausisse·vnde et fons moysi appella=
tur·p circuitũ grandes ibi apparent murorꝫ ruine· et creditur ibi olim
monasteriũ fuisse· Habet mons iste hoc singulare· ꝙ rotundius sursum
protenditur·nec alijs mõtibus cõdependet·nec tamen omnibus altior
est·sed omnibus singularior et ascensu difficilior·Sũt enim a monaste
rio in eius vsqz summitatẽ circiter septem milia graduũ·demptis locis
in quibus rectis passibus ascenditur· et nõ per gradus· Ex illo monte
sancto mare rubrũ prospeximus et synũ iudicũ ac brachiũ illud maris
eiusdem in quo pharao psequens filios israhel fuit submersus· In pfa
ta capella est plenaria omniũ peccatorꝫ remissio·ex qua egressi cõseden
tes fecim⁹ collationẽ·vt ad residuos labores essemus expeditiores·
Expleta collatione paululumqz recreati descendim⁹ de monte contra
occidentẽ pprecepş viam periculosam· terribilem· et saltuosam valde
tandemqz venimus ad monasteriũ ad·xl·sanctos nuncupatũ· vbi mo
dica facta pausatione montẽ Synai p viam adhuc longe asperiorem
et duriorem ascendimus p inuias crepidines·per scopulos pruptos·per
petras suppendentes·p horribiles saltus·perqz pcipites cliuos· p inten=
sissimos desup solis ardores·hoc vero solum habuimus refrigerium·ꝙ

duos in tali ascensu fontes reperimus aquam frigidam continentes vnde refocillabamur.

Porro cū iam pene in cacumen venissemus. reperimus collum montis adeo tortuosum ac longū q obstupuim⁹. nec alia erat nobis via. itaq p scopulos nos sursum traximus. Atq multos post labores et sudores in summitatē montis puenimus. erat autem dies. xxv. septembris. Igitur ad locū illum sanctissimū accedētes in quē angeli gloriose virginis et martiris katherine corpus ex Alexandria detulerunt. in quo etiā loco p trecentos iacuit annos sub angelicis excubijs. donec scilicet cuidam abbati fuit reuelatū. vt corpus sacrum inde tollens ad monasterium vbi iam est transferret. cū ingenti leticia et exultatione atq deuotione. nos ibidem prostrauim⁹. ipm deosculantes. ymmo nos totos in locū sacri corpusculi inicientes. eidem corpora nostra cōmensurauimus. Est autem locus ille talis dispositionis. Mons Oreb et mons ille Synai suis cacuminibus p grande distinguūtur interuallum. sed radicibus cōiungūtur. At in eor medio pfatum monasteriū. xl. sanctorū est collocatū. Verū cacumen montis Synaï vbi virgo beata katherina vt dictū est fuit deportata manibus angelicis. multum excedit cacumen montis oreb. sed et cūcta montiū cacumina per circuitū eius. In summitate autē illius saxosa quedam extat planicies. impressionem habens corporis humani nō ferro incisam nec arte aliqua factā. sed ipa solidissima petra in modū cere mollis se prebuit ad contactum corporis sacri formabilem. Sunt et ibidem ex vtroq latere sepulcri. alie quedā impressiones. signa angelice custodie pferentes. qui ab hoc sacro corpusculo credūtur nūquā discessisse. In hoc vt dixi loco supra q credi potest gaudio afficiebamur. pro eo q in extremo nostre longissime et laboriose peregrinationis. atq sumptuose termino constituti. nil nobis restare nouerauimus. nisi q ad patrium solum facie nostrā (deo propicio aliquando peruenturi) conuerteremus. Finita ergo oratione. iocundam ibi fecimus collationē. comedentes et bibentes que apud nos erant. deo et virgini sacre iocundissimas gratias persoluentes. Inde circumiacentes perspeximus regiones. et longe lateq terram contēplabamur. Videbatur autem nobis q dēpto deserto per quod venim⁹. vndiq rubro concluderemur mari. Adeo paruum videbatur a nobis distare. tribus videlicet leucis solum. cū tamen in veritate duorum distet spacio itinereq dierū. In ipso autē mari rubro plerasq vidimus insulas steriles et desertas. sed et vltra eiusdem maris rubri brachiū. altissima illa mōtana a longe prospeximus in Tebayda regione. vbi sanct⁹ Paulus. Anthonius et reliqui plurimi patres heremiticā vitā duxere. Ibi etiam videtur nominatissimus ille maris rubri portus Thor appellatus. vbi omnes naues speciebus omnimode aromaticis. ex India venientes applicant. Inde Alexandriam et inde venecias pergentes.

Vnde in nostras et alias partes deferūtur· Ibi etiam desertum Helim
et Sur vidimus·vbi moyses cum filijs jsrahel transito mari rubro· ca
stra primū metabantur· Inde ad radicem montis huiꝰ sancti applicā
tes·vbi et maiorem partē·xl·annoꝝ quibus in solitudine vagabantur
exegerunt· Insuꝑ in regione que erat inter mare rubrū et montē Sy=
nai locus nobis demōstrabatur· in quo sanctoꝝ virorū monasteriū fer
tur esse·qd modernis temporibus nemo potest inuenire·quāuis campa
narum pulsus ad omnes horas canonicas ibi quotidie audiatur·dixe=
runt tamen quidam arabes se in eo fuisse· sed mox vt exierūnt viam et
monasteriū ꝑdidisse·Nōnulli etiam ex fratribus monasterij sancte ka=
therine conati sunt illud exquirere·qui dicunt se sonum quidem audi=
uisse campanarū·sed monasteriū ipm minime īueniss e· Ex illo etiam
loco ortum vidimus amenissimū arboribus fructiferis consitū·et ꝑser=
tim dactilis copiosum·qui est fratrum ipoꝝ dicti monasterij sancte ka
therine· Ex hoc etiā loco eminenti Phasga mons maximus videtur·
Phasga autem mons est maximꝰ cōtinens in se multos particula=
res montes·Nam in hoc monte sunt Abarim et Nebo· qui sunt colles
super quos ascendit moyses vt videret terminos terre promissionis an
teq̄ moreretur et in valle eiusdem montis in campestribus Moab·se=
pulture traderetur·vt patet Numeri·xxvij·et Deutronomij vltimo·
Hic mons fuit in finibus moabitarum et amonitarū· diuidens terrā
eorum a terra amorreorū· quā postea posséderunt Ruben et gad· et di=
midia tribus manassē vt patet Deutronomij tercio· Radices vero istiꝰ
montis·tangunt mare rubrū quod est mare salsissimum sicut dicitur
Deutronomij tercio tam in textu q̄ in glosa· Vnde isti montes diui=
debant terram quam inhabitauerūt moabite et etiam amonite a terra
quā in possessionem receperunt jsrahelite· vnde vsqꝫ ad verticem eius=
dem montis peruenit moyses· et ex illo loco totā terram promissionis
fuit contemplatus· Ibiqꝫ mortuus est·et in valle eiusdem montis vbi
fuerūt campestria moab sepultus est·et vsqꝫ hodie occultatus· Suꝑ istū
montē Phasga ascendit Balaam ariolus cum balach rege moabitarū·
vt malediceret populo jsrahelitico·cuiꝰ maledictionē dn̄s conuertit in
benedictionem·vt habetur Numeri·xxiij·Ex quo patet ꝙ mons ille
fuit mons diuisionis·quia terminos maloꝝ a bonoꝝ terminis diuide=
bat·Benedictionis vero quia dn̄s per balaam prophetam benedictio=
nem populo jsrahelitico cōferebat·
Item mons speculationis quia inde moyses terre promissionis termi
nos preuidebat·
¶ Euoluto hore vnius spacio· descendimus per viam qua ascendera=
mus·et ad fontem accessimꝰ sancte katherine·vbi etiā virgulas excidi=
mus quas dicūt esse eiusdē speciei cuiꝰ erat rubus in quo dn̄s apparuit

moysi·quas etiam valere asserunt et prodesse valde morbum patienti-
bus caducum· dum eas secu ferunt· Post multū tandē laborem habitū
deuenimus ad monasteriū·xl·sanctoꝝ vbi et nocte illa quieuimus·
Hoc monasteriū olim monachis habūdabat viris sanctis· quodā aūt
tempore irruentibus in eos paganis de thor·xl· ex eis monachi marti-
rio vitam finiuēre gladij animaduersione· qui et ibidem sunt sepulti·
vnde etiā ad·xl·sanctos nūcupatur· Jam vero duo dūtaxat monachi
ex monasterio sancte Katherine illac ponūtur·multas crebro inquietu-
dines et molestias ab arabibus sustinentes· Omnia illius monaste-
rij edificia ex luto et arūdinibus constant·sola ecclesia dempta· et mu-
ro monasteriū cingente· Habetq; ortum annexū amenū satis et lon-
gum p descensum vallis·sed nō multū latum·Oliuis·amigdalis· ficu-
bus et alijs arboribus habundantē·propter qd magnos habuerūt pro-
uentus olim monachi sancte katherine ex orto illo·sed p locustas et bru-
cos ab aliquot annis omnia sunt vastata et cōsumpta· Jn eodem orto
est parua quedā capella in spelunca in qua sanctus onoffrius anacho-
riticā vitam fertur duxisse· vt in eius legenda habetur· Jn pfato mo-
nasterio cibo refecti et potu· receptisq; camelis nostris iuxta maceriā di-
cti orti descendimus in vallem·vt girando montē dei oreb in monaste-
rium sancte katherine reuerteremur· Jnuenimusq; ad radices montis
petrā oreb· vbi moyses pcussit virga bis silicem·et egresse sunt aque lar-
gissime in duodecim locis petre· iuxta numerū duodecim tribuū jsra-
hel· Est antē petra illa singularis·nulli coherens monti·sed propriū fa-
ciens coagulum·in maioris miraculi signū·Ea sup re multa habentur
Numeri·xx·capitulo· vbi inter cetera ita dicitur·Cū venissent filij jsra-
hel in desertū Syn·et populus maneret in cades·indigeretq; aqua coie-
rūt aduersus Aaron et moysen·ac versi in seditionē dixerūt· cur edux-
istis ecclesiā dn̄i in solitudinē· vt et nos et nostra iumenta moriamur·
Quare nos fecistis ascendere de egipto·et adduxistis in locū istū pessi-
mum qui seri non potest·nec ficum gignit nec vineas nec malagrana-
ta· Jnsuper et aquam nō habet ad bibendū· Tandem ad pces moysi et
aaron ait dn̄s· Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater
tuus·et loquimini ad petrā coram eis·et illa dabit aquas·cumq; edux-
eris aquas de petra·bibet omnis multitudo et iumenta eius ꝛc·
Jnde paululū pcedentes venimus iuxta locū illum vbi chore filius
ysaar·filij chaath· filij leui et dathan atq; abyron· filij eliab on quoq;
phelephi de filijs ruben surrexerūt contra Moysen·alij quoq; filiorum
jsrahel ducenti quinquaginta viri proceres synagoge· et qui tēpore cō-
cilij per nomina vocabantur steterūt aduersum moysen et aaron·et dixe-
runt·Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctoꝝ est·et in ipis est
dn̄s·cur eleuamini sup populū dn̄i·et multa huc in modum· Tandem
ait dn̄s ad moysen·precipe vniuerso populo vt separetur a tabernaculis
chore dathan et Abyron·quo facto Dathan et Abyron egressi· stabant

in introitu papilionū suarū cū vxoribus et liberis et omni frequētia.
et ecce dirupta est terra sub pedibus eoꝝ. et aperiens os suū deglutiuit
eos cūm tabernaculis suis et vniuersam substantiā eoꝝ. descenderūtqꝫ
viui in infernū operti humo et perierūt de medio multitudinis. sed et
ignis egressus a dn̄o. interfecit ducentos quinquaginta viros qui offe
rebant incensum vt habetur numeri. xvj. cap. Ibi quōndā insigne fuit
monasteriū ad sanctos Cosmā et damianū appellatū. p sanctū Anasta
sium quondā fundatū. vbi hodie duo ex fratribus monasterij sancte ka
therine manent. Estqꝫ ibi ortus et vinea in eo loco vbi res iā dicta fuit
gesta. Inde non longe est fons ille de quo moyses dedit populo bibere
aquas maledictionis. ex quo potu multi filioꝝ israhel mortui ibidem
sunt sepulti post vituli conflationē. Ibi de proximo est sepultura fra=
trum. vbi plus q̄ꝫ. ix. milia descriptoꝝ quiescūt corpora monachorum.
Ibi et vallis Tholas dicta. vbi desolatū quoddā est claustrū sancti jo
hannis climachi nuncupatū. Vbi et quedā spelunca est in qua quon
dam sancti patres artam rigidāqꝫ penitentiā egerūt. Inde in campū
venimus quendā satis latū. vbi iussit Moyses expectare filios israhel
dum ascenderet ipe et josue minister eius in montē Synai ad deūm. di
cens senioribus. expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron
et vr vobiscū. si quid natū fuerit questionis referetis ad eos vt habetur
Exodi. xxiiij. Itaqꝫ circuito p girum monte oreb. venimus in viam
vallemqꝫ saxosam et strictā per quā in monasteriū sancte katherine re=
uertebamur.

Ie. xxi. mensis septembris mane surgentes omnes nos p con=
fessiones et alias deuotiones p̄parauimus ad sacras reliquias
in p̄fato monasterio sancte katherine videndas. Igitur cōgre=
gatis nobis omnibus in ecclesiam venit abbas monasterij cum mona
chis suis. ad tumbā beatissime virginis katherine multis accensis cāde
lis circūstantes suo more antiphonas quasdam in lingua greca decan=
tauerunt. Tandem cū difficultate tumba ipsa patefacta. accessit prior
abbas ipe et cum reuerentia deosculatus est sacrū virginis caput. diui=
ne vtiqꝫ sapientie gazophilacium speciale. Pari modo omnes monachi
vnus post vnū faciebant. quos nos peregrini imitantes ex ordine se=
quebamur. sacras reliquias deosculantes cū deuotione. etiā rebus no=
stris iocalibus easdem contingentes. De bombice autē in qua sacri cor
poris membra quiescūt dedit abbas omnibus nobis paululū. quā acci
pientes animo gratissimo. intinximus in lampadem que in capella
sancte marie de rubo pendet.

Porro tumba ipa est in dextra parte chori in eminentiori loco posita
de marmore candido et polito facta. in qua sacrum virginis caput.
due manus. et quedam alia corporis membra recondita conseruantur.
Alia vero per mundū varijs sunt in ecclesijs dispersa.

Dehinc in eodem latere chori paruum est ostiolum per quod intratur

ad aliam quādam sanctissimam capellam que dicitur sancte marie de
rubo. Ibi enim sub altari est locus vbi stetit rubus ardens qui non cō-
burebatur, ad quem dum moyses vellet accedere dictū est ei. Solue cal-
ciamentū de pedibus tuis ꝛc. q̄d et nobis monachi in memoriam redu
centes iusserunt vt itidem faceremus. q̄d et fecimus atq; ita nudipedes
ingressi locum sanctū debita reuerētia deosculati venerabamur. Estq;
ibi plenaria peccatoꝝ remissio sicut et circa tumbam sancte Katherine
Sunt p̄terea plures capelle ꝑ circuitū illius ecclesie in quibus magne
sunt indulgentie. puta in loco vbi iussit dn̄s moysi vt assumptis secum
Aaron Nadab et Abiu et septuaginta de senioribus israhel ascenderet
in montem et alijs similibus. sed de hijs breuitatis amore silere malo
q̄ȝ longū frustra texere sermonem. In duodecim etiā columnis ecclesie
plures sunt reliquie recōdite. et appense tabule. eorum sanctoꝝ depicte
imaginibus quoꝝ ibi reliquie conseruātur et quoꝝ festiuitates ꝑ duo-
decim menses anni solemnisantur a grecis. Est etiam ibi capella que-
dam latinorū exilis satis et inornata. vbi sacerdotes nostri missas cele
brantes laycos milites cōmunicauerūt. Est etiam ibi ecclesia quedam
sarracenorū siue muschkea satis lata et iuxta modū eorum pulcra. tur-
rim quandā habens annexam quam arabes et sarraceni illo venientes
frequentant. Nam et ipsi sanctā venerantur katherinam. et sepius eam
veniūt visitatū. ¶ Est aūt dictū monasteriū situ̅ in valle inter medios
montes altissimos muro circūdatū. a justiniano imperatore primitus
fundatū. Estq; primū monasteriū in greca natione ordinis illius. sunt
enim monachi de regula sancti Basilij sub ritu grecoꝝ. Campanas nō
pulsant sed ānulis ereis sonitū faciūt pro cōuocatione fratrū ad horas
canonicas. Multi sunt in eo monachi antiqui. paupes cellulas inhabi
tantes et viles. factas ex luto. magnā quoq; seruāt asperitatē in vesti-
tu. et abstinentiā in victu. sunt tamē oēs proprietarij. manibus suis la-
borantes. emētes et vendentes. et liuor ac cōtentio iugiter est inter eos.
forte in penā et vltionem sue inobedientie. q2 ecclesie Romane nō sunt
subiecti. Ortū insignem et pulcrū varijs et multis cōsitū arboribus ha
bent monasterio cōtiguum et annexū. et fertur q̄ in eo orto vitulus au
reus ꝑ Aaron fuit cōflatus. Est etiā in eo lapis magnꝰ et rotūdus ad
quē d̄r moyses tabulas cōfregisse. in quibus lex digito dei fuit exarata
vbi cognouit populū ydolatrasse. Per ortū illum aqua decurrit male-
dictionis cognominata. de qua ad iussum moysi populus bibit. et inter
bibendū actores criminis et rei ydolatrie agnoscebātur. In eodem orto
vidimꝰ in summitate montis quasi vitulū quēdā grandē lapideū in
supcilio mōtis stantē. et dixerūt nobis monachi q̄ nemo eundē vitulū
superius posset inuenire. licet inferius videat̄. vnde nōnulli supsticiose
dicūt dyabolū vitulū cōflatilem illuc deportasse.
In hac valle in qua p̄fatū est monasteriū atq; etiā in alijs vallibus ꝑ
circuitum montis Synai. manna inuenitur in Augusto et septembri

duntaxat·quod monachi colligentes et Arabes· aduentantibus ven
dunt peregrinis· Cadit autem versus diem in modum roris et pruine·
appendet q; graminibus guttatim·lapidibus quoq; et folijs arborū·
cūq; colligitur in vnum cōcurrit coagulum sicut pix· et ad solem vel
ignem resoluitur· Est autē gustatum sicut mel dulce· dentibus adhe=
rens comedentis·de eo multas cōparauimus partes· ß et de ligno illo
de quo erat virga moysi sumpta· cūm qua tanta fecit mirabilia in ter=
ra egipti in decem plagis· Porro in ipso monasterio grandis quedam
est cisterna in petra incisa·aquis semꝑ quasi miraculose habūdans·Et
dicūt monachi meritis Moysi illas se aquas habere· Inde omnia vasa
nostra impleuimūs vt ꝑ desertū aquas haberemus· quia iam tempus
imminebat nostri recessus·Arabes frequēter iuxta dictū sunt monaste=
rium·et mirū inmodū ipm grauāt·ita q dietim abbas eiusdem mona=
sterij· octoginta vel centū arabes in panibus et pultibus pascere cogi=
tur· In eodem monasterio omniū nationū et sectarū ꝑsone recipiūtur
ad ordinem·exceptis solis armenis et jacobitis· recepti autē more eorū
viuere tenentur·et instituta seruare grecoꝝ·

De regressu de monte Synai versus Chayrum

A Je igitur·xxvij· septembris illucescente·rebus omnibus
dispositis surreximus ante lucē vt recederemūs· et ecce ca
pitaneus arabūm cū multis madianitis suis cōplicibus
iūra sua iniusta a nobis exigens diu nos retardauit quo
tandem placato pecunijs etiā camelarij nostri impedimē
to nobis fuere suis rixis et contentionibus quibus etiā ad votū suū cō=
pescitis·profecti sumus in feruore solis in nomine xpi et sponse sue ka=
therine·transeūtes per vallem per quā et veneramus·et nocte illa tento
ria fiximus inter montana in loco sterili et arido· vbi vix paūculam
inuenimus materiā pro ignis nutrimento·

In crastino diluculo inde descendentes venimus in torrentem quen=
dam delectabilem·petrosis montibus cōclusum· arboribus tamen ple
num·quo ꝑtransito cum in locū quendam spaciosum venissemus·ona
gros quosdam obuios nobis habuimus in decliuo montis· Inde sole
iam occidente in locū dictū Elphat venimus vbi fixis tentorijs pno=
ctauimus· Eodem sero applicuērūt ad nos quidam sarraceni quatuor
camelos oneratos pomis et piris cistis inclusis ducentes· Pater enim
monasterij sancte Katherine per singulos annos in septembri mittere
consueuit Soldano in Chayrum de fructibus qui per circuitum san=
cti montis Oreb et Synai crescunt qd munus eo gratius habet Sol=
danus quo ex locis illis sanctis sibi defertur· Inde suis caris commu=
nicans amicis· Cum eisdem ergo Sarracenis per biduum sequens

proficiscentes p torrentes delectabiles sed steriles et desertos· quorum aliqui de terra albissima sunt in regione dicta Laceraa· circūdati altis mōtibus in modum crete albescentibus· ¶ Tandem die prima octobris venimus de deuijs deserti ad regiā et tritam viam· qua a Gazera directe transitur in chayrum· Est autem via illa bipertita· cuius pars vna tendit de Chayro in Gazeram· alia in portū maris rubri Thor appellatum· in quem ex India· xvj· dierum interuallo aromatice species aduehūtur in nauibus· que non clauis aut alijs ferramentis sunt cōpacte· sed funibus quibusdam et ligneis tenaculis conglutinate· et id hac ratione· Naues enim ex india in p̄fatum portum transeūntes circa montes et scopulos magnetis necesse habent ire· Vnde si ferrum in ipsis esset nauibus· mox magnes eas attraheret et collideret penitus·

Porro inclinata iam die in torrentem incidimus dictū orondon· vbi figentes tentoria propter aquas que illic reperiebantur nocte mansimꝰ illa· Sunt enim in loco isto plures fontes viui· aquas claras scaturiētes· sunt et palme multe ibi· vnde suspicabamur illic esse desertum helym in quo filij israhel transito mari rubro castrametantes inuenerūt duodecim fontes et septuaginta palmas· vt habetur Exodi· xv· capi· Porro locus vbi nocte illa mansimus plenus erat magnis pediculis qui dicuntur pediculi pharaonis· et grādes sunt instar nucū auillanaꝝ Postera ergo die· id est scđa octobris mane surgentes et ceptū iter agentes obuium habuimus mammaluccum quendā cum quattuor camelis· venientem de thor· pergentē in Chayrū· hic vbi vidit dn̄os nostros peregrinos nobiles vna cū suis famulis armis accinctos (nam et enses et arcus cum sagittis secū tulerant per desertū) interrogauit calinū nostrum cur homines alieni per terrā dn̄i Soldani sic incederent armati· Respondentes peregrini dixerūt ꝙ dum essent Jerosolimis intellexissent quosdam pestilentes homines vagari p desertū· et passim domini Soldani saluum cōductū violare· spoliantes et depredantes p̄tereuntes· Quibus resistere inquiūt et temerarijs obuiare ausibus eorum sumus parati· Ideo nos gladijs accinximꝰ et muniuimꝰ arcubus vt illos insolentes pacis turbatores qui saluā guardiam dn̄i Soldani infringūt si forte nos inuaderent condignis afficiamus plagis· Quo responso ille cōtentus significauit nobis aliquot elapsis diebus· naues ex India cum speciebus in sepedictū portum thor venisse et actu in camelis Chayrum adduci· et inde per Nylum in Allexandriam vbi galee veneciane illis mercibus onerande q̄ttotius essent recessure· hanc ob causam maturauimus venire in Allexandriam ne naues venecianas negligeremus·

Eodem die circa meridiem ad litus maris rubri latissimum et aridissimum venimus vbi vix figere tentoria poteramꝰ· Illic peregrini quidam in noctis tenebris nos p̄terierunt qui de Jerusalem in Chayrū et inde in montem Synai transibant·

CEtera die· id est tercia Octobris ambulantes iuxta litus maris rubri· in eum locum venimus vbi Moyses filios israhel traduxit sicco pede p mare· ibi depositis vestimentis balneauim⁹ · et more patrū baptisabamur in mari· Est autem aqua maris rubri nō rubea vt vulgus estimat· sed clara et salsa similis relique aque maris magni· Dicitur tamen mare rubrū· quia terra illic rubea est et montes adiacentes ad rubedinem tendūt· propter qđ et mare ipm quasi rubrū esse videtur· Vel etiā ideo quia fuit figura sanguinis xpi in crūce effusi atq3 baptismi· efficaciam ex sanguine xpi habentis· In litore maris huius ostrearū reperiūtur conchilia diuersaꝝ specierum et figurarum· corallum quoq3 album et pleraq3 alia huiusmodi genera gemmarū· Ibi etiam in maris huius insulis lignū crescit rubeum ad modū presilij· In ipso littore consedentes in iocunditate comedimus et bibimus que habebamus· vnde surgentes ad fontes Moysi venimus sic dictos· quia ibi habitasse cum filijs israhel perhibetur· Inde a daquatis gregibus recedentes venim⁹ in campū dictum hanadam adhuc iuxta litus maris· vbi et mansimus nocte illa·

MAne sequentis diei procedentes p litus maris venimus ad mōtana vbi mare rubrū finitur· Ibi magnifica quedā opera vidimus olim inchoata p regem quendā egiptiorum qui volebat mare rubrū deducere vsq3 in Nylum· et ita orientem et occidentem colligare vt naues ex India per mare rubrū in Nylum deuenire· et inde in mare magnum descendere possent ꝛc· Vnde montes et colles petras et saxa pro meatu maris faciendo iussit transfodi· sed hoc opus grande non pfecit resistentibus sibi sapientibus egipti· quia per influxū maris rubri aqua Nyli dulcis et apta ad potandū amaricaretur· et sterilis etiam fieret ex fecunda· atq3 hijs in vnum cōfluentibus aquis· magna pars egipti aquarū inūndantia posset absorberi· Ita hijs et alijs causis ceptū negocium mansit infectū·

Ex hoc loco pergentes venimus in campū Chas dictum· vbi nec papiliones erigere ob ventorum impetū poteram⁹ nec aliquod ignis fomentū inuenire· Vnde confractis ligneis vasis nostris vacuis puta lagenis ignem ex eis accendimus· vt vel offam vnā coqueremus·

Media ibi nocte exacta recessimus· iter laboriosum p latissimos et prorsus steriles campos tota die illa· id est· v· octobris conficientes· vbi nec virens aliquid vidimus· nec aquam reperimus· neq3 tentoria figere poteramus· eo ꝙ tenuissima arena que illic est copiosa funiū clauos tenere non posset et ita sub diuo dormire oportebat·

In crepusculo die· vj· octobris· surgentes processimus per loca arenosa et sterilia· et tandem ad montana venimus zabulosa que non sunt stabilia· sed secundum ventorum flatum mouentur de loco ad locum· sic videlicet ꝙ non simul et semel sed successiue tollit ventus et fert

superiora zabuli· et in aliam partem traicit· quousq; nil ibi remaneat· zabulo de priori· In fine illorũ montanoꝝ congregationem vidimus aquarũ multarũ instar maris et ciuitatẽ quandã ac terrã fertilissimã oliuis palmis et alijs arboribus repletã· Erant autẽ ille aquarũ cõgregationes de nobilissimo paradisi fluuio Gyon· qui nũc Nilus nũcupatur· quo tota egipti terra fecũdatur vt patebit in processu· Igitur contra aquas illas processimus et venimus in villam Mathaream dictã· vbi ortus balsami est· Cũ omnibus autẽ rebus nostris introducti sum⁹ in domũ illam in qua fons beate virginis emanat qui irrigat ortũ balsami domui eidem annexũ· Ibi rebus nostris locatis· camelarijs nostris et ipsis camelis licentiã dedimus quos dũtaxat ad locũ illum cõduximus· quo facto misimus nunciũ in Chayrũ (parum enim distat a Matherea duobus videlicet miliarib⁹ germanicis dũtaxat) et trutzelmanno chayrino nostrũ denũciauimus aduentum· petentes vt ad nos veniret· inq; vrbem nos deducere dignaretur· Nullatenus enim absq; eius tuitione possent xpiani vel iudei ciuitatẽ illam potẽtissimã ingredi cum salute et pace· Hic nostro cõperto aduẽtu multa comitatus caterua clientũ ad nos venit volens nos statim Babiloniã introducere Verũ propter loci illius in quo eramus amenitatem atq; singularitatem (nam post heremi vastitatẽ et horrorem solitudinis· desertorũq; sterilitatem locoꝝ· magnope nos ortoꝝ amenitas delectabat et terre habundantia quia solo vino dempto omnia ibi reperimus bona que desiderare poteramus pro cõpetenti ꝑcio· et aq̃as ꝑsertim dulces claras et frigidas que rare nobis erant in copia magna) placuit nobis vt die illo ibi possemus manere vsq; in crastinũ qđ et trutzelmannus ãnuit· hac tamen cõditione· vt vnus ex familia dñoꝝ lutanista videlicet Cõradus nomine secũ ꝑgeret quia et trutzelmãnus ipe in eiusmodi instrumentis musicalibus erat peritus· quã adiectã libenter admisimus conditionẽ dũ voto potiremur de manendo· Erat nãq; circa nos fons ille singularis· de quo ipsa virgo gloriosa· et ihesus fons pietatis· Joseph quoq; virtutis exemplum bibisse dicuntur· Antiqua nãq; patrũ habet traditio q dum joseph ꝑcipiente angelo a terra israhel fugiẽs cũ puero ihesu et maria matre ei⁹ huc loci venissẽt· circuibat ꝑ domos ville ꝑfate scilicet matheree aque potũ petens· sed nõ erat qui tribueret· Tandẽ virgo fatigata ex itinere se cũ puero ihesu hoc in loco ad pausandũ collocauit joseph assistente· Cũq; siti graũi estuarent ecce fons ille memoratus ad virginis latus emanauit· de quo bibentes refocillati sunt· Tam nobiles autem fons ipse aquas scaturit q ibi balsamũ ortũ est nec vsquã hodie per totũ mundũ nisi de illius aque crescit fecunditate· Quãq; veteres gentiliũ historie narrent balsami vineam in mõtibus Engaddi primũ fuisse exortam· et per cleopatram reginã egipti inde eradicatam huc loci fuisse translatam· Hoc tamen certũ est et frequenti experimento cõpertũ q si ramusculi balsami de isto sumantur orto et in alio loco

plantetur mox arescunt et depereunt. Ad huius autem aque rigationē
duntaxat virescūt qua deficiente deficiunt. Hoc summus quidā pon
tifex romanus. hoc multi tēporum successu Soldani temptarunt cona
ti vineam istam alibi plantare. sed vt dictū est inuanum laborauerūt.
quia non nisi ex hoc fonte balsamum suo manet in flore. Sarraceni au
tem magnum circa fontem illum puteum foderunt. de quo quatuor bo
ues aquas hauriunt. et dum eiusdem aquas putei in balsami ortum p
cannalia infunderēt. vt sic copiosius irrigaret mox virore decreuit vir-
gultorum. et ita coacti sunt cannalia de puteo in fontem virginis ma-
rie dirigere et de ipso fonte in ortum mittere. vt sic aque putei commix-
te cū aqua fontis fecūndarēt ortū illum quibus et hodie irrigatur.
In crastino facto mane circa fontem sanctū solemne officium misse de
virgine gloriosa celebrauimus. et ita finita missa ibi mādicauimus que
apud nos erant. et bibimus ex aquis illis. magnope fonte ipo delectati
Nam et quidā ex nostris in ipm se aliquotiens fontē immersere. robu-
stiores exinde se euasuros sperantes. Nimirū nā et sarraceni. freqūcti se
ibi abluūt baptisatione. Porro domus in quā eramus intrusi spaciosa
erat et deliciosa ex qua p fenestras in ipm balsami ortū prospicere pote
ramus. Vnde odor mirificus spirans suauissima sua fragrantia locū
nostre habitationis impleuit. Post aliquot horas supuenit trutzelman
nus iuxta condictū vt nos cōduceret in babilonem. quem nō modico
dato auro exoratū fecimus. vt in ortū illū delectabilissimū nos antea
sineret introire q̄z inde recederemus. qd et fecit per paruū ostiolum nos
introducens. vbi ingressi arbores virgulta et herbas diuersarū vidim9
specierū. Erant autē quedā adhuc in flore. quedā vero in fructu. quedā
in scda iam refloritione. et odore suauissimo redolebāt. In primo mox
ingressu sicūlicam quandā grandem et peruetustā sub oculis habeba
mus. cuius trūcus magnā pferebat cauaturā. ante quā due pendebant
lampades ardentes. cuius rei dum inquireremus causam dictū nobis
fuit q dum virgo gloriosa illic peregre viuens nullum haberet locum
ad quiescendū et ipa cū puero ihesu se ad arborē illam quietis gratia re-
clinasset. statim arbor se aperuit et virginem cū filio intus recipiens cō
gruū requiei pbuit locū. et ob id sicut fontem pfatū ita et arborem istā
venerantur nō modo xpiani sed et sarraceni. Ex huius arboris fructi-
bus quia plena pendebat pomis qui ficus dicūtur pharaonis. de licen
tia comedimus trutzelmāni. Inde procedentes ad aliam quandā mi-
rabilem venimus arborem cuius folia. xv. aut. xvj. pedes habebant in
longitudine. in latitudine vero duos aut pauloplus. fructus autē eius
poma sunt oblonga. quorum. xviij. xix. aut. xx. in vno cūlino crescunt. si
cut vue multe in vno racemo. Sūt autē poma illa dulcissima quando
ad debitā peruenīūt maturitatē et dicūtur musi. et quacūq3 parte scindā-
tur vtraq3 pars scissure crucem cū crucifixi imagine gerit impressam.
Et fertur pro certo q lignum scientie boni et mali. cuius fructus erat

vetitus illicitis fuerit speciei cuius et arbor hec. Dicitur etiã q̄ olim ante
papiri inuentionē in folijs hui⁹ arboris prius exsiccatis antiqui scribe-
bant. Habēt enim folia illa a summo vsq deorsum rectissimas lineas
ordinate ab inuicē distantes sicut hodie arte fiunt in papiro vel perga-
meno. Inde p̄ odoriferas et varias gradientes herbas venimus ad quā-
dam maceriā ex luto et arūdine cōpactā. vbi erat ostiolum paruū ẜ re-
pagulis et seris ferreis firmiter clausum. ante qd custodes stabāt cum
fustibus et lignis nobilissimū balsami ortū custodientes et obseruātes
ne quis illum ingredi possit. Ibi iterū nouo dato argento custodibus
hoc nos ordine intromiserūt vt sex dūtaxat simul ingrederētur. quibus
egressis iterū sex introirent et sic consequēter. hac etiã cautione data vt
nullus nostrū de ramusculis aut de folij⁹ plante illi⁹ nobilissime p̄su-
meret vellicare. Precedente itaq trutzelmāno et ad sensum singulis de-
monstrante que longe ante de balsamo legimus et audiuimus nostris
in terris. Nam ramusculum digitis apprehendens cōtra solem cū flexit.
quasi circulum faciens. ex qua flexura crepante paululum ramūsculi
cortice. gutta quedā clara et crassa instar olei inde sudauit. qua erūpen-
te tota aeris supficies miro replebatur odore. et hoc probatissimū balsa-
mū erat. Plures id nobis cernētibus et āmirantibus trutzelmānus fa-
ciebat. sed et manū cuiuslibet nostrū ab intra dicto oleo vngebat. que
quidem vnctio tante erat virtutis et efficacie. q̄ mox manū penetraret
et ab alia manus pte sentiretur. Folia etiā balsami manibus pressa et
ramusculi dūtaxat fricati. cōsimili redolent odore. Porro virgulta bal-
sami vix ad mensurā hominis porrigūtur in longū. similia pene illis
virgultis in quibus botri crescūt qui dicūtur vulgato vocabulo apud
nos botri sancti johānis. Ter autē per mensem decembris stipites bal-
sami cultello inscidūtur in corticibus. et sub scissura vitriola ligantur.
in q̄ guttatim oleū balsami de vulnere stillat et fluit. et qd primo inde
colligitur dn̄o dūtaxat Soldano reseruatur. qꝛ optimū balsamū est.
de quo si quis alius colleret morte mox plecteretur. Inde ipse quatuor
potentissimis regibus suis cōuicinis encenia transmittit. videlicet ma-
gno cham de Cathey. presbitero Johanni. ysanssa dn̄o tartarorum. et
magno Turco. Qd autē secūdo colligitur et tercio nō est adeo excellēs
vt primū. et id venditur Chayro. raro tamē purū. sed vel oleo vel aqua
rosacea vel alio liquore pmixtū. Itaq p ortū illū amenissimū transeū-
tes maiorem in modum delectabamur varietate virgultoꝝ. et rapieba-
mur ex hoc in hoc. āmirantes vehementer tam subitam terre illius alte-
rationem. Nam extra sepem quo villa cingitur matharea omnia sunt
loca inculta. arida. sterilia. et solis ardoribus cōbusta. magno deserto
continua p qd veneramus. Sed si quis recte cōsideret eiusdem loci si-
tum mox desinet āmirari. nam nobilissimus paradisi fluui⁹ nylus sue
inundationis tempore in mathareā vsq contingit et totā terrā infun-
dit. et ita eam reddit fecūdam. nec dubiū quin fons beate virginis ortū

irrigans p̄dictum ex nylo per occultos terre meatus originem sumat.
Est autē Nylus qui et gyon. fluuius mesopotamie de paradiso exiens
Et dicitur limatus vel terrens q2 turbidus est et limosus. Oritur autē
non procul ab athlante et circuit terrā ethiopie. et descendit p egiptum
irrigans planiciem eius. Vnde dicit Jeronimus sup Amos. sup verbo
defluet quasi riuus egipti ꝛc. Nylus dispositione dei totā egiptū semel
in anno irrigat. cūmulis arenarū claudentibus ostia eius ne defluat in
mare. Post irrigationē autē solutis cumulis redit in alueum suū. et sic
tandem mare ingrediens a mari absorbetur. Hic fluuius nutrit repti-
lia multū nociua et venenosa. sicut cocodrillos. et bestiolam que dicit
Enidros. de qua ysidorus libro. xij. cap. ij. Enidros inquit est bestiola
ex eo nūcupata q in aquis versetur et maxime in nylo. que si inue-
nerit cocodrillum dormientē. volutat se in luto primo et intrat per os
eius in ventrem et carpit omnia interiora ei9 et sic moritur. Dicit etiā
glosa sup. xxij. cap. Ecclesiastici q gyon qui et nylus. fluuius turbu-
lentus est et multū cōtrahit limi. vnde limositatis ratione quā secū du-
cit. terrā per quā transit frugiferam et valde fertilem facit. Hec glosa.
Constat nimirū q tota terra egipti de se sterilis est et infructuosa. sed
Nylus eam p̄terfluens nō modo vnda sua pfundit sed et secū nobilissi-
mam glebam de paradiso defert quā terre sterili supfundit. in cui9 rei
signum et euidens testimoniū aqua nyli nō nisi turbidissima aduenit
egipto. qua decrescente terram quā operuerat derelinquit terra aliena
pingui et optima coopertā. de cuius seminali ratione nobilissimi gene
rantur fructus. Et quia vt dictū est vltra sepes mathereē nylus nūquā
redūndat ideo vltra eā locus est desertus. intra vero eam locus paradi
see voluptatis.

De ingressu ex Matherea in Chayrum

IGitur cū p̄dicti viridarij amenitatem plustrassemus. aduespe-
rascente iam die exeūtes mathaream cum trutzelmāno versus
Chayrū properabamus. habentes a dextris ortos pulcerrimos
varijs arboribus consitos et fructibus cumulatos. in quibus palacia
in castrorū modū videbantur extructa ita q chayrū ciuitas in matha-
rea pene iniciū habere videretur. eo q orti illi cum domibus a matha-
rea cōtinue vsq3 in chayrū protendūtur. a sinistris aūt nō nisi sterilem
vidimus terrā quā nyli excrescentia non attingit. a dextris vero p or-
tos p̄dictos in modū maris se effuderat. ita q arbores et edes in aquis
stabant. Clara igitur adhuc die Chayrū sumus ingressi. sed priusq3 ad
hospiciū veniremus ob longū vrbis spaciū et iter magnū profunda iā
nox erat et tenebre ingruerant ita q nō absq3 multis angustijs et labo
ribus ad domū ipsius qui nos alonge p̄cessit trutzelmāni puenimus. p
vicos longos populosos et artos. ipm sequentes. grauiter a paganis
vexati tracti et inclamati. Tandem in suā receptos curiam trutzelmā
nus noster in palaciū quoddā pulcrū et p̄ciose pictum ac stratum nos

introduxit· vbi noctem egimus illam· Mane autē facto distinctas no=
bis cameras assignauit in quas res nostras intulimus· Et q̄uis melius
apud alios fuissem⁹ hospicio suscepti et tractati· tamen ei⁹ absq̧ graui
offensa inde exire nō satis honeste poteramus· Fuerat autē ipe trutzel=
mānūs noster iudeus natus sed relicto iudaismo ad baptismū conuo=
lans factus fuerat xp̄ianus· Demū etiā fide nostra abnegata apostata
factus est et mamalucus· et ita a Soldano officijs exaltatus p̄diues et
p̄potens euasit ex pecunijs iudeoꝝ et xp̄ianoꝝ quoꝝ ꝓtector et ductor
a Soldano est constitutus· a quibus et pecunias ꝑ phas et nephas cū
dolo et fraude extorquet·
Porro cū die illo in hospicio prefato essemus· varie ad nos bestie mon=
struose adducebātur ꝑ mauros de castro dn̄i Soldani pro spectaculo·
de quib⁹ breuitatis gratia supsedeo· Et ne tedio afficeremur ipe hospes
et patronus noster p̄dictus ad habitacula domus sue nos circūduxit·
ostendens nobis vxores suas duas et eunuchos earū· paramēta quoq̧
bellica et arma· sellas ac frena equoꝝ deaurata et domus omnis sue or=
namenta varia et p̄ciosa· Habebat autē bestiā quandā inclusam· que
vexata materiā quandā egerebat redolentem per omnia in modū mus=
ci que nō venditur nisi equali pondere aurū remetiatur·
¶ Tandem die sequenti que fuit· x· octobris feria scʒ sexta quā celebrem
habent sarraceni· festinantes in ea· domum exire nequaq̄ʒ poteramus·
Quo in tempore xp̄ianus quidā ferreis cōpedibus vinctus ad nos ac=
cessit elemosinā et pecuniā aliquā a nobis mendicans pro sua liberatio
ne· Nam duos in Alexandria pueros a quodā emerat mauro· q̄d q̄
contra legem machometi est· accusatus de hoc· biennio in carcere fuit ob
id detentus· Eodem sero cū sol occasum peteret ꝑmittēte hospite nostro
ex sublimioribus domus locis festa vidimus sarracenorū· Habebant
enim tūc solempne ieiuniū quod per mensem integrum octobris singu=
los per annos obseruāt· Est autē ieiunij eorū ritus iste· Per diem totū
a solis ortu vsq̧ ad eius occasum nec comedūt nec bibunt· sed dormiūt
et requiescūt· Mox autem vt sol occidit multa accendūt luminaria in
turribus muschkearum suarū et clamoribus ac vocibus altissonis fidei
sue pronūciant ꝓfessionē· quo facto incipiūt crapulis et cōmessationi
bus se replere· et luxurijs ac supsticionibus insolencijsq̧ multis vacā=
tes· noctem totā ducūt insomnē· discurrentes etiā per ciuitatem cū ta=
bulis ligneis clamoribus et vlulatibus sonitum faciunt et strepitū
multūm· vt siqui somno fortassis grauētur ꝑ hec excitētur ad ingurgi=
tationes et insanias suas solitas· Et hoc per singulas noctes hui⁹ mē
sis octobris faciunt· seruata tamē differencia secundum sub et supra se=
cundum q̄ dies magis uel minus ab eis habentur solennes· quo enim
festum maius eo nocturna dissolutio maior· Hec videntes ammiraba
mur· p̄cipue de tot mille turribus et lampadibus innumeris quibus

singule turres tribus per circuitū ordinibus illuminate decorabantur et resplendebāt. Nā et vrbs tota a luminarib9 turriū instar clare diei illuminabat. Siquidem q̄ inter sarracenos locupletiores ceteris sunt. in testamentis suis bona sua pro huiusmodi luminaribus siue lampadibus augendis et multiplicandis. edificandisqȝ muschkeis et turrib9 et nutriendis hijs qui in eisdem sic clamitent. legare solent et cōtribuere. sicut apud nos diuites. ecclesias fundant et missas.

Die xj. octobris plures ex mămalucis venientes ad nos querebant si quos forte cōpatriotas siue conterraneos inter nostros inuenissent. Inter quos vnus dūtaxat alamanus erat ex basilea natus. Plures autem vngari viri graues et ꝑsone egregie ad dn̄m Johannem archidiaconū et canonicum ecclesie trāssiluanensis venerunt. virū religiosum et doctū. cōuersatione quoqȝ benignū et iocundū qui multa apud illos bona operabatur suo hortatu et exemplo. Nam plures eoꝝ data fide in manibus eius iurauerūt ꝙ quātotius ad sancte matris ecclesie sinū redire et super apostasia condignam agere penitentiam vellent. Ipse etiā matrimonia eorum more sarracenico contracta sacramentali ritu rectificauit. et infantes quosdā baptisauit. Hec autem omnia clam in domo cuiusdam vngari fecit. qui habitū officium et nomen p̄seferebat mămaluci. sed reuera non erat. neqȝ enim fidem abnegauerat neqȝ circūcisionem acceperat. sed cor gerebat fidele sub sarracenica veste. cuius rei Soldanus ipse et duo alij de curia erant conscij. sed propter viri probitatem quia in armis strēnuus erat et corporis robore et animi magnitudine prestans. hoc ip̄m celabant. scientes pro certo ante eum moriturū q̄ȝ negaturū fidem. vnde et Soldanus sibi et quibusdam alijs bonis viris ꝑ literas prouidit. vt ip̄o mortuo a seruitute qua Soldano pro tempore obligantur seruire. sint penitus absoluti. Is p̄fatus mămalucus humaniter se nobis exhibens. ob gratiā memorati dn̄i Johānis ad multa nos loca per ciuitatem circūduxit et secretiora pleraqȝ ostendit. Paucos ibi vidimus mămalucos qui non dicerent. verbis saltem. ad sanctā ecclesiam catholicam se reuersuros. quin et ip̄e patronus noster pluries asserebat suā se velle ꝑfidiam deserere. et redire ad xp̄ianismū. nam et ambe sue vxores erant xp̄iane. et pariter baptisati. Id enim certū habetur ꝙ omnes mămaluci pueros suos masculos faciūt baptisari. nō ob id quidem (multorum opinione) vt pueri salutem consequantur anime. neqȝ vt in fide xp̄iana perseuerent. sed vt in paternis bonis et officijs fiant successores. Nam abolim omnia mămalucorū bona. dum rebus excedūt humanis. soldano cōfiscantur nec potest quispiam sarracenus vel more sarracenico natus. pūta non baptisatus. fieri mămalucus. idcirco mămaluci filios suos baptisatos mox vbi discretionis annos attingūt. Soldano sistunt. pollicentes se fidem xp̄i abnegaturos si paternis bonis et officijs succedere sinantur.

Quo admisso fidem abnegant· et in locum patrum surrogantur· quod aliias nequaquam fieret si ab vtero in Machometica perfidia nutrirentur· Esto quod ita sit· bonum tamen est nomen saltem xpi et sacramentorum eius vsum· inter gentes remanere· affectumque in eis foueri ad ritum natalem· Indubitatum enim est michi quod si puri sarraceni terris illis dominarentur· locus nobis xpianis latus et accessus ad loca sancta trāsmarina minime pateret· ob implacabile eorum in nos odium et inexorabiles inimicicias· quibus nobis sunt infesti· sed quia Soldanus ipse et omnes sui cūriales et armigeri atque prefecti locorum sunt māmaluci· protegimur ab eis·

Die· xij· octobris audita missa (nam dominica vicesima post octauas sancte trinitatis currebat) didicimus quodam nobis referente quod galee veneciane in portu existentes Allexandrino· speciebus aromaticis onerarentur· atque ad celerem pararentur recessum· quo ex rumore plurima fuimus affecti iocunditate· quod in eisdem galeis repatriare sperabamus· Eodem die post cuiusdam adducte bestie quā coppin nominant ludū visu mirabilem· tres xpiani captiui et pene nudi vincti cathenis· lamento miserabili suas deflentes calamitates· elemosinam a nobis precabantur· Hanc enim sarraceni discretionem suis obseruant cū captiuis· quod tribus in septimana diebus eos ex suis emittūt custodijs· cathenis vinctos· et per vicos populosos et curias maiores pro petenda elemosina circuire permittunt· sub manu custodū· et quicquid ibi acquirūt id tenere et in cibos expendere· vel etiam inde se liberare et redimere sinūtur·

Aduesperascente iam die cū tempus sarracenice cōmessationis et dissolutionis incūberet· omnis hospitis nostri familia insanire cepit et cantare et corizare· et cū instrumētis musicis ludere· ipse quoque patronus cū duabus suis cōthoralibus cultu meretricio exornatis· vna cum concubinis et ancillis· accensis candelis· lectos nostros circuierunt· vt risus et leticie materiā et causam acciperent ex nobis· vnde et noctem illam habuimus opido inquietam propter clamores et insanias sarracenorum cum strepitu et impetu per vicos et plateas currentium et vlulantiū in turribus· vt illo in tempore moris est sui vsitati·

Die xiij. sumpto prandio in partes nos diuidentes. tres aut quatuor simul et non plures. vicos intrauimus mercatorū. vbi tantam vidimus hominum multitudinem. tantaqȝ erat pressura sicūt esse solet Rome ad sanctum Petrum in anno iubileo. et tot venditores et emptores qȝ visu mirum. et pene incredibile est auditu. Neqȝ arbitror tam populosam tam grandem tam ṗdiuitem atqȝ prepotentem hodie sub celo esse ciuitatem. sicut est ista Chayrū babilonica. Ibi armis et pannis sericis comparatis et bestijs quibusdam monstruosis. in forum venimus vbi homines sicut bestie vendebantur. et compatiebatur anima nostra paruulis ibi sedētibus qui suā venditionē expectabant. Cūqȝ mamalucus qui ductor noster erat hinc inde nos circūduceret. venit mercator quidam inquirens ab eo quanti precij schlaui illi essent quos sic circūducebat. Ad qđ mamalucus ipse subridens parui inquit sunt precij homines illi in foro isto. cito autem ad aliud ducentur forum vbi incoparabiles erunt. Neqȝ tamen ad hec verba emptor ille desijt. sed pro ṗsona qualibet decem obtulit ducatos mamaluco. donec tandem cōperit eos nō esse venales.

Die vero. xiiij. summo diluculo venientes duo mamaluci a patrono nostro conducti. scđm numerū ṗsonarum asinos et mucrelos (id est asinorū ductores) disposuerant. vt nos ṗ vrbem ad loca quedā ducerent videnda. Igitur egressi hospiciū transeūtes per vicū vnum et per vetustissimā quandā ferream portam. venimus ad populosissimas plateas. vbi post multas derisiones et acclamationes probrosas. occūrrerunt nobis homines multū miseri et miserabiles. cathenis inclusi simulqȝ colligati. elemosinas a nobis postulantes. Inde per numerosos hominū cuneos penetrantes. in locū quendam venimus vbi supra modū cōpressio hominum magna fuit. Nam barbarus quidā mercator vtriusqȝ sexus homines plurimos habebat venales. ita leui precio et exiguo ac si fuissent res furto ablate. et pro illis emendis tanta cōfluxerat hominum multitudo. Inde pulcra quadā platea ṗtransita. vbi multe edes alte et noue circūstabant (nā locus ipe quinquēnio dumtaxat euoluto desertus factus fuerat. et arūdinibus plenus nūc autem dictis edificijs decorus) ad sinum quendā nyli venimus. in cuius litore schlaui multi de luto paleis resperso lateres conficiebant et cōfectos soli exponebant coquendos instar filiorū

israhel qui in luto et latere pharaoni servientes in egipto· tandem propter onera clamauerunt ad dñm· qui misit eis liberatorem seruū suum moysen·

Ibi etiam locus ille fluminis quondam fuisse videbatur vbi moyses ipe infantulus in carectam ripe fluminis stante procul sorore ei9 et cōsideranti euentū rei fuit proiectus· et tandem descendente filia pharaonis vt lauaretur in flumine· gradientibus secum puellis per crepidinē aluei in fiscella cirpea fuit inuentus in papirione· vt habetur Exodi·ij

Ibi namq3 erat pons arcuato opere factus per flumen vbi egiptij mares hebreorum iuxta pceptum pharaonis proiciebant in aquam· vt habetur in dicto capitulo·

Inde ad maceriam orti cuiusdam ascendim9 vbi quondam arbor ingens stabat sub qua virgo maria cū puero ihesu fertur quieuisse· quam arbustam et xpiani et sarraceni multum venerabantur· sed suspensis in quibusdam sediciosis mox arbor aruit ruitq3 solotenus· In cuius rei memoriā sarraceni erecta ibi columna lapidea· factum hoc aureis in ea literis scripsere· Hinc ad stationem nauiū multarū in nylo profundo et lato venientes· maximā circa illas vidimus negociationem·

De Babilonia egipti·

Tandem per quasdam vetustissimas et spissas valde horribilesq3 portas intrauimus Babiloniam· Sed hec babilonia non est illa que fuit secus fluuiū chobar· sed dicitur babilonia egipti· que paruo diuiditur interuallo a Chayro· ita q non duas faciūt ciuitates sed vnam· cuius pars altera dicitur Chayrum· altera Babilonia· et ipsa tota nomine composito Chayrūbabilonia appellatur· et creditur q olim fuerit nūcupata menphis· deinde babilonia· et tandem Chayrū· quod interpretatū idem est q confusio siue babilonia·

In hac Babilonia ante tempora pharao rex egipti morabatur in ingenti palacio· quod hodie penitus est desolatum· Ibi etiā tūc temporis metropolis egipti siue ciuitas maior erat vt ex ruinis eius potest cognosci que hodie videntur·

Transeuntes autē per vicū longum ad cuiusdam ecclesie fores deuenimus· quam cristiani possident de cingulo siue cinctura dicti· qui sunt de fide sancti pauli· Ingressi autem ecclesiam descendimus in criptam

sub choro· et ibi asserūt locum esse vbi virgo gloriosa maria cum puero
ihesu et joseph sancto· septennij spacio manens latitauit·
Inde ad quatuor alias ecclesias quas xpiani orientales tenent duce=
bamur· in quibus aliqua sanctoꝝ corpora requiescunt· Inde per mul=
ta procedentes loca de quibus mira ferebantur· tandem ad radices mō
tis venimus· super quo castrū Soldani est situm· vbi plurimos habui
mus obuios mamalucos qui de exercicio suo solito reuertebātur· Nā
singulis diebus vel ad minus ter in septimana· exeunt mamaluci cu=
riales in planiciem sub mōtibus et ibi se in bellicis exercent rebus· ascē
dunt etiam in saltus et loca altiora· actus militares agentes vt nō mo
do in vallibus et planicie· sed et in mōtibus et collibus seip̄os et equos
suos exercitent ad pugnam et cursum ꝛc̄· Multos ibi vidimus deco=
ros iuuenes candidos et rubicūdos· similes nobiliū patrie nostre filijs
Eratq̄ numerus mamalucoꝝ tunc temporis ad· xxij· milia· qui nume
rus vt cōmuniter cōtinuatur· succedentibus vt dictum est filijs in loca
patrū· suntq̄ vt in pluribus mamaluci illi de schlauonia· albania· zir=
kassia et ytalia· perpauci vero de alamania· Hij nos pacifice p̄tereūtes
nullam nobis molestiam intulerunt·

De contemplatione Chayri ex monte

Cum autem p̄terissent· cliuū montis ascendimus per viā sa=
tis periculosam· nec manere in asinis poteramus propter p̄=
cipitem ascensum· Tandem multo labore in cacumen veni=
entes· mox oculos coniecimus ad ciuitatē considerandam.
que profecto magna est· et dicitur hodie esse maior ciuitas in orbe· Qui=
dam enim qui id certum habebant asserebant eam in latitudine duode
cim milia centū septuaginta duos passus habere· in longitudine vero
quindecim milia centum et septem passus· Dicitur etiam q̄ numerus
parrochiarū siue vt aiūt contratarum in ipa vrbe· ascendat ad viginti
quatuor milia· Verū ex illis nō nisi quatuordecim milia huiuscemodi
cōtratarū portis et seris singulis noctib9 claudūt· Castrū vero Solda=
ni tantū in magnitudine spaciū occupat cū sua circūferentia· quātū fere
opidū Vlmēse· vel ps altera opidi Nurēbergēsis· ita q̄ eques sub q̄tuor
horaꝝ interuallo sine intermissione faciēs iter· lōgitudinē ciuitatis fo=

te posset transire· ipsam vero totã per nouem vel decem horas circuire·
Nam latitudo eius in plerisq̃ locis dimidie leuce germanice occupat
spacium· In plerisq̃ plus Muschkeas p̃ciosissimas et plurimas cũ tur-
ribus valde altis habet· et credo q̃ Rome nũquã tot fuerint ecclesie· si-
cut ibi sint muschkee· omnes ex marmore polito fabricate· Ita proch-
dolor sathanas· suas ibi synagogas ampliauit et multiplicat·
Porro edificia in ista vrbe deforis exilia satis sunt et turpia· vtpote ex
luto et latere exstructa· sed deintus comptius disposita sunt et ornata·
mansionibus et habitaculis pulcris distincta·
Preterea populosior est ciuitas illa q̃ alia vlla sub sole· crediturq̃ q̃
tota ytalia vix tanto habundet populo vt vrbs hec sola· Nam longe
plures in ea sunt homines qui proprijs carentes domibus dormiũt sub
diuo q̃ sint venecijs habitatores· Audita refero· neq̃ enim ipse numera-
ui· Nam et judeorũ supra· xv· milia ibi dicebantur habitare· omnes ar-
tificia exercentes· vel mercationibus vacãtes· Regitur autem ciuitas
ipsa Chayrum et administratur per regem Soldanũ· post quem secũ-
dus in ordine ãmiraldus semp̃ appellatur· post illũ vero tercius dio-
darius· et hij tres toti presunt paganismo· residentiam tamen faciũt in
chayro· Vnde officiales et prefecti in omnia loca prouincias et ciuita-
tes paganorũ ex mãmalucis transmittũtur· Hoc etiã certum habetur
q̃ abolim quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio
viri· ad illam ciuitatẽ properauere· vt mira et magnalia que de ea au-
dierant ibi viderent· Nam pitagoras platoq̃ suis relictis sedibus· in
egiptum laboriosissime migrauerunt· vt mẽphiticos audirent et vide-
rent vates· Appolloni⁹ quoq̃ siue ille magus vt vulgus loquit̃· siue
philosophus vt pitagorici tradũt· post lustratum orientem vt testatur
Jeronimus· tandem egiptũ intrauit vt famosissimã solis mensam vi-
deret in zabulo que in Chayro creditur in templo solis stetisse·

PErspecta omni ciuitate Chayrina· ad Nylum fluuiũ nos con-
uertimus cõtemplandũ· qui eo tempore totũ territoriũ sua ex-
crescentia et inundatione operuerat· ita q̃ maior pars Chayri
in vndis stare videbatur· Est autem nylus paradisi fluuius maxim⁹
et nobilissimus· qui in tres diuiditur p̃tes principales· et in tribus di-
stinctis locis influit in mare· cuius vna pars tantum secus Chayrũ et
babiloniam decurrit· veniens per terras presbiteri johannis· Fluuius
iste in suo descensu sub Chayro adhuc in duas diuiditur partes· quarũ
vna ad sinistram p̃terfluit voy et rossetũ ciuitates duas· Alia vero ad
dexterã currit per damiatã ciuitatem magnã maritimã· et est quelibet
harũ partiũ seorsũ multis in locis reno maior et spaciosior· Aqua huius
fluuij sp̃ est turbida instar tyberis in Roma· s; vbi ad modicũ tp̃s stete-
rit fit clara dulcis et suauissima· Preterea nylus vbiq̃ piscib⁹ copiose

habundat· nec creditur ꝙ in hoc parem habeat aquam in toto mundo· Sunt in Chayro plus q̄ꝫ octo milia hominū· qui se illarū aquarū circūductione nutriūt et venditione· Sūnt et profunde in ecclesijs et muschkeis fouee· quas dum nylus intumescit aquis replet· q̄ purificate egris datur in potu· et inde plerūqꝫ curantur· Sunt etiam plurimi ibi camelli ad hoc solum deputati· vt aq̄uas de nylo ad ꝓfundendū vicos cōportent· ne puluis ex frequenti hominū deambulatione nimium eleuetur· et ita impedimentū prestet negociantibus· Nam vbi huiusmodi nō fit perfusio eleuatur puluis in altum velut fumus magnus et densus· et vix discerni potest an fumus ille ex igne generetur vel puluere· A multis sepe soldanis per superiora tempora missis viris quibusdam, cū nauibus prouisis victualibus· que ad bienniū vel triennium sufficerent· studiose inquisitū est et ꝑscrutatum vbi Nylus suam haberet originem primordialem· Sed qui missi fuerant post exactum bienniū vel trienniūm cū etiam vltra jndiam longe processissent· redeuntes dicebant se finem seu terminum nyli nullatenꝰ inuenire potuisse· nisi ꝙ ab oriente emanat· Dicebant etiā vltra jndiam, nullam esse hominū habitationē· sed terram prorsus inhabitabilem,· et tantū ibi solis esse ardorem ꝙ ferre nequaq̄ꝫ potuissent· In hoc etiam fluuio reperitur in jndia lignū illud ꝓciosum et durissimū· quod albanū dicitur· proueniens ex paradiso per huius fluuij inde decursum siue descensum· Quascūqꝫ terras nylus preterfluit et infundit· fructiferas admodū facit et ꝓsertim egiptum· quā nisi iste fluuius irrigaret tota sterilis esset et inhabitabilis redderetur· Super ripam nyli muschkeam quandam vidimus a longe cum cimiterio annexo· et dicebatur nobis ꝙ in patrocinio siue festo eius sancti cuiꝰ in honore ipsa est fabricata· omnes mortui ibi sepulti festo ipso durante egressi de monumentis sine motu et sensu sic stant cunctis cernētibus· et mox euoluta solemnitate in suis se recipiunt sepūlcris· et hoc singulis annis fieri asserebant· nec est adultūs aliquis aiebant in chayro qui idipsum ignoret· nec est dubium quin opere demonū ꝓstigiose id fiat· Lacum etiam quendam vidimus prope nylum qui per singulos ānos instar sanguinis rubescit· in memoriā fortassis illius plage qua omnes aque egipti in sanguinem fuerūt conuerse·

Ibi etiam vidimus ꝑ desertū quasi vsqꝫ ad mare rubrū· sed et ortū balsami de quo supra in villa matharea· Nam quinqꝫ dūtaxat leucis ytalicis distat a chayro vel paulo plus· Vltra nylum etiā piramides multas conspeximus· quas olim reges egipti sua super sepulcra fieri procurarunt· de quibus vulgus dicit ꝙ sint granaria siue horrea quondam ab joseph ibi pro frumentorum repositione edificata ₇c̄· qđ hinc falsum liquet· quia piramides iste ab intra non sunt cauate·

Circa illas autē piramides ingens ydolum ysidis adhuc stare videtur·

quod quondam egiptij colebant. Etiā supra piramides ipas magne et vetustissime cernūtur ruine. vbi quondā illa potentissima et nobilissima ciuitas egipti stetit. que centū portas habuit. de qua sanctus mauricius cum legione tebea fuit. Per nylum etiā ascendendo mox venitur in deserta Aran et Saran et Scithy. de quibus in vitaspatrū sepe mentio fit. ibiq3 videntur monasteria hodie desolata sanctorum patrū Anthonij. Macharij. pauli primi heremite. et alioꝝ multoꝝ. De hijs enim locis desertis patres sancti in chayrum venientes. sportas suas et plectas vendebant. et inde victui necessaria cōparabant. Illis in locis superioribus ānis multi monachi greci morabantur. qui calogeri cōmuni vocabulo nūcupantur. sed hec omnia in dies deficiūt et decrescūt. caritate p̄ristina frigescente. Non longe a mōte illo. moysi prospeximus oratorium vbi deum pro pharaone fertur orasse. In eo loco sarraceni muschkeam nūc fecerunt. Rursus in litore nyli sursum eundo est regio quedam Segetha nominata. vbi aues quedam rare in magno sunt numero. videlicet psiticus pellicanus et huiusmodi. Simee quoq3 caudate et catti marini ꝛc̄. et capte ducūtur Chayrū venales in magna multitudine. Capiuntur autem in septembri p̄sertim psitici interdū milleni simul. Igitur cum singula huiusmodi loca de monte fuissemus cōtemplati. descendimus p̄preceps viam profecto periculosissimā. et venim⁹ per multa cimiteria ad sepulturam soldanorum. vbi multe preciose et noue erant edificate muschkee. Nam quilibet Soldanus in loco quem elegerit. propriā edificat muschkeam. Modernus quoq3 Soldanus cui nomen kathubee ingentem et grandem iam sibi cōstruxit cum turri polita et alta valde. et circa illam domos magnas cum cellulis multis instar monasteriorū edificauit. quas sacerdotes de lege et ritu Machometi inhabitāt ab ipso dispositi. qui nocte et die in muschkea et turri clamare et vlulare non cessant iuxta morē suū. vnde et nobis ibi transeuntibus velut canes latrabant. Ab hoc loco vrbem ingressi. magna cum difficultate ad nostrū venimus hospicium. ob hominū camelorū equorum et asinorū pressuras. quas p̄transeūtes percussi fuimus et tracti. irrisi atq3 clamoribus contumeliosis lacessiti supra modum. Vidimus quoq3 plurimas per ciuitatem coquinas p̄ vicos et plateas. quia sarraceni raro intra suas coquūt edes. sed coctos emunt cibos. Et dicebatur nobis q̄ circiter. xij. milia cocorū essent in Chayro. quorum multi p̄ ciuitatem cū coquina sua transeūt. portantes super capita sua ignem ardentem. ollas bulientes. et carnes in verubus assantes. Hoc sepenumero vidimus oculis nostris.

Die. xv. octobris domi mansimus quiescentes. et quia mercatores quidam veneciani qui in Chayro erant. auisatos nos fecerant. vt celerius inde recederemus. institimus apud patronum et hospitem nostrum trutzschelmannum humiliter

deprecantes vt nos quãtocius in Allexandriam condũceret anteꝗ̃ na
ues venetorum inde abirent. Habent namqꝫ veneti semper vnũ ex suis
in chayro qui et consul vocatur. qui pro defensione mercatorꝝ in Allex
andria et mercantiarũ apud Soldanũ laborat.

Die vo. xvj. octobris que erat festũ sancti galli cũ esset eclipsis
lune. sarraceni vlulatu et clamore ingenti omnes excitabant
ad superstitiones exercendas. quibus tempore eclipsis solis aut
lune studiosi sunt intendũt. Facto mane castrũ dñi Soldani cum trutzel
māno nostro intrauim⁹. vbi mirabilem ordinē et numerũ maximũ ser
uorũ soldani vidimus. multitudinem etiã ingentem equorꝝ et stabula
grandia. et habitacula magna. de quibus omnibus tediosum esset scri-
bere et forte etiam creditu difficile. Ibi primũ vetus illud palaciũ ho-
die desolatũ nobis fuit ostensum. qđ quondam greci inhabitabant tem
pore machometi. exstructũ fortissimis muris et edificijs vt nunc demõ-
strant.

Inde in aliud castrũ quod Soldanus inhabitat processimus. vbi per
duodecim portas ferreas ingredi oportet anteꝗ̃ ad soldanum veniat̄.
Per has introducti ipm̄ in trono regis vidimus residentem in vestitu
candido. et plurimos mãmalucos in ordine suo cũ multo silencio reue
renter ipm̄ circũstantes. Ibi etiam plures antiqui graues et maturi vi
ri circa ipm̄ astabant. post modicam horam egrediente trutzelmãno no
stro et nos castrũ exeũtes. venimũs in latissimã quandã plateam siue
forum amplum valde. vbi cameli asini et equi venduntur. quorum ibi
tũc maxima copia erat. aderantqꝫ plurimi ex mãmalucis qui equos
venales cõtemplantur. Tandem cum labore domũ reuersi quidam ex
nostris facto prandio balnea intrauerũt. Sunt nempe p̄ciosa et polita
estuaria illis in regionibus et ciuitatibus. ex vario marmore facta. ser-
uicia etiã sarracenorꝝ balneatorꝝ satis sunt studiosa. habentqꝫ mirabi-
lem modũ ad rectificandum mēbra balneantium. quidam vero ex no-
stris socijs vagantes per ciuitatem in domũ quandã fuerũt adducti in
qua grandis fornax stabat plures habens concauitates. in quas certo
tempore tria aut quattuor milia ponũtur oua gallinarũ. aĩcarũ. anse-
rum et columbarũ. et fimo cooperiũtur. carbonesqꝫ in debita proportio
ne fornaci imponũtur ex quorum ardore oua calescũt et vitella viuere
mox ac pulli crescere paulatim incipiũt. et ita absqꝫ incubatione ma-
trũ excubantur simulqꝫ sub manu pastoris ad pascua ducũtur. vt oues
vel ad forum vt ibi vendantur. Et quãuis id ficticiũ videri possit. ta-
men reuera ita sese habet. nimirũ animalia illa que hũmana arte et in-
dustria excubantur. disciplinabiliora sunt hijs que secundũ naturã sue
speciei generantur. sequũtur enim homines sicut pulli suas matres.

Sequenti biduo ad recessum nos parabamus et interdũ ad vi-
dēdum rara et mira hincinde vagabamur. qui vero ex nostris

Soldanum prius non viderāt illo in tempore viderūt. Porro die. xix. octobris que erat dñica. xxj. post octauas trinitatis. cōuenientibus nobis in vnū vt missam in loco solito audiremus. ecce due vxores trutzelmanni vt misse interessent aduenerūt. ad quarū p̄sentiā dum trepidaremus q: paganas reputauimus dixerūt se esse xp̄ianas de ecclesia catholica. nec nisi in fide nostra se mori velle affirmabant et ita nobiscū missam pariter audierūt. Porro facto prandio rebus omnibus dispositis ad recessum. bursas nostras aperientes pro hospicio pro familia proq3 naui cōducta. pro asinis et equis qui nos cū rebus nostris ad nylū deducerent pecunias exposuimꝰ non paucas. quo facto p̄cedente trutzelmanno p̄ mediū chayri processimꝰ in asinis cū sarcinulis nostris contra nylū. qua in via. irrisiones iterū et cōtumelias atq3 etiā p̄cussiones sustinuimꝰ nō paruas. At vbi ad portū nyli applicuimꝰ et paratā ingressi fuissemꝰ nauē. trutzelmānus chayrinus ad propria rediēs nobis valedixit. et quendā aliū sarracenū dolosum in locū suū surrogauit. qui nos in alexandriā vsq3 cōduceret.

De transitu ex Chayro per Nylum versus Alexandriam.

Itaq3 nauigantes p̄ nylū bidui spacio venimꝰ lento satis cursu ad ciuitatē cui nomen rossetū. Inter nauigandū aūt p̄transito opido q̄d Voy vocat̄. Ab inde vsq3 rossetū circūspicientes delectabiles pulcras et fertiles valde ad dexterā et leuā vidimꝰ regiones habentes ab vna p̄te Asiā. ab alia Affricā. Nylus em̄ has duas mūdi ab inuicē p̄tes secernit. Opida etiā amena et villas multas vidimꝰ. terrasq3 ortis. agris. et viridarijs amenissimis exornatas. in quibus canamelle. dactili. et alij fructus multipharij crescūt. quoꝝ similes omnibus illis in terris nō vidimus vsq3. Verū hec amenitas et vbertas tantū in illis erat terris circūiacentibus q̄s nylus extra alueū suū effluens p̄fundere poterat et irrigare. reliqua vero terra ab vtraq3 p̄te arenosa erat sterilis et deserta. Habuimꝰ etiā multas naues obuiā q̄ de Alexandria in chayrū p̄gebāt. et hee a sarracenis funibus sursum p̄ nylū trahebātur. quēadmodū naues ex colonia p̄ renū equis magūtiā trahunt̄. Alique etiā naues speciebus aromaticis onuste nos comitabatur. vidimus etiā in flumine nyli plurimos cocodrillos q̄ bestijs. piscibus. et hominibus insidiātur. erātq3 aliqui grossi valde et longi ad staturā hominū duoꝝ p̄tingentes. Aliqui etiā maiores. aliqui vero minores. habentq3 bestie ille sordidos et horribiles aspectus. corpus vero durissimis squamis vndiq3 cōpactū atq3 cōtectū in modū thoracis. quaꝝ forme sine figure alias lacertis in capite p̄sertim caudis et pedibus assimilantur. Nusq3 reperiūtur alibi nisi in isto flumine sub chayro et nō supra. Verum etiam in mari galilee aliquando inueniūtur sicut et pleriq3 alij pisces in isto flumine habundant. quorum similes p̄fatum mare galilee habet. qui in nulla alia reperiūtur aqua. Vnde nonnulli opinantur q̄ congregatio aquarum dicti maris galilee partim ex nylo effluat.

per occultos terre meatus· solent naute captis cocodrillis pelles detra-
here·et easdem desiccatos mercatoribus vendere qui eas in longinquas
ducentes terras·pelles falso asserūt fore draconū·

Die itaq̃ ·xxij·octobris illucescente·in ipm portū rosseti applī-
cuimus ·nec vltra ducūtur peregrini nauigio p nylum nisi vsq̃
huc vt cōmuniter· et abhinc in camelis et asinis Allexandriā
aduehūtur·Quod ideo fieri didicimus ne xpiani ostia nyli principalia p
que influit in mare possint explorare aut inuenire·Nam hijs cognitis
et cōpertis a mari magno naues in nylum possent inducere et ita egi-
pto nocumēta inferre·Porro anteaq̃ res nostras de naui deponeremus·
intelleximus q̃ oēs asini et cameli illius opidi ad quendā vsum neces-
sariū illo die fuissent assumpti· quo fiebat q̃ nobis nequaq̃ seruire po-
terāt nisi in crastino·dicebaturq̃ nobis q̃ si die illo tederet ibi nos ma
nere aliā possemus cōducere nauim et inde vsq̃ in mare descendere· et
tandem de mari res nostras allexandriam inferre· quod cū nobis placuis
set conducta naui alia et sarcinis nostris transpositis de priori in eam
magnis clamoribus naucierus prior impetijt naulum·postulans sibi
solui·xxiiij·scz ducatos quos tamen trutzelmano chayrino antea exsol-
ueramus·Sed naucierus cōstāter affirmabat nil inde se accepisse· vnde
breuiter vt inde recedere et abire possemus naulum denuo soluere opor-
tebat·nec est enim ibi xpiano peregrino locus vel oportunitas iusticiā
inuocandi vel ad iudices recurrendi·Nimirūm priusq̃ cōtra nequissi-
mū illum trutzelmānū chayrinū iure processissemus omnē nostrā sub-
stantiā exposuissemus ymmo et in periculo vite nostre fuissemus non
paruo· ob eius tum potentiā tum fraudē·Igitur redempti a vexa per
datas pecunias p aliud nyli brachiū innumeris laboribus remorum tra-
ctu et funiū p aliud nyli brachiū descendimus in mare cursu vltra mo-
dum tardo et lento· Inter hec quidā sarracenus p densum litū cū lan
cea ad litus veniens procedere nos prohibebat nisi quilibet nostrū vnū
sibi madinū dedisset·Faciūt autē·xxv·madini vnū ducatū·datis madi
nis rursum in litore multū pspeximus populū cōfluxisse et multa ho
minū tentoria sicut sepe antea per desertū videramus·Erant autē ara-
bes qui accurrentes funes ex manibus trahentium nauim rapiebant
nosq̃ ad litus tractos cōpellebant iterū aperire bursas dicentes sui iu-
ris esse q̃ quicūq̃ eos transiret aut sponte propria aliquid eis exhibe-
ret aut certe vi eum spoliarent etiā si Soldanus ipe transiret·Asserunt
enim arabes se ideo omniū esse nobilissimos q̃ spolijs dūtaxat viuūt·
et in solitudine morantur·nec ciuitatē nec villam nec domū vllam ha
bentes sed cum tentorijs de loco ad locū transmigrantes·Ipsis sic mu
neribus cōpescitis in quandā venimus planiciē vbi nylus ex vtraq̃ pte
alueū suū egressus totā terre supficiē ita operuerat vt q̃si mare videret
quo accidit q̃ naucleri p latitudine et effluctia aq̃ cōfusi verū nyli alueū
pdiderūt·a quo longius piecti in tenuē deuenientes aquā in incertū ferebāt

quousq; nauis terre limo q; infixa mansit immobilis stans aliquādiu
donec naucleri in aquā descendentes maximo cū labore nauim a loco
propulerunt: quo facto iterum infixa humo stetit. vnde modo simili
amota tandē immobiliter terre adhesit. nec aliquo poterat inde labore
euelli quo nostro periculo aliarū nauiū naucleri cautiores facti. a via
ista nostra diuerterūt. Porro vsq; ad solis occubitū ibi manētes nō par-
uam die illa et nocte sequenti miseriā patiebamur. nullum coctū cibū.
sed panem dūtaxat paximaciū vescentes et bibentes aquā turbidam ex
nylo. in medijs fluctibus diē illam et noctem agentes. In crastino ve-
ro diuo munere vento afflante secundiore impletis velis inde fuimus
erepti: et ita vsq; ad ostiū quoddā priuatū arte factū per qđ nylus in-
fluit in mare repente eiecti. Cūq; iam pene in litus venissemus allexan
drinū iterū nouas exponere pecunias et dare naucleris cogebamur: de
quibus in cōuentione cum eis mentio nulla fuerat facta. Tandem ex
naui in terrā descendentes res nostras et sarcinas in singularē reposui-
mus locū. eo q; sup litus maris multa substantia de speciebus aroma-
ticis erat cōstituta. et sarraceni circa eas et camelarij cum camelis res
ipas in Allexandriam ducturi que adhuc ad tria miliaria germanica
distabat nō parua. Porro cōtentio magna inter camelarios erat. quis
eorū prior suis iumentis inueniret res camelis imponendas. Pari modo de re-
bus nostris accidit ferendis. Igitur a mari procedentes versus Allex-
andriam fertilissima montana palmis repleta habuimus ad dexterā.
ad sinistrā aūt latissimū campū in quo salis fontes siue saline extant.
Omnis nāq; aqua tpe inundationis nyli et excrescentie maris in sal
sapidissimū solis feruore decoquitur. Vnde et regio illa tota est alba q;
sale vndiq; respersa. Accelerauimus itaq; iter eo q; fame et siti. vigilijs
et laboribus affecti. Quippe q̄ triduo absq; coctis cibarijs fueram⁹ ipo
eodem sero allexandriā ingredi sperabamus. Vidimus autē in pcessu
multas veteres structuras siue ruinas q̄si grandis aliqua ciuitas olim
ibi stetisset. venimusq; ad quendā cliuū per cui⁹ crepidinē cū ascendisse
mus gloriosam ciuitatē Allexandriā sub oculis habebamus. mare ma
gno pro parte vna cinctam. pro alia amenissimis et fertilissimis ortis
circūseptam. Est enim vbera satis gleba. que suo tempore fecunda nyli
aqua irrigatur. ibi crescūt musi fructus scz dulcissimi quoꝝ similes vi-
dimus in orto balsami in maxima copia. ita et alij fructus varij de po
merancijs lemonijs dactilis cassia citrinis ficubus et huiusmodi. ß pi-
ra vel poma ibi crescūt nulla. Sunt etiā in illis viridarijs habitacula
hominū pulcerrima pro hominū recreatione facta ⁊c. Ibi aues capiūt-
tur quedam candide et albissime q̄ merule nuncupantur. ibi et leopardi
inueniuntur quos arabes adhuc paruos capiūt et vendūt vnū p ducato
Igitur cū ad vrbem ipam venissem⁹ portam proximā per quā intrare
volebamus sarraceni clauserūt. atq; nos per totā ciuitatis latitudinem
supra fossata ciuitatis circuire coegerūt et id pedestres: et cum longo et

tedioso ambitu ad aliam venissemus portam. crudelem reperimus ex actorem qui de hominibus camelis et asinis vectigal graue exigebat. quo soluto intromissi p primā portā altam ⁊ magnā ferreis seris et ianuis firmatā. putabamus nos in pace vsq3 ad hospiciū puenturos. processimus ergo inter altos muros et fortes et ad aliā portā venimus ferream et grandem. quā multi sarraceni circūstabant. cūq3 intrare cum bestijs nostris cōtenderemus. fustibus nos retrorsum abegerūt. moxq3 currentes aliqui primā etiā portā. seris et repagulis reclusererūt. et reuersi etiā hanc secundā claudentes. nos in medio stare dimiserūt. atq3 ita cōclusi inter duas portas altissimis muris et turribus circūsepti sedentes paximates nostros comedebamus. et aquā que cara et modica nobis erat potabamus. nec aliud quippiā etiā hac vice habere poteramus. Porro nocte illa pleriq3 ex nostris cōperegrinis murū exteriorem ascendentes fortalicia et fossata per circuitū cōtemplabantur. qui nunquā se pulcriorem aūt melius munitā ciuitatē decoris menibus et firmis. altisq3 muris et turribus vidisse affirmabant. abintus aūtē non ciuitas sed pene aceruus lapidū videtur plena ruinis et desolationib9 Cum autē mane illuxisset apertis portis p trutzelmāno nostro Allexandrino nūcium misimus rogantes vt q̄totius adueniens nos introduceret. qui cū venisset. literā quā a Soldano acceperam9 ei dedim9. dn̄is in porta residentibus exhibendā. quā acceptā. osculato reuerenter sigillo legerūt. lecta vero litera incipientes a nobilioribus peregrinis vnū post aliū nudantes vestibus pquisierūt. inter quos dn̄s Johānes de Solms primus fuit sic pscrutatus. deinde alij p ordinē. Quidquid autē de pecunia et alijs rebus venalibus apud nos in sportis et saccis inuenerūt. in locū vnū seorsum deposuerūt. et cū om̄ia et singula exacte pscrutati fuissent secundū rerū proportionē pedagiū acceperūt. clericos et religiosos immunes et absq3 theloneo trāsire pmittentes. Nam q̄cq̄d infertur vel effertur. decimus de eo denarius exigitur. et nemini in hoc vlla sit gratia. Ingressi ergo ciuitatē cū tam miserabiles vndiq3 cernerentes ruinas obstupuimus. āmirantes vehementer q tam miserā ciuitatem circūdarent muri tam firmi et decori. Ducti itaq3 in curiā regis sicilie. q̄ est fonticus cathaloniorū. ab ip̄o curie inhabitatore q̄ui consul cathaloniorū cognominatur. humaniter et benigne fuimus suscepti. assignatisq3 cameris res nostras intulimus in eas. Est aūtē fonticus domus grandis in qua et negociatores et merces eorū cōseruantur vbi et forū rerū venaliū habent. Quāuis enim et veneti in allexandria duos habent fonticos et ianuenses vnum. peregrini tamen abolim in fontico cathaloniorū se recipere cōsueuerūt. Nam et ab eiusdem fontici consule protegūtur trutzelmāno. Allexandrino sibi auxiliū ferente. Mox rebus collocatis peregrini nobiles cōspectui Admiraldi. id est p̄fecti ciuitatis p̄sentandi p trutzelmānū ip̄m allexandrinū cōducebantur. quos ille pacifice susceptos. benigneq3 allocutos singulorū nomina exquirēs

tri carta iussit cõscribi·sicqꝫ ad sua redire loca permisit· Porro quidã
ex nostris cõperegrinis facta cõuentione cũ consule cathaloniensi· cõ-
mensales eius fuerũt·cibo et potu pparco vtentes apud eundem· qui ta
men non nisi argenteis vasis inferebatur· Alij vero cũ dño de Solms
in sua manserũt camera·edẽtes et bibentes iuxta votũ et placitũ ipoꝝ·
¶ Altera die que fuit·xxv·octobris post auditã missam in capella cu-
rie memorate quẽ capellanũ habebat sacerdotem religiosum de ordine
pdicatoꝝ·clamor magnus et tumultus strepitusqꝫ populorũ insonuit
iuxta mare·vnde exterriti in altiora cõscendimus curie loca·inde pro-
specturi quidnam esset ꝛc̃·Et vidimꝰ fustes et grippas cũ armatis na
uibus applicare in portũ·que intrãtes bambardaꝝ fragoribus et clan
goribus tubarũ populorũqꝫ clamoribus aerem replebant· Erant autẽ
sarraceni quendã ppotentem de Affrica sarracenũ condũcentes qui in
mecham sepulcrũ machometi visitaturꝰ peregrinabatur· In mari aũt
existentes iidem sarraceni inuentã nauem cũ·viij·xpianis rapuerũt·re
busqꝫ inter se diuisis ipos xpianos Alexandriam vendendos adduce
bãt· Ipos vero sarracenos cũ ad litũs applicuissent mamaluci Alex-
andrini et ciues armis decorati de ciuitate exeuntes honorifice suscepe-
rũt· et cum pompa magna ac multis clamoribus ciuitatẽ introduxe-
runt cum spolio pfato·

D Ie·xxvi·octobris que fuit dñica·xxij·post octauas trinitatis
audita missa sumptoqꝫ prandio domi mansimus quiescentes·
neqꝫ enim adhuc secure tuteqꝫ exire poteramus· eo ꝙ truzelmã-
nũs Alexandrinus(cui quã tenebamur pecuniam nondũ exsoluera-
mus) debitã nobis necdũ pstitit tutelam·Qua videlicet pecunia solu-
ta(magna satis) in crãstino nos ad portam duxit ciuitatis que ducit
ad mare·et dñis qui in porta sedebant nos exhibens·intrandi et exeun
di quotiens liberet nobis indulsit libertatem·

¶ Sequenti die que fuit Symonis et jude post diuina celebrata· in
eum deducti fuimus locũ vbi quondã erat carcer et adhuc est· in quo in-
clita virgo et martir sancta katherina expoliata et scorpionibus prius
cesa·diebus duodecim sine cibo et potu mãsit clausa fame et siti crucian-
da·sed dñs cibum ei per columbã ministrauit· In quo etiã loco regina
et porphirius miles·angeloꝝ viderũt exercitũ circa martirem eam con
solantes et ad tollerantiã martirij animantes vt habetur in eius legen
da· In hunc sanctũ locum post multos rogatus fuimus introducti·et
vidimus ante dictũ carcerem duas marmoreas stare columnas satis
eminentes·ab inuicem passibus duodecim segregatas· sup quas horri-
biles ille rote seu machine fuerant locate et posite·quibus virgo ipa spe
ciosa debuit discindi frustatim·sed ea orante cõfracte sunt et quasi qua
tuor milia gentiliũ inde necati·Eodem etiã in loco quinquaginta illi
rethores qui de diuersis vocati puincijs illo cõuenerũt· in omi sapiẽtia
eruditi cum Katherina corã cesare disputatorio certamine pugnaturi·

quos virgo ipsa sacra· maxima in labijs eius diffusa gratia adeo deuicit vt et responsis deficerent· et se conuertendos ad xpm apertis vocibus exclamarent· Cesar ipse furibundus igne fecit cremari· sed vestibus eorum et capillis illesis multi crediderunt in xpm·

Inde transeuntes venimus in locum vbi aula Allexandri quondam magni ferebatur stetisse· nam hodie in signum et memoriam eius stat ibi mire altitudinis et latitudinis columna ex lapide vno pcisa· capitellum habens acutum que procul cernentibus quasi turris alta apparet· Est autem coloris rubei multis caracteribus inscripta qui veterum litere fuisse phibentur maior multo et altior illa columna que rome ad sanctum Petrum hodie stat· quam dicunt olim ex Allexandria iuxta illam fuisse collocatam et inde romam translatam· Est et alia foris Allexandriam altissima columna quam pompeyanam nominant· quia eam pompeius in sui memoriam fieri fecit· quam etiam vidimus in ingressu ciuitatis·

Inde progredientes venimus ad ecclesiam ad sanctam Sabban appellatam edificatam in eo loco vbi virgo sancta katherina ante passionem suam in curia morabatur regali· familiam suam defuncto patre Costo rege cui vnica erat gubernans· Hanc ecclesiam greci monachi inhabitant·

Locus autem vbi martir xpi katherina fuit decollata hodie monstratur extra vrbem Allexandrinam· Suntque ibi due marmoree columne magne in eius memoriam quondam erecte· fuitque ex eo loco corpus eius virgineum angelicis manibus in montem Synai transportatum· Hic locus tempore passionis et martirij sacre virginis fuit intra ciuitatem Allexandrinam que tunc tpis multo maior et latior fuit atque gloriosior quam nunc sit·

Est insuper in ipa vrbe ecclesia quedam ad sanctum marcum dicta· quam jacobite inhabitant in eo loco constructa· vbi ipse sanctus euangelista phibetur habitasse· et sepenumero diuina ibi officia celebrasse· Quamque enim pro sua humilitate pollicem sibi absciderit vt sacerdotio reprobus haberetur tamen dei pualente iudicio et auctoritate petri Allexandrie est epus ordinatus· Hoc in loco missam in pasca celebrans fune in collo eius misso tractus est p ciuitatem istam· gratias agens deo· Inde reclusus in carcerem a xpo ihesu et angelis sibi apparentibus confortatus cum postera die iterum ad collum eius funem ligarent ac per ciuitatem traherent ait· In manus tuas dne commendo spiritum meum et ita spiritum reddidit creatori·

Hoc in loco a veris religiosis sepultus primum fuit· sed postmodum apud venecias est translatus· Est et alia ecclesia jacobitarum in Allexandria que ad sanctum michaelem dicitur· in qua est sepultura pegrinorum xpianorum qui ibi manentes debitum carnis exsoluunt· Nam et dns Johannes comes de Solms dns in Myntzenberg iunior et nobilior inter nos comperegrinos dissenteria vexatus cum diem ibi clausisset extremum· omnibus deuotissime susceptis sacramentis· hac in ecclesia fuit tumulatus· Cuius transitus et mors profecto merori et luctui nobis multo fuit·

Ostenditur quoque Allexandrie locus in quo sanctus Johannes elemo-

ſinarius quondā patriarcha Alexandrinus· martiriū ſuſcepit in con-
feſſione vere fidei ꝑſiſtens· vt in eius legenda habetur· Sunt p̄terea in
quatuor fonticis xp̄ianoꝝ in alexandria· pulcre quedam et ornate ca
pelle· capellanos habentes latinos vel religioſos p̄ſbiteros vel ſecula-
res quas intermanendū ibi ſepius viſitauim⁹· Porro hijs diebus qui-
bus alexandrie fuimus· multe naues galee et fuſtes in portū applicue
rūt· multeq̄ꝫ fiebant dep̄dationes· Nam veneti nauē vnā onerariā nea
politanā que Alexandriā properabat ſpoliauerūt· eo ꝙ tunc t̄pis gra
ues inter eos et regem Neapolitanum inimicicie et guerre verſabātur·
Aduenit etiā illis diebus galea quedā xp̄ianoꝝ de trāſmarinis ꝑtibus
in qua alamani quidā erāt qui et dixerūt nil aliud in ſua ſe habere ga-
lea· niſi nuces auellanas in valore· x· miliū ducatorū· que in orientali-
bus nō creſcūt terris et ꝓinde care illic habentur· Ferturq̄ꝫ ꝙ vltra cen-
tum ānos ibi ſint durabiles· ita ꝙ nec marceſcūt nec tabeſcunt· nec ver
mibus corrodūtur· quibus tamē defectibus apud nos vltra vnū ſerua-
re annū ſubiacere noſcūtur· Illis etiā diebus videntes Alexandrini q̄
ꝑ mare vagabātur nauē alienā portui applicare· et eā expugnātes cepe
runt· captāq̄ꝫ introduxerūt in portū victores· ſpolia inter ſe diſtribuen
tes more piratarū· Niſi enim naues Alexandriā applicare volentes
potenter ſint armate ab ip̄is alexandrinis anteq̄ꝫ in portum venerint
ſpoliantur· que cū intrauerint ſecure ſunt q̄ꝫdiu ſteterint in eo· Grādis
etenim eſt ſarracenis cura pro cuſtodia portus illius· vnde et duos qui
intra ciuitatē habentur montes· qui hominū manib⁹ facti ſunt aſſidue
conſcendūt vt maria cōtemplentur· longe lateq̄ꝫ inde proſpicientes ſi
q̄ua videant vela que mox vbi viderint Amiraldo denūciant· qui cur
ſoriā emittens nauiculam de cōditione inquirit aduenientiū· Et q̄ꝫq̄ꝫ
forte creditu ſit difficile tamen omnino ita ſeſe habet q̄ꝺ narrabo· Ipſe
Amiraldus ſemꝑ apud ſe quaſdam diſciplinatas habet columbas ſic
edoctas vt quocūq̄ꝫ prexerint inde in ip̄ius Amiraldi curiā reuertātur
Earū duas aut tres naucleri emiſſi in occurſum nauiū ſecū recipientes
educūt ꝑ mare· vſq̄ꝫ ad locum in quo aduentantes poſſunt explorare·
vbi mox cōſcriptā cedulam cōtinentē que ſcitu neceſſaria ſunt ad col-
lum vnius ſuſpendūt columbe· eamq̄ꝫ ſinūt auolare· que cōtinuo vo-
latu ad menſam vſq̄ꝫ Amiraldi zedam afferens quales ſint venientes
indicat· Et ſi poſt primā emiſſam columbā aliud quidpiam amiraldo
fuerit ſignificandū mox ſecundā emittūt columbā vel etiā terciā ſi ne-
ceſſe fuerit· et ita longe anteq̄ꝫ naues portū intrent amiraldus de eis eſt
edoctus· Dicitur etiā ꝙ alias habet columbas quas vſq̄ꝫ in Chayrum
tranſmittit ad Soldanū tempore quo aliq̄ꝺ repentinū et arduū inci-
derit negociū ſibi neceſſario ſignificandū· Porro ſi naucleri ab ip̄o ami
raldo miſſi nauiū conditiones inueſtigare nequiuerint· hoc ip̄m per co
lumbas ſibi renūciant· qui ſtatim armatas mittit fuſtes tradēs in mā-
datis vt aduenientes inuadant· dep̄dentur· et ſpolient· quod et faciunt

nisi eos inuenerint fortiores vt dictum est iam supra.

Die tandem .xxix. ad loca ciuitatis videnda hincinde euagantes. merces presertim considerauimus fonticorum qui omnes pleni mercibus erant. preter solum fonticum cathalonicorum in quo nil aliud nisi quidam seuissimus iacebat leopardus func ligatus. Preterea sarraceni et xpiani passim in eo pariterque comedebant et bibebant. Januensium vero fonticus domus vtique pulcra et magna erat. et multi negociatores et merces preciose in ea. Inde ambos venetorum perlustrauimus fonticos. et preter merces quas ibi reperimus copiosas. vidimus struciones in eis grandes incedere que ferrum sibi proiectum comedebant. Porcum etiam ibi veneti nutriebant quem solum et vnicum in transmarinis partibus illic conspeximus. Multo enim magis sarraceni abhominantur porcos quam iudei. qui nec illum vnum paterentur viuere nisi ad preces venetorum Soldanus ei vitam indulsisset. Demum thurcorum intrauimus fonticum. in quo negociantium multus erat tumultus. sic et in fontico maurorum et ethiopum. sic et in fontico tartarorum. vbi preter cetera nobilissimas res id est homines. vilissimo precio vidimus venales vtriusque sexus. iuuenes et iuuenculas. pueros et puellas. mulieres etiam quasdam qui paruulos habebant ad vbera pendentes. qui omnes ibi sui expectabant venditionem. et vilissime tractantur atque turpissime dum ab emptoribus probatur sani ne sint aut egri. valentes aut inualidi etc. Denudantur etiam puelle et currere atque saltare coguntur. et huc in modum varie exquiruntur an sint sine defectu vel non etc. Singulis autem noctibus omnes fontici per sarracenos a foris clauduntur ne quis ingredi possit vel egredi. sed et hijs diebus quibus ipsi in muschkeis congregantur et quando precipuas habent solemnitates. nec sunt in Allexandria domus ville dictis fonticis pulcriores et ornatiores. Hijs perspectis ad mare accessimus vbi magnus erat hominum conuentus circa mercatores qui species aromaticas saccis imponebant. Siquidem dum in camelis species ad mare de fonticis educuntur nauibus inferende. sarracenorum officiales stantes in litore saccos euacuant. perscrutantes ne forte aliquid preciosum inter species absconditum efferatur. Cumque ita circa species laboratur pauperes et inopes multi adcurrunt. ea que manus fugerint imponentium raptim colligentes. et que furtim auferunt mox in via sedentes vendunt.

Die vero .xxx. octobris due quedam alie veneciane galee venientes de Affrica. quas galeas de Traffico cognominant. portui applicuere Allexandrino. pari modo ibi onerande sicut et ille quatuor que ibi erant iam onerate. Eodem die tractare cepimus et conuenire cum galearum patronis. super nostro cum

eis recessu·et pro certo duriores eos nobis reperimus q̄ sarracenos· Nā
quia sciebant nos cum eis oportere recedere· multum nimis et insolitū
a nobis naulum exigebant· Factūq; est vt in ipsa cōuentione peregri-
norum societates ab inuicem solueretur· illis in istam galeam alijs in
aliam se recipientibus· nos vero in galea domini capitanei et domini
consilijs venetoꝝ esse maluimus·cuius galee patronus·dominus erat
Sebastianus cōtireni· cōtulerunt se quoq; ad nos dn̄s Johānes archi
diaconus transsiluanus de vngaria·et frater Felix ordinis p̄dicatorū
de Vlma lector· Cōuentione autem facta·pluribus adhuc mansimus
Allexandrie diebus·inuiti tamen et coacti·galearum expeditionē p̄sto
lantes· quo in tēpore dominus de Solms vt supra memini· rebus ex-
cessit humanis·cuius sepulture et funeri·debitam et oportunam operā
impendimus·planctū amarum facientes super eum·Obijt autē in no-
cte ipa q̄ie diem p̄cedebat omniū sanctorum·Quo mortuo in eam quā
conduximus secessimus galeam·allexandriam vlterius deinceps non
ingredientes saltem ad manendum·sed in galea dormiuimus mandu-
cantes et bibentes cū patrono· Persuasum siquidem nobis erat vt octo
vel decem diebus ante galeaꝝ recessūn·clamdestine eas ingrederemur
atq; res nostras non simul et semel sed per partes et diuersis tempori-
bus educeremus·quia per singulas custodias sarraceni de omnibus re-
bus et personis graue exigūt pedagium siue theloneum· decimū dena-
rium de centesimo iuxta suū compotum recipientes·Sunt autem tres
custodie inter mare et ciuitatem·Quarū prima est circa portam inferi-
orem que ducit in vrbem ·Secunda vero longe ab ea in exteriori por-
ta que ducit ad mare inter muros ciuitatis· Tercia autem est in litore
maris· In hijs omnibus officiales Soldani·omnes tam intrantes q̄
exeuntes diligenter examinant et p̄scrutantur· et potissimum mercato
res et merces eorum· Ego vero auxilio trützelmanni nostri Allexan-
drini·cui non paucos propinaui ducatos· obtinui q; res mee p dictas
custodias sine p̄scrutatione fuerunt educte·

¶Porro die tercia nouembris ad iussum capitanei galea nostra in al-
tum fuit ducta secūs nouū castellum·quia iam naues parate erant ad
recessum·vnde omnes peregrini consocij nostri qui adhuc in ciuitate
manebant ad suas se presentarunt galeas·que oēs iussu et nutu suo·ex
ordine nostre cōiungebantur· iuxta dictū castrum qd profecto egregiū
est et forte portū cōcludens muniensq; Allexandrinum· Est enim por-
tus ille multum scopulosus· et per scopulos a litore vsq; in mare mu-
rus multis turribus p̄clarus et munitus est deductus· atq; in extremi-
tatibus scopuloꝝ et mūri illius·castrum est exstructum p̄fatum in ma-
ri·quod modernus Soldanus fieri fecit consilio et industria vsus cu-

iusdam mămaluci alamanani ex Oppenheym diocesis Maguntine nati· qui iampridem relicto paganismo· ad sancte matris ecclesie sinū reuersus est locuples et ꝑdiues·

In portū illum nūlla potest ingredi nauis nisi castro huic loco Soldani reuerentiam exhibeat velum remittendo· Verū cum in loco illo consisteremus diebus quatuordecim ibi mansimus· longissimas habentes horas et tedio grauissimo affecti· omi quasi momēto galearū trāsitū expectantes· quo in tempore multis fuerunt vexati molestijs galearū patroni· et vnus etiā eorū grauiter vulneratus a sarracenis· multaqꝫ eis euenerūt incomoda· qui post galee eductionem a terra in altum· denuo ciuitatem intrauerūt Illis etiā diebus scisma fuit inter patronos alijs recedere volentibus· alijs adhuc manere amplius contendētibus· et nisi dn̄s capitaneus sequestrū se et medium interposuisset· ab inuicem fuissent diuisi· Obstitit enim nec voluit vt quisquā recederet donec omnes et singuli expediti essent ad plenum·

Igitur cum dies quintadecima nouembris aduenisset· omnibus ad recessum ꝑparatis· prospero flante vento· solutis nauibus· leuatis anchoris· expansisqꝫ velis extra portū eiecti· Allexandrinā postergauimus ciuitatem· subtracto litore ab oculis nostris ita ꝙ in crastino longius eiecti nullam prorsus vidimus terram vndiqꝫ circūdati mari·

Erat autē galea nostra cursus velocissimi vnde et alias longe ꝑcedebat· Extūc panibus deficientibus allexandrinis· paximates siue bis coctos cepimus manducare· et q̄d mirum erat in oculis nostris pisces nobis salsi de danubio videlicet sturiones ministrabantur· sed turci per quorum regiones danubius fluit illos ad terras transferūt sarracenorum a quibus veneti eos emūt· Nauigauimus igitur ex Allexandria per mare licarium in mare carpaticū· Vnde die sextadecima nouembris optata flante aura veloci cursu intrauimus mare creticum· et fuimus die· xvij· illucescente proiecti vsqꝫ ad promontoria crete siue Candie· insulam tamen ipam non fuimus ingressi· Ingenti vero fuimus leticia permoti cū huc loci venissemus· pro eo ꝙ iam quinqꝫ fermo spacio mensium nullas fideliū videramus terras· iamqꝫ nobis videbatur quasi patriam nostrā attigissemus· cum ipam fidelem et gloriosam insulā cretam siue Candiam sub oculis habebamus· licet longissimis adhuc distaremus interuallis a solo natali· Quippe qui iuxta cicladas insulas ꝑ hellespontū· et seuissimū mare maleum nauigaturi· adhuc achaiā albaniam· dardanidem corzirū· histricum· dalmaciam· Schlauoniam croaciam· histriam· et forū julij ante nos habebamus iuxta earū confinia prouinciarū viam facturi·

124

Ie. xviij. cum ad latus memorate insule crete venissemus.
iussit capitaneus cursum galee intercipere. velorū remissio-
ne. et proiecta schaffa in mare misit pro phisico qui in alia
erat galea mandans vt q̄tocius ad se veniret. Consul enim
venecianus grauiter ceperat egrotare. pro cuius cura phisicus vocaba-
tur. Eius rei gratia inter duas insulas Candiam scilicet et Nataliam
sine profectione voluebamur. Ita et sequenci die festo scʒ sancte Elisa
bet instabili vento huc illucqꝫ proiciebamur. quo factū fuit ꝙ omnes
galee sic fuerunt cōiuncte ꝙ de vna ad aliam colloqui poteramus. sed
post paululum mutata aura. mare motu inquietissimo feruescere ce-
pit. nec fuit quicq̄ꝫ in superioribus galearū qd non procellis vndiqꝫ il-
labentibus ꝑfunderetur. et cum sol occidisset. magis ac magis tempe-
stas inualuit. ita ꝙ naucleri et galeothe infirmi. superius sub transtris
suis iacentes. nec valentes aquarū incidentiū ferre ꝑfusionē. magnis
apud patronū ꝑcibus vix obtinuerūt ꝙ in carinam nauis fuerunt in-
tromissi. vbi species aromatice et merces alie conseruabantur. Fuerant
nāqꝫ viginti galeothe infirmati in Allexandria de aquis ibi potatis.
Nam ciuitas ipa est subtus vbiqꝫ cauata et super testudines edificata.
Niloqꝫ excrescente omnis illa cōcauitas aquis repletur sub domibus
neqꝫ sunt alie ibi aque nisi ille de quibus homines et iumenta bibunt.
et dicuntur aque ille esse infecte et pessime. Inualescente autem vento
imber maximus descendit. et cūcta infudit prius intacta. quo accidit
ꝙ patronus et alij veneciani qui hactenus super castellum in puppi
manserant ad nos in carinam fugere sunt cōpulsi. eo ꝙ castellū aquis
vndiqꝫ replebatur. capitaneus vero et consul in profunda puppis ca-
merula. clausis desuper ostijs manserūt. Naucleri autem maximos ꝑ
totam noctem perpessi labores. continuis cursibus et horrendis clamo
ribus. infirmos grauabant. quibus nulla requies erat. sed et sani qui-
dam et valentes egrotare ceperunt inter quos vnus erat dn̄s archidia
conus de vngaria. dn̄s quoqꝫ consul magis ac magis cepit destitui.
duo vero ex galeotis mortui. nocte eadem in mare sunt proiecti.

Sed illucescente die que erat vicesima nouēbris cepit tempestas ipa
paulatim decrescere. ac mare ipm magis magisqꝫ mitescere. Tandem
ad quandam insulam applicuimus cui est vocabulum Nyo. vbi sub
castello qd Nyum dicitur fixis nauibus per iactas anchoras. in barcis
egrediebamur ad litus vbi inuentis cōsocijs nostris peregrinis ꝑ mō-
tis ꝑcipitem et petrosum cliuū ascendimus in ipsum castellum nyum.
et inuenimus inter ascendendū tres ecclesias de ritu grecorum. vnam
inferius circa litus. aliam in montis ascensu. terciā in ipo castello su-
perius. quas ingressi gratias egimus laudantes et glorificantes deū
qui nos in terras reduxit xpianorū. nichil autem reperimus venale ex

hijs que victui erant necessaria nec panes neq; oua ꝛc. Nam qui pri=
mi ascenderant tulerant omnia. Est autem ipm castellum satis popu=
losum hominibus. qui in paruis habitant domũcũlis quasi tugurijs.
de fructibus insule viuentes. nec sunt alij eiusdē insule habitatores aut
incole nisi isti de castello prefato. Estq; insula ipsa fertilis satis et pin=
guis glebe. Est quoq; castellum ipm vetustissimũ a grecis quondam
potentibus pro maris tutela et custodia super abruptas petras extru=
ctum. Ex eo enim p latissimũ mare contra insulas cicladas et candiã
patulus habetur prospectus. De crepidine montis aqua descendit cla=
ra et dulcis. sed non multũ frigida. in vasculis tamen reseruata statim
frigescit. Sub monte etiã riuus quidam dulcem continens aquã per
vallem currens illabitur mari.

CUm vero dies. xxj. illuscesceret clamor ingens cuiusdam la=
mentabiliter flentis in nostra audiebatur galea. eratq; vlula=
tus ille filij dñi consulis. qui scilicet consul nocte eadem vni=
uerse carnis debitũ exsoluens diem clauserat extremũ. hunc nõ solum
filiũs sed cuncti qui virũ nouerũt plangebant. Jussit itaq; filius de=
functi patris corpus in terram eductũ poni in capella que ibi in litore
erat. super qd illic positũ irruens planctum magnũ fecit. quem sui con
ciues a corpore auulsum in galeam reduxerũt. Corpus vero exenteratũ
lotum. vnctũ. et aromatibus conditũ ligneo locello imposuerũt. pice et
clauis bene firmato. sicq; venecias ad suum iampridem electum monu
mentum ferebant sepeliendũ. Hijs omnibus cũ interessemus. certa di
dicimus experientia. cõfictum esse mendaciũ. quo dicitur q corpus ex
anime siue mortuũ per mare non possit duci. et pretextu illius figmenti
peregrini etiã nobiles. barones et milites qui pro tempore in mari re=
bus excedũt humanis statim in vndas mittũtur nec vel ad terras pxi
mas sinũtur vehi gratia sepeliendi. Eodem die quatuor mortuos de ga
leis sepulture tradidimus in terrã que et mater est vniuersoꝝ.

Je. xxij. festo scz sancte Cecilie virginis et martiris cum sustu=
lissemus. in maris magni et spaciosi latitudinem vento non sa
tis bono immo aduerso prorsus incidimus. Qui quidē ventus
cõtrarius. versus traciam nos impulit. atq; sub paucarũ spacio horarũ
si eius fuissemus impetũ insecuti. Constantinopolim aut troyam aut
Nigropontũ. vel altius etiã Athenas mirreã et Galathas appulisset.
vel etiam in pathmos insulam. Erat quidem ventus ille optimus na=
uigantibus in macedoniã sed nobis inutilis prorsus. Conatu proinde
maximo ad resistendũ tali vento a naucleris facto. tandem cum mul=
to labore. longe sub nyo incidimus in portũ vnum. desertũ quidem sed
firmum. stephanum nomine. et ibi naues stabiliuimus. et quatriduo

mansimūs·tedio grauissimo affecti·vento illo aduerso ꝑ momenta sin
gula augmenta capiente· Id quoqꝫ pter cetera in malum nostrū adi-
ciebatur ꝙ in nullum castellum introire sinebamur· Audierant enim
non paucos ex galeis vita functos fuisse·putabantqꝫ galeas oēs peste
infectas·idcirco nos abhominabantur et prohibebant·ingressum negā
tes·neqꝫ vendere nobis quicqꝫ volebant· non obstante ꝙ dūi eorum ci-
ues scꝫ veneciani erant in galeis·Sunt enim loca ista omnia insule et
castella sub ditione venetorum licet ea per se nō regūt vt Candiam Cy
prum et huiusmodi·sed alicui grecorū cōmittunt regenda et admini-
stranda sub tributo·Nyxia tamen insula de qua supra mentio habita
est sub dominio est cuiusdam ducis grecoꝝ qui et turco tributarius est
et cōfederatus·Sunt autem regiones ille aspere et durissime glebe·sed et
aer satis incōueniens· Ibiqꝫ nobis magnopere ibi formidini erat ne for
te ibi diutius manere oporteret·quēadmodū allexandrinis galeis āno
accidit superiori·que hoc in loco amplius ꝙ̄ triginta diebus moram fa
cere ob ventorū contrarietatem et pugnam in mari cogebantur·
Inde tandem nauigantes in mare maleum mare vtiqꝫ seuissimū per-
uenimus·in quo plurima pericula cōsequentibus fuimus experti die-
bus·que vix vllis possent enarrari verbis aut literis designari· Et ꝑ-
fecto vt est apud virgiliū·venimus nymborū in patriam·loca feta furē
tibus austris·inter luctantes ventos tempestatesqꝫ sonoras· Ibi ven-
ti nutu eoli principis sui·vt poete fingūt velut agmine facto·Qua da
ta porta ruūt et terras turbine perflant· Incubuntqꝫ mari totūqꝫ a se-
dibus ymis·Vna eurusqꝫ notusqꝫ ruunt creberqꝫ procellis· Affricus et
vastos voluūt ad litora fluctus· Hoc in genere dicto vt historie mos
geratur nauigatio ista per mare illud tempestuosum pre ceteris pericu
losior·et accuratius et latius necesse est vt explicetur·

Igitūr sub diem·xxviij·nouembris· mutato vento non qui
dem in meliorem sed fortiorem·ferebamur contra maleam
impetu grandi·ac si vi eam vincere contenderemus· Verum
tamen gubernatores nostri paruā spem habentes de transitu
malee·sequebantur ventū fortune iudicio se cōmittentes· Si enim illa
die maleam vicissemus·in crastinū motone fuissemus· et consequenter
facilem nauigationem per Achaiam·Moream·yliricum·Dalmaciam
et Croaciam·in Histriam et ytaliam habuissemus· Est autem malea

promontorium grecie asperrimū· q̄ꝺ quinquāginta milia passuum in
fra mare protenditur· circa quod vnda adeo seua est· et importune im=
pellitur vt naues pertransire volentes a se repellere et ꝓsequi videatur·
Oportet enim nauigantes de macedonia et grecia in Achaiam et Mo=
ream ·pertransire ad cornu illius promontorij q̄ꝺ est multum altū·
acutum· et scopulis de profundo maris in altum vsqꝫ ad nubes se eri=
gens· cuius cacumen estate et hyeme est niuibus opertum· tot autē ven=
ti in cornu illo cōueniūt ꝙ mare cōfusissimū reddūt et nauigationem
difficilimam· Dum enim nauigantes contra eam per adiutoriū ali=
cuius venti vsqꝫ ad aciem ꝓducti fuerunt· mox vt prora rostrū ad mo=
dicum extendere incipit· afflant aliquando septem aut octo aūt nouē
venti· qui omnes prora reuersa nauem cū impetu reiciūt· vnde sepe con=
tingit ꝙ naues per tres aūt quatuor menses in illa parte malee mane=
re cogūtur· Illa difficultas semꝑ fuit ibi·
Vnde vetustissimi poete repetiūtur in carminibus suis yronice cōpassi
fuisse grecis· pro eo ꝙ cum dijs pugnātes innumerabilem multitudinē
hominū perdiderūt· quos si seruassent sufficissent ad hoc ꝙ per medium
malee gurgitem fodissent et a supremo vertice rupem scidissent vsqꝫ ad
fundum maris et manibus interfectoꝝ cānale et viam nauibus fecis=
sent ne in perpetuū nauigantes tantū laborem et tantā temporis ꝑdi=
tionem paterentur girando maleam· Et profecto si mons malee esset
per medium diuisus· multo citius redirent naues de oriente in occiden
tem· et de Asia in Europam· nec potest fieri nauigatio nisi quasi ad cō=
tactum cornu malee· cum reliqua maris latitudo sit tota scopulis ꝑle
na· ¶ Dictus est autem mons ille malea a maleo rege tirrenorū· quī
tubam eneam primus inuenit et in montanis illis degens piratica ce=
de mare infestabat· Fecitqꝫ in monte templum appollinis· et montem
suo nomine nūcupauit· Nūc vero dudum destructo templo appollinis
in cornu malee edificata est capella sancti michaelis· vnde et vulgares
cornu hoc alam sancti michaelis nomināt· et opinantur ꝙ sanctus mi=
chael ala sua ventos cōcutiens stans supra cornu· naues dum sibi pla
cet repellat· Idcirco marinarij in victoria malee laborantes· orationes
ad sanctū michaelem faciūt et vota vouent vt dignetur alam qua ven
tos mouet et mare concutit retrahere· quatenus possint transire·
In radice malee est ciuitas que Malfasia dicitur· iuxta quam crescit
precipuū vinū q̄ꝺ nominant malfaticū· et ab hoc vino transtulit vul=
gus nomen in vinum creticum· quod nūc per mundū dicitur malfati=
cum· quod tamen non est de malfasia sed de creta vel Candia· vel mo=
tona· Cauēt autē nauiū gubernatores ne ad malfasie portū applicēt q̄
dicūt pessimos grecos ibi habitare· ideo potius sinunt naues reuerti ad

insulas cicladūm p multa maris spacia. et dicūt ꝙ a malicia hominū
montana dicantur malea. Igitur cū tota die cōtra maleam nauigasse
mus et cornu eius attigissemus repente retrusi sumus et adeo impetuo
se reiecti ꝙ tota classis fuit dissoluta et nulla galea mansit cū alia ita
prope vt posset aliā videre. et cum hoc seuissimā tempestatem passi su-
mus ita ꝙ galeotti cogerentur vela tempestatibus apta appendere.
Verum die xxix. iterū contra maleā ire temptauimus licet ven
tum nōnisi pro sex pānis accatonis habuerimus exiguum. no
bis autē contra maleam properantibus aduolabant etiā alie
galee cōserue nostre quas pdideramus. Dum autē aduesperasset prope
promontoria fuimus et contra cornu velocissimo cursu properauim9.
Sed cū iam aciem attingere vellem9 et magno conatu vna galea post
aliam in suo ordine ptransire satageret. ecce ventus contra nos erupit
et primas galeas rapuit et impetuosissime retrusit cōtra sequētes que
accedebant. fuitq3 mirabile visu et non expertis incredibile ꝙ naues in
eodem freto lateraliter iuncte contra se procedebant agitate contrarijs
ventis. ille cōtra maleam pleno velo vehebantur. alie a malea inflatis
velis econtrario redibant. et circuitum cū nauibus fecimus sicut solent
circuire corizantes. Reiectis ergo omnibus galeis in freto inutiliter re
tro maleam iactabamur. arte obsistentes ne ventus nos in cicladas in
sulas reportaret et ita diem fieri prestolabamur.
Die xxx. que erat Andree apostoli et dnīca prima aduētus. sur-
rexit ante lucem ventus omnino nobis cōtrarius et fortis. Nos
videntes gubernatores nostri et de transitu malee desperantes.
cōmiserūt vela ventis et iactati sumus contra aquilonē grandi impe-
tu iterū in insulas cicladum longius a malea ꝙ sit a colonia vsq3 ve-
necias extra viam nostrā. et intrauimus per scopulos et rupes festinā
tissime vsi cautelis et ingenijs multis.
Porro per quoddā canale angustū et strictū ingressi in portum latū et
securū ac montibus altis munitū incidimus in radice insule milo dicte
naues stabilientes. Reperim9 autem in ipso portu quatuor onerarias
naues venecianas que venerant de syria. et in baruth capadocie onera
susceperant mercium. Hij autē qui in nauibus illis erant cū classem
nostrā vidissent ingredientem ad se. cōcrepabant tubis buccinis et tim
panis etc. et emittebant bombardatū saxa sperica contra montana cō
clamabantq3 in vnum vocibus altissonis. pariformiter et nostri facie
bant in signū leticie et iocunditatis. et videbatur mare et terra moueri
a sonitu bombardarū et clamantiū et buccinantiū. Classis illa de syria
sicut et nostra multis diebus laborauerat in transitu malee. sed inua-
num. Fuerunt etiam ibi alie naues que de malea in hunc portum fue-
rant proiecte.

PRima decẽbris augmentati sunt vẽti cõtrarij et disposuerũt se
oẽs naues ad tẽpus manere in portũ illo. Eodẽ die misit capi-
taneus nauium sirie nuncios per omnes galeas. et inuitauit ad pran-
dium alios capitaneos et patronos et om̃es principales officiales na-
uium et gubernatores et dominos. et instaurauit grande cõuiuiũ ex-
tra galeam in litore maris. Descenderũt ergo in terram tres capitanei
scilicet capitaneus nauiũ Allexandrinarũ cum suis tubicinibus. qui
sub se habuit quatuor galeas oneratas p̃ciosis mercibus et bene arma-
tas. Capitaneus item nauium de Syria cum suis tubis. qui etiam sub
se habuit quatuor patronos quatuor galearum. Capitaneus quoq; de
Affrica aliter de Traffica cũ suis habens sub se duas galeas armatas
et oneratas. Isti inquã tres capitanei cum decem patronis et om̃ibus
nauiũ nobilibus dñis et officialibus ad tabulas paratas in litore con-
sederũt. Post epulas diuersis exercicijs et solacijs varijs in litore col-
ludentes pulcrũ cernentibus spectaculum prebuere. Erãt autẽ in illis
decem galeis vt opinor vltra sex milia hominum quorum maior pars in
litore solacij et cõuiuij causa cõuenerat.
Die illa aduesperascente singuli in singulas galeas suas in scaffis
ascenderunt et mansimus in illo portu per dies aliquot.

DIe quinta decembris facta tranquillitate classem soluimus
et tractu remorum naues passim omnes educebantur. quia
non erat tunc ventus sed bonaza. idest tranquillum. Sic
enim a nautis maris tranquillitas appellatur. Vnde om-
nes deum p̃cabantur pro felici transitu malee. Metrista vero quidam
ita exorabat. Ach pater omnipotens tantis miserere periclis. Atq; tuis
thesauris ventos dimitte secũdos.
Igitur cum de scopulis ad mare latũ venissemus surrexit ventus la-
teralis pro transitu malee inũtilis prorsus. processimus tamen cõtra
maleam cũ tota classe. ß facta nocte inualuit ventus nimis cõtra nos
et tenebris ingruentibus facta fuit seuissima tempestas. et mare eleua-
batur sine cessatione supra galeam. Eleuauerũt se flumina. eleuauerũt
vocem suam mirabiles elationes maris. mirabiles prorsus Incidebãt
proinde vndique supra modũ. ita vt audenter dixerim q; in illa nocte vl-
tra cencies fluctibus inuoluti fuimus et vndis operti penitus. nõ qui-
dem continue sed subito nauis operitur et in ictu oculi transit. Omnia
autem superiora galee in aquis natabant. Et ipsi marinarij tota no-
cte in aquis currentes vela crebro mutabant.
¶ Porro tempestate illa durante cum naues ab inuicem longius essent
separate vna vi ventorum acta ad latus nostre galee grandi impetu

impegit vehemēter barcamqꝫ collateralem dirupit penitus et destruxit nostra vero coquinam fregit earum et omnia que in ea erant. Quantū autem terrorem contactus ille galearum nobis omnibus incusserit quantus strepitus fragor et clamor et angustia fuerit non facile explicari potest. nos enim qui inferius eramus in carina omni momento interitū expectantes cōclusi in tenebris trepidi maiorem in modum suspensis sic animis stabamus. Cū autem infelix illa nox trāsisset omnes vertiginosi effecti sanctū inuocabamus qua poteramus deuotione Nicolaum cuius imminebat festū dicentes. Suscipe nautarū pater nicolae precatus. Assis et solita nūc pietate tuis. vel similem in modum.

Die sexta decembris vbi lux clara refulsit vidimus nos nullū habere adiutorium et ventum inutilem fortem nimis existere. desperantes ergo iterū vela vento cōmisimus. qui rapta classe eam cursu velocissimo in cicladas insulas reportauit ad locū vnde nudiustercius egressi fueramus in portū milo. ibiqꝫ naues tonsillis alligatis et anchoris immersis hyemare ibi timuimus. pro eo quod in diebus patronorū maris mare solito implacabilius habuim⁹. Sunt enim secundū marinariorum estimationem singulares patroni maris sanctus Clemēs. sancta Katherina. sanctus Andreas. sancta Barbara. sanctus Nicolaus. sancta dei genitrix maria. et sancta Lucia. omnibus his diebus difficilem habuimus nauigationem demptis vltimis duobus. in quibus si maleam non vicissemus per hyemē totam ibi manere coacti fuissemus. Hoc firmiter tenent marinarij. Multis enim supstitionibus vacant in nauibus quando nauigatio nō est iuxta eorum vota. Alij dicebant quod peregrini terre sancte essent in causa quia res furtiuas secum ducerent de locis sanctis vel aquā iordanis quā simpliciter dicūt impedire nauigationem.

Die septima decembris inūtilem ventū habentes eodem mansimus in loco. post prandiū vero plures orationis gratia ad litus nauigantes in capella que ibi erat in honore virginis Marie dedicata eidem sese cōmendauerūt. Alij cantabāt crebro hos versus. deuotius ad virginem ipam clamitantes. Salue splendor firmamenti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tempestas obuia. Videbatur autē nobis tanquam sese virgo maria sic nos affaretur. vento in melius mutato. et classe ad recessum aptata. Pergite iam miseri sancta theotocos inquit. Et velis inflatis portus intrate salubres. Ante solis ergo occasum portum exiuimus et tota nocte in lumine lune tranquilla nauigatione profecti ventum sequebamur optatū.

Die autem octaua que erat festum conceptionis beate virginis fortiter processimus contra maleam eaq; post meridiem conspecta conterriti sum⁹ metuentes iteratam repulsionem. Sed aduesperascente die vento semꝑ in melius confortato repente cornu illud seuissimū malee sine labore ꝑene superantes sub vnius hore spacio decem et octo miliaria ꝑtransiuimus. Hoc cum fieret ingenti omnes gaudio fuimus exhilarati tubicines pre leticia canebant. et omnes galiothe conclamabant omnesq; pariter vociferabantur deum laudātes. Interea vero nox incidens prohibuit ne ventū bonum sequi iuxta votum possemus. quia ad latus sinistrum promontoriū malee habuim⁹. Ad dexterū autem mare scopulis et cautibus plenum. nec erat portus in quem intrare possemus. Idcirco remiserūt gubernatores omnia vela. naues ad laticiora loca natare ꝑmittentes. dimittētes eas ibi ad sortem in deuijs aquarum currere sicut currit equus lasciuus et effrenis. nūc cum prora nūc cū puppi se erigens. nūc ad hoc nunc ad illud latus se inclinans. et motibus continuis et importunis agitabatur inter seuos fluctus nec stabat nec progrediebatur. propterea noctem inquietissimā habuimus plusq; in tempestatibus vllis. Statim autē vt sol refulsit quinq; erectis velis progressi sumus inter scopulos et cautes atq; die. xiiij. decembris ad motonam venimus ciuitatem. Eo tēpore ꝑ diē naturalem centum et triginta miliaria confecimus velocissimo nauigio. et inuenimus ibi sex galeas quas ante amiseramus inter tempestates. Ibi ergo portū ingressi et nauibus stabilitis ingressi missam in cōuentu fratrum ꝑdicatorū audiuimus cum multo desiderio q: diu nullam missam audiueramus. Post missam omnes pariter peregrini ex omnibus galeis congregati cōuenimus in domo dñorū teuthonicorū comedētes et bibentes in leticia multa gratias agentes deo qui nos de magnis liberatos periculis mutua visione fecit letantes. quia ab allexandria vsq; huc nunq; simul omnes fuimus Peracto prandio. q: ꝑ dies aliquot didicimus nos ibi mansuros propter negociationē mercatorum res nostras in hospiciū cōportauimus. Motona est ciuitas in cornu Achaie sita in terra continenti prope turchiam. vnde thurci ad nundinas ebdomodales illac cōueniūt cū xpianis.

Ie decimasexta decembris galeas ingressi et classe soluta ad insulam oppositam quā nescio quā ob causam nominaut sapientiam applicuimus. et distat per miliare teuthonicū a motona per intermediū canale profundissimū. et quia non erat vtilis ventus eiectis anchoris classem ad pedem montis sapientie naucleri stabilierunt.

Die decimaoctaua in noctis medio dum omnia essent in silencio subito aspirauit ventus salubris et bonus. et statim rupto silencio clamores magni excitabantur per classem

classem. et ad recessum se parabant levando anchoras. sursum trahe͂do barcas et scaphas. erige͂do vela. solue͂do et co͂plicando spiras. que omnia fiunt cum violentia festinantia et continuis ac altis clamoribus. Classe ergo soluta a loco illo eiecti sumus per ventum in altum mare vbi mox iteru͂ orta est seuissima tempestas cuius similem ante no͂ habuimus. et durauit per diem et noctes duas. Omnes aute͂ dn͂i de castello transfugeru͂t ad nos in carma͂. nec fuit memoria cibi aut potus hac tempestate durante. quia coquina erat in aquis tota.

Die. xix. redeunte vento gratiori quo et prius vsi fueramus. multas rapim insulas thurcoru͂ et xpianoꝝ transiuimus. vtputa insulam Samaffra. Limlea͂. Schefflama͂ et Azanta. Sophlonia͂ que capta fuit per thurcum Anno superiori videlicet Millesimo quadringentesimooctuagesimo.

Die vicesima mane venimꝰ ad insulam corzicam que alias Corfun appellatu͂r bona͂ et fertilem. Et reperimꝰ ibi classe͂m armata͂. et magna͂ caristiam panis et omniu͂ necessariorum. Idcirco capitaneus classis armate male ferebat co͂querens de capitaneis classis onerarie ꝙ declinassent in illum portu͂. cu͂ vix ibi pro suo exercitu necessaria essent. Fuit enim magna multitudo nauiu͂ et hominu͂ mirabilis co͂pressio. Illa insula est principium grecie. et est romani portus munimentu͂. ab ea enim facilis est nauigatio in Siciliam in Trinaclia͂ Sardinia͂ Apuliam et ytaliam. Ex opposita eius parte est Morea. Achaia. et in paucis horis vento flante nauigatur in Patras ciuitatem vbi sanctus Andreas crucifixus fuit. et in Constantinopolim et Scutarim ꝛc. et in Calcedoniam insulam. et in ciuitates Sicilie Cathanam et Siracusana͂ vbi sunt montes ethne. ignem spirantes. in quibus ciclopes fabri iouis fulmina fabricant secundu͂ poetas.

Die vicesimatercia sustuleru͂t simul omnes galee numero decem cu͂ vna naui et vna grippa. atqꝫ ita educta classe extra portum intrauimus cu͂ bono vento ca͂nale latu͂. quod diuidit Corziram et Dardama͂ insulas. Letabantur aute͂ valde gubernatores nostri de aura bona. qꝛ alias periculum grande imminet nauigantibus in isto ca͂nali. pro eo ꝙ in fundo ibi est queda͂ abissalis vorago que vomit aquas maris et sorbet. et dum naues ad locu͂m veniu͂t subsistunt et rotantur. ita ꝙ oportet eas funibus trahere de loco illo. Magna ergo celeritate nauigauimus impellente nos vento. et ad insulas gazopolis venimus. percurrentes rupem draconis. Ibi enim in mari vt supra habitu͂ est rupes queda͂ est in qua draco olim latitans euolabat aliqn͂ supra ciuitate͂ ex opposito in mo͂te sita͂ et suo flatu homines interficiebat. vn͂ homines ciuitate͂ dereliqru͂t q̄ vsqꝫ hodie deserta͂

est habens muros. et turres. et edes adhuc fortes et recentes. Sub ciuitate illa deserta vidimus ecclesiã beate virginis in qua dicitur ardere miraculose lampas quedã semꝑ sine humano ãminiculo aut fomento aliquo. ꝑcursis insulis Gazopolis ecce in occasu solis subita horrenda incidit tempestas tota nocte illa durans cũ validissimo et importunissimo vento. qui grande velum galee nostre in plures dirupit disciditqꝫ ꝑtes et multos remos destruxit in vno latere. et ollas ac caldaria circa ignem subuertit. ipmqꝫ ignẽ extinxit. Unde maximus in galea ortus fuit clamor inuocantiũ deũ sanctosqꝫ omnes et vota repromittentiũ. vnde et illud tũc expansum fuit velum (papasigo ytalico sermone cognominatũ) qđ nõ nisi in extremo periculo et vltimo exicio apponitur. Sic itaqꝫ nauigantes nimio timore ꝑculsi ꝑ singula momenta submersionis discrimen expectabamus. nimirũ ꝓcellis vsqꝫ adeo ascẽdentibus et excrescentibꝰ vndis equore toto cõmoto vt nil penitus de galea videretur nisi malus nauis. sed neqꝫ alie galee que in latere nobis erãt iam apparebãt simili ex causa. nichilqꝫ erat omibus in galeis infra vel supra qđ aquis maneret intactũ. Idqꝫ frequenter accidit nobis inter redeundũ ex Alexandria. Neqꝫ tamen nouũ est vel insolitũ ibi periclitari naues. cũ legamꝰ sãctã helenã in hoc mari adriatico passam fuisse tantã tempestatẽ vt cogeretur vnũ clauũ quo dñs ihesus cruci affixus fuerat proicere in mari vt sedaretur tẽpestas. Adeo enim seuũ est hoc mare vt nõnũqꝫ in tempestatibus saxa grandia de profundo eleuet. et tanqꝫ lignũ ꝑ superficiem aque iactet de vna parte golfi in aliam.

Die. xxiiij. vigilia scꝫ natiuitatis dñi sedata fuit tempestas. et tediosa trãquillitas sine bonatza subsecuta. nec poteramus aliquem portũ apprehendere vt festũ instans celebraremꝰ. In nocte natalis dñi eramus in mari. et ꝑ totã noctẽ fuit tãtus tumultus in naui nostra qꝫ vix poteramꝰ dicere officiũ nostrũ. galestrolis instinctu vt credo diaboli tũc plus solito laborantibus vti semper solent in diebus festiuis. Nec simpliciter laborant. sed cum execrandissimis iuramentis blasphemijs iurgijs et conuicijs mutuis ꝛc. Ita noctem illam sacratissimam pariter et diẽ dominici natalis exegerũt. Eodem die vidimus finẽ Albanie vel Achaye. et principiũ regni hungarie. et intrãtes ylliricum in quendam sterilem portũ stannũ dictum applicuimus. In die sancti stephani soluta classe procedẽtes partes Dalmatie attigimus. et vidimus ibi Ragusiũ ciuitatem prepotẽtem de qua etiã supra habitũ ẽ et ornatis vndiqꝫ galeis signis et vexillis vt fieri solet magnoqꝫ facto fragore ex bombardis. in modũ triũphi ꝑtermimus. Neqꝫ applicuimus ad ciuitatẽ. propter festum tamẽ et reuerentiam dñice natiuitatis cũ trincketo dũtaxat nauigauimus. Hec ciuitas Ragusina dicitur esse opulentior in xpianitate. ibi pulcrũ et notabilem cõuentũ habent fratres ꝑdicatores. Deinde venimus in Cursulam ciuitatẽ venetoꝝ que et Prepo vocatur. nec portũ trahere poteramus. ꝓhibente nos vento.

Sole autē ad occasum vergente incidimus asperrima loca· et ventis
cōfortatis ingrauatū est mare cōtra nos nimis· Quapropter guberna-
tores nostri anxij in dubio stabant suspensi· canale asperimū habentes
pre oculis et portū nullum in quē declinarent· deuiauerāt enim a vero
canali ꝑ quod alie galee secure ibant· Cū autē venissemus ad latiorem
locū canalis· temptauimus stabilire nauem et immerso bolide inueni-
mus excessiuā aque profunditatē· et paululū ꝓcedentes iterū iniecamꝰ
bolidem et fundū quidem inuenimus sed nō ad votū quia tamen nox
erat obscura in foribus nec sidera apparebāt nō poteramus procedere
propter stillam et caribdim· Deiecimus ergo grandē anchorā que fun-
dum petens nō inuenit nec scopulos nec saxa nec arenā quibꝰ morda-
cem dentē infigeret· ſ currentē galeā sequebatur arans terrā de quo vl-
tra modū torquebatur gubernatores· Rursum ergo cū ingenti labore
retraximus anchorā et in alio loco iniecimus· nec inuenit cui inherere
posset· ſ cū magno nostro periculo galeā sequebatur· tandem tamen he-
sit· debiliter tamē vt videbatur· Ideo nemo nocte illa secure dormire po-
terat· sed omnes solutionē nauis expectauimꝰ· que si soluta fuisset ex-
tremū nobis periculū fuisset· ¶ In die sancti Johānis euāgeliste solu-
ta naui conabamur procedere· ſ nec ventorum nec siderū adiutoriū affuit
nobis· ſ aura obscura que semꝑ nauigātibus est molesta· Tandem in-
undante pluuia cōuertimus nos in yllirici montana· et portū tortula
dictū intrauimus· in quo alias duas galeas nostre classis reperimꝰ· et
erat portus inhabitabilis· desertus· et maledictus· in quo magno tedio
fuimus affecti etc̄. In die innocentū classem soluimus et cū prospero
vento profecti vidimus ad australem plagam Apuliā ytalie ꝑ maris
brachiū Atrinaclia et Sicilia diuisam· et in cornu apulie qđ in adria-
cum mare extenditur vidimus montē Garganū· In huiꝰ montis ra-
dicibus est Sepontus ciuitas olim a Diomede montis victore cōdita
Ibi fuit palladis templū in quo diu seruata sunt epij frumēta· in quo
etiā bipēnes erce et arma diomedis deposita ostendebātur· In hoc mon
te Anno dñi q̄dringentesimooctuagesimoprimo· fuit facta apparitio
sancti Michelis· In processu venimꝰ ad oppositū Lizine ciuitatis dal-
macie· ſ repente lizinā postergantes in Crawaciā proiecti sumus et cir
ca solis occasum de latitudine maris ad montana crawacie que est na
tio yna dalmacie declinātes inter scopulos et rupes Sibicinēses na-
ues alligauimus in portu sterili· qui tamen erat tutus et bene munitus
In montibus enim et collibus maritimis iuxta quos portus tuti sūt
stant signa que nauigātes cernētes cōfugiūt de mari tꝑe periculoso ad
loca illa· Mansimus autē in portu illo vsq ad sextum diem cum tedio
maximo· Verū in die sancti siluestri pene omnes de galeis in insulam
adiacentē nauigauimꝰ· in qua inuenimus vnā capellam iuxta quam
fuit domus fratrū de tercia regula sancti Francisci· Capella hec de gra
marie nūcupatur vbi virgo ipa gloriosa in innumeris choruscat mira-

culis· Ad eã etiã in marinis cõstituti periculis multi se deuouent mul-
ta offerentes cũ illo salui pũenerint·
In crastino die videlicet circũcisionis mane galeã exeuntes in eadem
capella celebrauimus· Ipa etiã die villam ptransiuimus quẽ kano de
cista appellatur· Et de veteri more et cõsuetudine id ibi obseruat᷑ ꝙ vbi
eo ventũ fuerit· quisquis in galeis et nauib⁹ alteri quidpiã debet· mox
soluere cõpellitur et satisfacere p sententiã iudicũ in singulis galeis ad
hoc deputatoꝝ cui cõtrauenire nemini licet neqꝫ ab ea appellare· Alie
quoqꝫ dissensiones et discordie si que sunt in galeis p eosdem iudices et
arbitros sedantur modis oportunis·
Die secũda januarij vbi ventus cõquieuit edu xerũt classem extra por
tum illum ꝭ cũ in latũ venissemus surrexit ventus cõtrarius repelles
triremes cõtra Appuliã et ideo magna vi reduximus naues ad mõta-
na crawacie· et in portũ larmo dictũ incidimus· ibiqꝫ naues stabiliui-
mus expectantes ventũ· Solaciosus fuit portus ille· altissimis scopu
lis circũdatus et pfundissimũ habens canale· educti autẽ nos fecimus
et in cacumen altioris scopuli vel rupis manibus reptantes de rupe ad
rupem ascendimus vsqꝫ ad signũ qd in summitate stabat demõstrans
portũ ibi stetimus· et longe lateqꝫ p mare respexim⁹· et cõiectis oculis
in occidentẽ maxime exultationis et iocũditatis hausimus occasionẽ·
Vidimus enim alonge niueos nostros alpes suis candidis cacumini-
bus nubes attingentes· qui faciũt terminũ maris et finẽ ytalie et lom-
bardie et principiũ alamanie· Sub monte est villa quedã quã ingressi
vt emeremus aliquid nichil in ea reperimus nisi pauprimos schlauos·
Die tercia januarij cum bono vento portũ illũ egressi veloci cursu ad
Zaram ciuitatẽ veterem venimus· et deinde ad nouã zaram quã naui
bus stabilitis ingressi sum⁹ ¶ Sequenti die mansimus ibi et ecclesias
ac reliquias videntes corpus sancti senis Symeonis in ecclesia metro
politana reperimus·
Nocte sequenti incidimus in Cornerũ qui est pessimus maris distri-
ctus et periculosissimus quia mare ibi rapadissimo cursu cõtra ancho
nam tend᷑t· et nisi gubernatores arte et industria prohibeant mare na-
uem rapit et in portũ achonensem longe positũ deportat· In illo corne
ro grauissimam noctem egimus et tempestatem valde horribilem passi
sumus et inquietudinem·
Illucescente autem die mitigatũs est ventũs et venimus in Histriam
que est natio dalmacie et Polam ciuitatem vidimus· et circa vesperas
in portum rubinensem venimus· De nauibus autẽ exeũtes in ciuitatẽ
Rubinã que in monte est ascendimus ad vesperas in ecclesiam sancte
Eufemie virginis· Auditis vesperis quia collegium est ibi· aperuit no
bis prepositus ecclesie tumbam sancte eufemie virginis· et corpus eius

integrum vidimus. Miraculose enim de calcedonia vbi fuit martiri-
sata venit in eadem grauissima tumba p vndas in rabinam. Hijs vi-
sis naues reingressi sumus.

Die septima soluta est classis et nauigauimus vsq ad parentiū ciui-
tatem Histrie. et illo die ibi degimus. qua aduesperascente classem re-
ingressi et nocte leuatis anchoris cum optimo vento nauigauimus. et
cum ingenti leticia. valde enim periculosum est ibi quando non sunt
venti optati. pre leticia ergo noctem illam pene insompnem duximus
et mane.

Die octaua venecias ciuitatem vidimus. Porro q̄tocito veneti nos vide
rūt. omnes campanas ciuitatis cōpulsauerūt. et plurimi in barcis ob
uiam nobis venerūt vti soliti sunt facere in adūentu felici et secūdo na
uium vel galearū suarū. Ante portū aūt sancti Nicolai extra castella
classe stabilita multoq auro patronis soluto. in barcis portum et ci-
uitatem ingressi sumus in hospicia nostra. letantes maiorem in modū
atq gaudentes. nimirū q optata denuo litora apprehendimus. multū
prius et terris iactati et alto. Sed et magnifice deo gratias egim9 qui
nos de magnis sepe periculis et angustijs sua clemētia et misericordia
atq beatissime virginis et martiris Katherine haud dubiū interuen-
tu liberauit reduxitq cum salute ipe omniū saluator et liberator xpus
ihesus in secula benedictus Amen.

¶ Secunde peregrinationis ad diuam virginem et martirem
Katherinam in montem Synai processus Finit feliciter.

forma et disp[osi]tio[n]e terre sancte usq[ue] ad egiptu[m] ex p[ar]te australi et septentrionali usq[ue] ad finem damasci sive ita q[uo]d similiter tota palestina est (?)

fforma et dispositio dominici sepulchri

Mons Synay
Mare rubru
Egiptus
Palaciu soldani
Babilonia egipti
Egipti
Ascalona
Tribus Juda
Betlehem
Insule
Saline

Hec animalia ſunt veraciter depicta ſicut vidimus in terra ſancta.

Iste sunt insule a venecijs vsq3 Rodum.

Histria

Priona q̃ et villa. distans a venecijs centū miliaribus ytalicis. sita in

	Ossera et Kersera.		xl	
	Arbia		xv	
	Vega		xxx	
	Nossera		v	
	Nyo		xv	
	Sassigo	Distans ab insula	xxx	miliarib9 In dalmacia
	Prenna	proxime posita	ij	
	Anpetina		x	
	Selua		ij.	
	Nybo		xv	
	Paygo		v	
	Pontó duro		xv	
	Santpontello		j	
	Sancta maria de mela		j	
	Insula grandis de zara		x	
	Fruso		xv	
	Jusula longa	distās ab insula	j	miliaribus in Dalmacia
	Zara vetus	proxime posita	v	
Insula	Ad sanctū Clementem		vij	
	Verga		v	
	Morthera cū multis alijs adiacentibus que hic nō nominantur.		vij	
	Insulare		xv	
	Sibenigum		vij	
	Calciseo		v	
	Ad sanctū archangelum		iiij	
	zessilo		dimidiū	
	Solta		ij	
	Bratza		vij	
	Lizina		xviij	
	Lissa	distans ab insula	xl	miliaribus in Dalmacia
	Corzula	proxime posita	xviij	
	Lakatza		xij	
	Lagusta		vij	
	Augustin		xx	
	Melida		xxx	
	Ragus		j	
	Croma		vij	
	Ragusa vetus		xxiij	
	Budua		xxiiij	
	Anthiphara		xvlij	

	Dulcina		xviij	
	Durazo	distās ab insula proxime posita	lxx	In Albania
	Zazano		lx	
	Affano		l	
	Corfona		xij	
	Paxona		v	
	Raipdelducat		l	
	Lanainnata		xij	
	zaffalonia		j	
	zanta		xl	
	Striffali		xxx	
	Metona		lx	
	Sapientia		ij	
	Cauerera		v	
	Saphinica		v	
	Camadappa		lx	
	Cirigo		xl	
	Camaleon		xx	
	Milo		lxxx	
Insula	Antemilo		iiij	
	Polymo	distans ab insula	xv	miliaribus In Grecia
	Paris	proxime posita	xxx	
	Nyxia		iiij	
	Nyo		xxx	
	Margoyn		xxx	
	Naffia		xxx	
	Vrina		xv	
	Stamphalia		xx	
	Alango		xlv	
	Alasthrooa		xx	
	Piscopia		xv	
	Nyzara		iiij	
	Ad sanctū Nicolaum de cartha		xxij	
	Limonia		x	
	Lazina		xxx	
	Rodum		xl	

A rodo nulla alia insula nisi castrū rasso.

Sequũtur quedam cõmunia vocabula de ydiomate sarracenico in latinum translata.

Caput	Ras	Fulgur	barck	Asinus	hamar
Frons	sahala	Tonitruũ	rad	Vacca	baccara
Crinis	Shar	Grando	barath	vitulus	keßel
Oculus	ayn	Nix	delß	Capra	anse
Auris	eden	Glacies	sijlith	Ouis	ganeme
Nasus	onff	Panis	chobiß	Auca	woßze
Os	fom	Panis	corban	Anser	ocke
Labiũ	soffe	Carnes	lahem	Gallus	dic
Lingua	lesan	Caseus	yiobn	gallina	tesese
Dens	zcenn	piscis	somek	columba	hemame
Collum	angk	auis	thayr	canis	kepb
Güttur	mabla	pisa	hellie	canis	kolpb
Pectus	sadar	Faba	ful	leo	est
Cor	kalb	lens	addes	leo	sebey
Jecor	kodet	Ordeum	sayr	vrsus	dubbe
Pulmo	kebd	frumentũ	chameke	lepus	arnepb
stomachus	bathan	Pomũ	doffaha	lupus	dijb
Venter	kreß	pirum	engassa	Catta	katt
Brachiũ	zende	Ficus	thyne	Mus	fara
manus	yd	Angurij	bathich	mors	maut
Digitus	zabeth	pulmentũ	tabich	mortuus	meyet
Dorsus	daher	Ouũ	beyde	Anima	nefftz
Latus	jomb	botrus	enep	Infirmꝰ	gehennem
Crus	salgk	vinũ	nebijd	Cimiteriũ	meyba
Genu	rocube	vas	vgwee	sepulcrũ	caper
Tybia	kaßzeel	fons	ayn	Calix	caß
Pes	reßle	aqua	moy	Liber	keteb
Pedica	behim	cisterna	byr	altare	bukel
Planta	tatreßle	fluuius	nahar	ducatus	ducat
Deus	alla	Acetũ	hall	denarius	denar
Angelus	melack	Ciuitas	medine	medinus	medin
Sanctus	caddis	villa	dayan	Tremus	terem
dyabolus	sagithan	Castrũ	carije	Flus	gelt
Rex	meleck	Ecclesia	camisse	Bonũ	sijd
Dñs	arab	Templũ	haijkel	malum	sarr
Dña	rabbe	domus	baijt	dulce	hellu
Nobilis	methesim	claustrũ	huß	amarũ	morr
Rusticus	vellah	turris	barßo	pulcrũ	cayeß
Agricola	villah	fenestra	tacka	album	abijas
Sutor	esscheff	janua	bab	nigrum	esuet
Sartor	hijiath	via	trijck	magister	malkẽ

Cocus	tobach	Molitor	daban	Pistor	hesijan
Seruus	abist	Ancilla	ceryen	episcopus	osthopffh
Sacerdos	kehem	sacrista	kadelocht	Vir	rasol
Mulier	amara	Pater	ebb	Mater	omm
Filius	ebn	Filia	bentht	frater	achb
Soror	ocht	amicus	meheb	xpianus	nazerani
Celum	Szama	Sol	schiemb	Luna	kamar
Stella	nesme	nubis	gear	Ventus	hauwa
Pluuia	mattir	Lux	daw	dies	nahar
Nox	layl	Tenebre	dalme	Aer	soheb
Porta	bab	coquina	madbach	camera	mensel
Infirmaria	maristan	Capuciū	cobet	Pileus	stabrim
Tunica	taub	camisia	camiß	cingulū	zennar
Caliga	choff	calcius	serbul	pallium	goffara
Frigus	barth	calor	harr	terra	ard
Mons	ezebeb	vallis	wodin	ager	achlin
Ortus	bestan	arbor	segera	Herba	hasis
Vrtica	carre	Spina	schocke	camelus	Szijmel
Equus	faras	Fur	herami	nequā	sarrir
Peccator	cathij	meum	lij	tuū	lack
Vos	endom	Ille	hadack	Ego	ena
Ita	ij vel eij	Non	la	hodie	ylkeom
Cras	gadda	cras	buckara	plane	swoij
Suū	hli	Meus	meihaij	ferrum	hadid
Lignū	vd	lapis	hasar	Ignis	lumen
Vnum	woheijt	duo	etneyn	tres	telate
Quatuor	arba	quinque	campß	sex	sythij
septem	sada	octo	themani	nouem	tyßza
decem	eyschara	vndecim	woheyttasch	duodecim	temetasch
tredecim	telatasch	quatuordecim	arbatasch	quindecim	capstasch
Sedecim	sijthtasch		decem et septem		sabatasch
decem et octo	themantasch		decem et nouem		tijßtasch
Viginti	ascharin		viginti vnū		woheyttascharin
viginti duo	etneyntascharin		viginti tres		telatetascharin
vigintiquatuor	arbatascharin		vigintiquinque		campßtascharin
viginti sex	sijttascharin		vigintiseptē		sabatascharin
vigintiocto	tementascharin		vigintinouē		teßzatascharin
Triginta	talatin				

In sequentes historias p̄fatiūcula incipit feliciter.

D Vobus explicitis atq; absolutis itinerarijs nostris diuo mu-
nere. haud incōgruū reor. quedā adiecta facere. que p̄cipue gene
rosorū atq; nobiliū animos magis oblectēt. quibus potissimū
hos in ope morē gessi talia scribendo. que eis lectu scituq; haud inutilia
sed neq; fastidiosa forent. Verū vti in primordio hui⁹ libelli cōmemo-
ratū fuit. optarem vehementer p̄ter eū quē michi p̄stitueram finem princi-
palem. etiā hūc nichilomin⁹ meo labori accedere fructū. vti ex hijs que
narrauimus. deuotorū xp̄icolarū animi et pectora. magis magisq; in
dies in perfidissimos et truculentissimos xp̄iani nominis et sanguinis
hostes turcos videlicet et sarracenos. zelo bono cōcitarētur roborarētur
accēderētur. ad exterminandū eos de finibus suis vel saltem ad resisten
dum eisdem dū nostros occupare fines. depopulari. et deuastare tēptāt
audentq; q̄ꝫ libere. quippe nemine ex aduerso repūgnāte. in p̄niciem nō
modo totius reipublice xp̄iane. s; et pudorē maximū. Ad huius institu
ti propositū nō nichil cōduceret si serenissimi et illustrissimi principes.
generosi strenui. et nobiles viri. ymmo vniuersi xp̄i fideles crebro re-
uoluerent. relegerētq; vel saltem nouissima damna et exterminia plu-
rima que p̄fidi a paucis emensis annis ymmo nostris ferme tēporibus
ecclesie intulerūt. et q̄ꝫq̄ꝫ ea pene innumera sint neq; paucis emetiri neq;
esse abscondita alicui vel parū annoso possint. tamen quo intimius or-
thodoxorū cordibus imprimātur. paucula ex plurimis. et [illegible] an-
te gestis huiusmodi [illegible] nobis [illegible] excerpta. hijs inserenda nō ab
re putaui. p̄sertim q: in sup̄ioribus etiam de aliquibus huiusmodi mē
tio habita est. Igitur de Constantinopolis et Nigroponti in primis
expugnatione breuissime. postac de Rodie vrbis obsidione latius. Ac
demū ydrunti captione sub cōpendio agam.

De Coustantinopolitane vrbis expugnatione.

Anno dn̄i Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secūdo
ciuitas Cōstantinopolitana cū esset obsessa a thurcis. miserunt
greci oratores ad summū pontificem Nicolaū quintū. implo-
rantes auxiliū gentiū et pecuniarū. quos nō exaudiuit Nicolaus. in-
dignū ducens ytaliā exhaustam pecunijs propter expensas guerrarū.
grauare nouis exactionib⁹. p̄maxime cū sciret grecos se suis pecunijs
posse iuuare si exponere vellent cōducendo gentes. Sed nudati omni
amore reipublice et tantū priuate rei sue cōseruāde intenti. in hoc incide
rūt iudicium. vt victi et capta ciuitate serui effecti. res priuatas suas et
publicas p̄diderūt. Et q: habuissent. si voluissent expendere patuit. q:
magne diuicie et thesauri multi repti sunt apud plures p̄sonas etiā mu
lieres. sed cupiditas excecauit eos. De ipa autē captione dicte ciuitatis

Hoc scripsit Cardina- lis Ruthenus q[ui] erat praesens ut dicit

per thurcos· Reuerendissimus pater et dn̄s cardinalis ruthenus ep̄us
Sabinensis· grecus·nomine ysidorus· qui tūc erat ibi legatus pape sic
scribit qui p̄sens fuit·sed manus illoꝝ euasit ne occideretur vel caperetˀ
qꝫ ingressis in ciuitatē thurcis· habitū dimisit et apparatū cardinala-
tus et vestibus vilibus indutus inter fugientes e ciuitate se immiscuit
incognitus·et inde ad Peram ciuitatē nō longe a Constantinopoli di-
stantem·se duci p mare ꝯcurauit· Audite hec inquit in principio suarū
litterarū· Audite oēs gentes auribus pcipite qui habitatis orbem· Au-
dite hec omnia q̄ fidelem orbis partē colitis· Ministri·pastores·et prin-
cipes omniū ecclesiarū xp̄i· vniuersi quoqꝫ reges et principes xp̄icole·
ac vniuersus dn̄i populus cū religiosis cunctis· Audite et notū sit vo-
bis·ꝙ p̄cursor veri anticristi teucroꝝ princeps et dn̄s· seruus autē tot
dn̄oꝝ quot vicioꝝ·cuiꝰ nomen est Mahumet inimicus crucis xp̄i· He-
res rei et nominis illius primi pseudo prophete et latoris legis spurcis-
sime agarenoꝝ·filius sathane omniū flagiciosissimus· qui furijs inue-
ctus et insania·sanguinē xp̄ianoꝝ sine intermissione sitit·nec extingui
valet eius sitis post eoꝝ innumeras cedes· Tanto qꝫ odio cōtra xp̄m et
mēbra eius mouetur· vt eradere nomen eiꝰ de terra nitatur· Et inspecto
aliquo xp̄iano sibi obuianti se inde existimet sordidatū vt oculos ab-
luat et os·immūdū se profitēs prius· Hoc igitur tā terribile et horridū
monstrū·exigentibus demeritis xp̄ianoꝝ·iusto dei iudicio·in eos seuire
et crassari pmissus· ciuitatē imperialem nouam romā· olim felicissimā
nūc miserrimā et omni calamitate oppressām· Cōstantinopolim· diu
obsessam cepit· expugnauit· spoliauit omnibus bonis et pene deleuit·
Quis autē(vt verbis vtar prophete) dabit capiti meo aquā et oculis
meis fontē lacrimarū· vt plorare valeā die ac nocte interfectos populi
illius·et scelestissima sacrilegia in ea captura ppetrata· Quis huiꝰ horri
bilitatis memor nō obstupescat·nō litargicus fiat· nō p̄ dolore obmu-
tescat· Nec tamē cūcta enormia explicabo·ne pie aures audire refugiāt
sed ex paucissimis relatis cogitētur alia· Hic nephandus·nominibus
blasphemie plenus·ciuitate recepta post decapitationē imperatoris· cū
omni sua ꝓgenie et nobilitate· plurimos ferreis manicis et cōpedibus
alligatos· ac collis eoꝝ funibus cinctis· extra vrbem deduxit nobiles
plebeios monachos et monachas· mares et feminas· virtute et cōditio-
ne p̄claros·vituperabiliter detractos·multis iniurijs refertas vt mere-
triculas et in lupanari prostitutas trahebant· tanta et talia cōtra eos
agebant· quāta de brutis animalibus et qualia sine rubore fari mini-
me quis valeat· Adolescentulos vtriusqꝫ sexus a parētibus segregabāt
et dimisim de eis p̄cio negociabātur· Infantes corā genitoribus suis vt
agniculos mactabāt· Matres filijs et geniti genitricibus priuabātur·
Germani a fratribus· vxores a viris· nurus a socrubus· lugentibus et
vlulantibus segregabātur·disiūcti cōsanguinei et amici·in diuersis re-
gionibus serui venditi ducebātur· O q̄ꝫ amare lacrime· quāta suspiria·

quot clamosi singultus inter amicos et notos· que miserabiles voces
emittebantur inter tantas cedes· seruitutes· expulsiones· et cōtumelias
Principes barones et dn̄i· bubulcoꝝ· porcarioꝝ homūtionū· effecti sunt
famuli· Intra decēniū pueros ad ritus sue ꝑfide secte cōpellebant· Heu
quomodo obscuratū est aurū fulgidū sapientie· ꝑ tenebras ignorantie·
Aurū dignitatis ꝑ ignobilitatē seruitutis· Quomō mutatus est color
optimus grece eloquentie· in barbariē turchie· lapides sanctuarij si qui
erant cōstantes in fide· dispersi sunt in capite omniū viarū iacentes ꝓ-
strati· ¶ De ceteris taceamus· humana sunt· ß de iniurijs· subsannatio-
nibus· cōtumelijs· opprobrijs scelestibus erga diuina· que lingua va-
leat explicare· quis intellectus capere· que aures patietur audire· ni fal-
lor nūqꝫ ita inhonoratꝰ deus· Venerūt gētes gehēne dedite· in hereditatē
tuā· que israhel est te videns ꝑ fidem· Polluerūt templū sanctū tuū ec-
clesiam nobilissimā sancte sophie cū alijs· Imagines dn̄i nostri ihesu
xp̄i et matris eius virginis gloriose et sanctoꝝ ac sanctarū dei· insignia
viuifice crucis cōspuentes· cōstringētes· cōculcātes· sacrosancta euange-
lia· missalia et reliquos ecclesie libros dilacerantes· deturpātes· cōburē-
tes· Sacras vestes sacerdotū· reliquaqꝫ ornamenta ecclesie scindentes·
ad indumentū suū et ornatū sumentes· vel pro vili p̄cio cōferentes· va-
sa dn̄i· eiꝰ cultui dedicata· in eis comedentes et bibentes· in reliquū con-
flata ad prophanos vsus trāsferebant· Posuerūt deniqꝫ carnes sancto-
rum tuoꝝ morticina seruoꝝ tuoꝝ· reliquias beatoꝝ corpoꝝ escas vola-
tilibus celi· dispergentes hincinde carnes sanctorū tuoꝝ quos occidebāt
bestijs terre· qꝛ non erat qui sepeliret· Altaria suffoderūt inuocātes no-
men maledicti machometi· eū laudantes de victoria· Omitto p̄ pudore
qꝫ mingebāt· stercorisabant· omnia vituperabilia exercebāt in templis
imaginibus et reliquijs sanctis· Sancta canibus dabant· margaritas
sacramētoꝝ ante porcos proiciebāt Cū hec recolo totus ex horrore cōtre-
misco· nec vlterius stilo exarare queo illoꝝ piacula et fidei xp̄iane reli-
gionis dedecora et irrisiones iniecta· Monasteria tā monachoꝝ qꝫ mo-
nialiū inuadentes omnia diripiebant· eicientes illos de habitationibꝰ
suis· xenodochia infirmorū destruebāt· Et si de multis et magnis exci-
dijs et exterminijs ciuitatū· historiographi etiā gentilium referāt· fere
nulla posset desolationi huius coequari· Nullum incolam intra reli-
querūt· nō grecū· nō latinū· nō armenū· nō iudeū· vrbem ipam suis ciui-
bus nudatā quasi desertā effecerūt· Eorū actus et opa proprijs oculis
vidi· et cū aliquibus cōstantissimis viris vna· plura ꝑpessus sum ma-
la et pericula· licet de manibus eorū me eripuerit deus vt ionā de ven-
tre ceti· Expugnata Constantinopoli Peram nō multū distantē occu-
parūt· menia eiꝰ ad solum vsqꝫ deducentes· Ex campanis ecclesiarum
bombardas cōflauerūt· crucem que erat in cacumine turris eius cū ipa
turri cōtriuerūt· Rempublicā ad nichilū deduxerūt· Judicē et principē

eius thurcū constituentes. Pedagia. gūidagia. impositiones. et grauā-
mina illic applicantibus vel ꝑmanentibus suapte statuerūt. Hijs
atrocissimis rebus nō cōtentus callidissimus et cruentissimus macho-
met. xpicolarū summus inimicus. ad vlteriora se extendit et triremes
inter magnas et paruas iam centum septuaginta p̄parauit et ad mare
egeū misit ad insulas cicladas sibi subiciendas. Exinde se p̄parat cum
infinito exercitu ad tres vrbes notabiles et potentes prope danubium
sitas transmigrare et expugnare. vnā quā videlicet Peryston nūcupa-
mus. aliā Forobiū. tercia bellostadū. Intendens post totam ꝑcurrere
Hungariā. spoliare. deuastare. et conterere vt neminē retro se dimittat
impedire ad alia ꝓficisci volentē. qm̄ ad ytaliā ocitius trāsmigrare cō-
tendit. p̄parare quoq; conatur galeas magnas et paruas. trecentas. na-
ues magnas viginti. pedestriū et equestriū exercitū vltra centū milia.
Et sic a durachio brundusiū transire cōtendit. que ciuitas sita est in re-
gno Apulie. Quapropter dep̄cor exoro atq; exhortor vos omnes xpico-
las. vt zelo fidei et xpiane religionis pro vestra libertate gladio accin-
gamini cōtra tam diros hostes diuini cultus et omnis sanctimonie et
vite moralis Et primo quidē abicientes omnē dissensionē. emulationē
remittentes inuicē offensas. sicut et xp̄s donauit omnib9. pacē et vnio-
nem summope inter vos amplectamini. vt vniti et inde fortiores effecti.
cōfidentes in adiutorio altissimi (cuius est victoria et bellum nō multi-
tudinis) ip̄m sathanā cum satellibus suis sub pedibus vestris cōterere
valeatis. Licet enim in multitudine cōfidat et feritate suoꝝ. plures ta-
men sunt qui nobiscū sunt ymmo dn̄s ip̄e miliciarū pro cui9 fide et re-
ligione pugnatis ita q̄ centū ex vobis ꝑsequi et superare valeāt mille
ex illis. et mille ex vobis decem milia Ignauia enim et impericia bel-
li innata sunt eis. Hec in substantia sunt in literis p̄dictis et si aliqua-
liter verba sunt immutata rc̄.

De Nigroponti captione.

Fidelis quidē et p̄potens vrbs Nigropontensis xpiani nomi-
nis titulo. fideq; insignis. ab olim veneciane ditioni et potenta-
tui subiecta. ciuitas ꝑfecto oppido populosa. negociosa. sed et
rerū om̄niū opulentissima. ciuiūq; optimoꝝ refertissima. terra quoq; et
mari diligentissime munita. portu p̄sertim tutissimo de mari gaudens.
deniq; muris et menibus et turribus firmissimis vndiq; cincta et circū-
septa. ita vt prorsus inexpugnabilis omniū opinione crederetur. Que

etiā ciuitas Calcides alio vocabulo cognominata dinoscit᷑· in insula
Euboie sita· Insula inquā in frumento· vino et oleo cūctisq; terre na-
scentibus maiorē in modū fertili et fecunda· potissimū autē aptis val-
de pro nauiū galearūq; fabrica lignis habundans·hoc modo sub tur-
coꝝ venit potestatē et direptionē· capta et expugnata Anno dñice in-
carnationis Millesimo q̄dringentesimoseptūagesimoprimo vertente·
¶ Clarissimis quidem venetis semper abolim thurcos oppido fuisse
infestos·tum ob eoꝝ in xp̄m fidem sincerā· tum etiā maximā eorū cūt
inuidebant potentiam·nemo qui grauissima inter eos hincinde habita
discidia·bella vltro citroq; fortiter gesta· guerrarū strepitus et cunctos
sepe cōgressus legit vel audit dubitare potest· Hinc itaq; et hostili odio
in ip̄os venetos thurcus infectus·et nobilis atq; p̄diuitis vrbis Calci-
dis euboie situs oportunitate·opibus quoq; et celebritatis gloria alle-
ctus Anno quo supra Omariū bechū principem bassam cognominatū
tyrānus ip̄e Machomet cū exercitu copioso nauali et terrestri ad expu-
gnandū ciuitatē ip̄am Nigropontensem destinauit· Tandē post lon-
gam vrbis obsidionē ip̄emet cum longe copiosiori exercitu ex bizancio
admouit·ponteq; facto ex nauibus trans aquā ꝓfundā satis et latā q̄
vrbem p̄terfluit·militē in litus traiecit·et ex ea parte qua nō putabat᷑
muros aggreditur machinis·quatit oppugnat· iactuq; plurimoꝝ la-
pidū spericoꝝ diruere festinat·Nam et traditor quidā omniū nequissi-
mus atq; pessimus·machinarū scȝ omniū que in ciuitate in menibus et
turribus atq; propugnaculis erāt magister et p̄fectus Thomas scȝ li-
burni cognominatus·signū thurcis dedit·vt in loco sue stationis mu-
ros vbi debiliores erāt·bombardarū ictibus verberarēt facile ruituros·
qđ et factū est·Sicq; proditione res acta est nō equo marte pugnatūm
Interea classis veneciana in subsidiū et tutelam vrbis et ciuiū obsesso-
rum missa·negligentius agens·vagabatur p mare·capiendis januen-
sium et Cathalonioꝝ alioꝝq; xp̄ianoꝝ nauibus intenta magis·quib᷒
ad suā firmandā classem ratibus adiūctis·venecianus capitaneus cui᷒
rei gratia aduenerat nō satis probe est ꝓsecutus· Cū enim p̄potentē ni-
mis iam haberet classem·que rem cōficere prospere deo propicio potuis-
set·ad insulam quidē euboie properauit· seq; ostendens maximā obses-
sis iam vndiq; ciuibus ex vrbe spectātibus leticiā suo aduentu infudit
Ita vt manus vtrasq; p̄ animi et cordis exultatione et iocūditate ex-
panderēt in celum· ꝟ frustrauit eos iniquus ille capitane᷒ spe sua·opi-
nione fefellit·turbauit exitu infausto·tristicia affecit ingenti·haud du-
biū quin longe maiori q̄ȝ ante gaudio letificarat· Nā cū tanta esset fre-
tūs classe ip̄e formidulosus· inter inimicorū morsus mortisq; horrende
cruciatus ciues fideles dereliquit· et p̄clare vrbis miserandā direptio-
nem prospiciens·nil prorsus effecit neq; propius voluit applicare· cū
tamen omnes pontes quos thurci fecerant· facile sua classe armatissi-
ma irrūpere potuisset Cūq; oēs singulariū patroni nauiū per classem

passim cōtra eū cōclamaret·grauiterqꝫ omnino suā negligentiā ferrēt·
crebro ingeminantes cur trepidaret cūr non accederet cur de industria
tam insignem tam fidelem tam opulentā ciuitatem perditū iri ꝑmitte
ret· Ille surda hec aure hauriēs in eodem loco inmobilis inutilisqꝫ ꝑ=
mansit· Itaqꝫ dum in mari nil agitur et classis inuacuū ꝑseuerat fixa·
atqꝫ defensionis signū obsessis ciuibus nullum prorsus datur·quin po
tius tutationis fidūcia sub oculis eripitur·turcoꝝ princeps animosius
agens·res bellicas fauentibus fatis· prospere votiueqꝫ prosequitur·ad
menia properat intrepidus·assultū parat·ordinat cōflictū·et qđ in tali
bus cōducit plurimū·accitis militibus·accurata eos oratione corrobo=
rat·premia etiā magna pollicens hijs qui primi muros cōscenderent·
atqꝫ ita vniuersoꝝ animos adeo reddidit in prelīū auidos et accensos·
qꝫ per duas dies noctesqꝫ cōtinuas cūm ingenti fragore summo studio
viqꝫ maxima vrbem oppugnabāt· Quāqꝫ enim a ciuibus deintus ma=
chinis grauissime vulnerarentur·ac inter bombardarū ictus veluti ca=
nes interficerentur·repellerēturqꝫ eminus nōnūqꝫ· omniū generū missi
libus·suorū tamen inter necē et stragem innumerā· plurimāqꝫ mortis
imaginē· tanto cū impetu et conatu turci irruptos occuparūt muros·
ymmo tanta alacritate alter alteri succedere cōtendebat· vt eorū nemo
pedem referre·stare nemo cōpertus sit· cuncti vero animosissime assilire
visi·quāqꝫ frequentissimi interirent· Bis eos muris aduolasse ferunt·bis
inde fuisse ꝑcipitatos nostrorū audacia· tandē vero vbi nostri auxilio
classis quā sub oculis cernebāt penitus destituti·longaqꝫ defatigati op
pugnatione et exhausti laboribus·rem omnē ꝑditā vident· fracti ani=
mis in vrbis forum pariter cōueniūt· et cōfortati diui sacramēti euka=
ristie vel cōspectione vel sumptione·irrūpentibus iam thurcis· manus
enixissime cū eis cōserūt·trucidant quotquot possunt·neciqꝫ dant innu
meros·et orcis infernalibus immittūt· donec tandē et ipsi pro xpi fide
constantissime agonisantes·mortē subeūt haud dubiū beatā· Et qđ fe=
mineo sexui magnopere gloriosum extitit·hāc inter cedem miserabilem·
plurimas egregia forma fideqꝫ feminas·tum nuptas tum virgines·ar
mis indutas ferut more amazonū pugnauisse· sicqꝫ inter reliqua mor=
tuorū cadauera fuisse reptas·quasi nō antea voluissent occumbere qꝫ ꝑfi=
dissimorū turcorū suis tenellis manibus effudissent cruorē· quo vel sic
inimicū nobis sanguinē libassent·et ꝑstitissent obseqiūm deo in ipo sue
articulo mortis· Verū viri isti ciuesqꝫ clarissimi· proditorē illū nepha=
rium lyburni superius memoratum·suꝑstitem habere nolentes·dignis
prius supplicijs pro reatu de eo sumptis crudeliter interemerūt· Hec
inter agendū·vrbis dūtaxat ꝑtor paulus erico appellatus·in arcē cōfu
git adherētib⁹ sibi paucis quibusdā primorib⁹ ciuitatis·paucis aliūde
euadētib⁹· Capta itaqꝫ turcus vrbe·victoriaqꝫ adepta·oēs ytalici gene=
ris puberes·palis acutissimis fecit affigi·alios saxis elisit·alios sectos
ꝑ mediū diuisit· alios varijs penis atqꝫ horrēdis affectos cruciatib⁹ ad

ſupera (haud dubiū) trāſmiſit. grecanā tantum gentē ſub haſta vendi
pcepit. Unde factū eſt vt omnes calcidis platee et vie. cruore occiſorū
replerentur. Interea ptoris vrbis filia vnica. virgo caſtiſſima. puella
decora facie. et venūſto aſpectu. thurco ob ſuā pulchritudinē ingentē. ad-
ducta. cum turpitudini et fede cōmixtioni conſentire prorſus rēnueret.
protinus iugulata proqꝫ fide caſtitatis martirio procul dubio corona
ta. ſponſo virginū xp̄o ſponſa ipa in cuū eſt in celis cōiūcta Porro qui
in arce erāt data ſibi a thurco fide de vita ſeruanda. pactoqꝫ firmata ꝙ
ſalui euaderent ſi arcem libere in deditionē traderēt. exinde cōfidenter
exierūt. ſed mox egreſſos ipſe fidefragus tyrānus arce potitus. omnes
ad vnū iuſſit extemplo trucidari. Hunc in modū (profecto miſeran-
dum) ciuitate pdita. occiſis incolis. cede expleta. venetoꝝ capitaneus.
claſſe ſoluta. quia omniū arbitratu ſola omnipotentis voluntate exce-
pta facile tantā defenſaſſet vrbem ſi vir fidus et fortis fuiſſet. cū paruo
honore. fructu nullo. opprobrio ſempiterno. rebus infectis. ymmo tur-
piſſime neglectis. venecias remeauit. moxqꝫ apud ſenatū accuſatus. de
fenſionis quidem locū accepit. ſed poſt multas inuanū adductas fal-
ſas rationes et excuſationes in peccatis. tandem nō ſatis dignā ꝓ me
ritis accepit vltionē. exilio relegatus. atꝫ ppetuo profligatus cū omni
bus ſuis a ciuitate veneciarū in opidū cui eſt vocabulum Vtinū. Ita
res hec. finem accepit triſtem prorſus et infelicem.

Hoc modo equitant Thurci tempore pacis dū ob aliquā ſolemni-
tatē ſiue ſolacij cauſam. feſtiuiori vtūtur apparatu. Guerrarū vero tpe
eodē pene habitu ꝟ armatura alia. enſibus ſcꝫ accincti ⁊c̄ in pliū vtūt.

De Rodie vrbis obsidione.

Hodie vrbis obsidionem descripturus causas in primis narrare institui. que thurcorum tyrannū machometū potissime impulerūt. vt tanto conatu Rodios aggrederetur. Licet em̄ cū thurcis nō parūa discidia rodij habuerūt abolim. tamē cū eo qui nūc imperat. post Cōstantinopolis expugnationē grauia gessere bella. Inimicus quidē vires in dies augens insolentior reddit᷑. Cūqꝫ quatuor et viginti circulo annoꝝ cōplures sibi vicinas ditiones subegisset animo inflatus egre admodū egit Rodiā vrbem. equitūqꝫ iherosolimoꝝ ditionē finitimā. eiꝰ imperio liberā absolutāqꝫ esse. Maxime ꝙ diuerso tp̄e quatuor classibus instructis. castella et Rodiorū agros īuaserit. obsederit. oppugnauerit. ex quibus ignominiā. discrimen et cladem reportauerit. Ex thurcis nāqꝫ multi trucidati. palo suffixi. furcis suspensi. sagittis affecti. lapidibusqꝫ cesi. calamis ꝑustis suffossi. gladijs obiecti. membratim discerpti. perierūt. terra mariqꝫ succubuerunt hostes. Cōspecta igitur rodioꝝ militū generositate. qđ vi assequi nō potuit. dolo versucia tentare decreuit. Sepius submissis sibi greculis qui sibi parent. cōfederationē cū rodijs inire equa cōditione ꝑmissā. dūmodo quippiā tributi titulo cōcederetur. Cū vero reiectū vectigal sepenumero viderit. arte pacē tractat. cā ratā habet si tacita tributi cōditione orator iherosolimoꝝ cū munusculis tribunal suū adeat. Arbitratus quidem se munera tributi titulo acceptuꝝ. q̄ rodioꝝ magister munera vocitaret. Fallit᷑ quoqꝫ hostis hoc cōdimēto. nec rodij cōditionē recipiūt. eiqꝫ cōiungi cōtempnūt. qui fidē xp̄i ꝑsequitur. quā ex ꝓfessionis voto tutātūr. defendūt. iuuāt. Hijs de causis rabidus hostis odium cōtra Rodios inexorabile cōcipit. menteqꝫ destinauit᷑ vrbem si posset ꝑdere. et rodiorū nomen penitus delere. Impulsus quoqꝫ est quorundā ꝑsuasionibus. qui ad turcos defecerant. abditaqꝫ vrbis cognouerāt. Inter quos primū locū obtinuit vir nepharius et perditi ingenij Anthonius meligabo Rodius nō infimo loco natus. qui rem domesticā iam pridē dilapidaūerat. Is rei domestice penuria ductus. diutius cogitans quonā modo Rodijs infestius esset. et patrie cladem afferret. vrbis propugnacula. turres. menia. abdita loca. munitiones. diligētius speculatus. ciuitatisqꝫ situm. edificia describens ad thurcū traiecit. Cōstantinopoli quoqꝫ degens. bone pollicitationis spe vrbis potiūde data. quendam bassum greculum ex nobili paliologorū familia natum. ad nephandū facinus allexit. Secutus est huius vestigia euboycus quidam Demetrius Sophonia vir quidā sup̄sticiosus et maleficus. qui post euboycam direptionē ad turcū defecit. aliqū rodi habitauit et postea nūcij nomine de pace tractauit. hic etiā suasor obsidionis extitit. Exactis itaqꝫ hijs in oriundis suadendisqꝫ annis tribus. tandem res basse placuit.

Profuit ad id inducendū apostatarū plurimorū qūi fidem abnegaue-
rāt iniquitas· qui ꝑuersoꝝ suasus ꝓbarūt· Asserebat ꝓditor Anthoniꝰ
vrbem nōnullis locis veteribꝰ muris vetūstate collapsis· facilīnc ini-
mico patere· ac paucos ciues defensoresqꝫ adesse· et plerūqꝫ cōmeatuū tri
ticiqꝫ penuria laborare· subdia a longinquis regionibꝰ rodios expecta
re· q̄ tēpori adesse nō poterint· Idē testatur demetrius· Id quoqꝫ sequa-
ces astipulant· Hijs iactis fundamētis suadebāt facinꝰ aggredi opor
tere· Dū hec bizancij agitarētur· Rodioꝝ clarissimꝰ princeps et magi-
ster Petrus danbusson vir quidē magno et excellenti ingenio ac prudē
tia· illustri familia apud galliā celticā natus· quē ea nō latebat· diui-
no instinctu doctus vetustiora vrbis loca delapsa et minus inuenta to
to triennio magnifice erexit· muniuit· ampliauit· excogitauitqꝫ frumē
ti vini magnā et comeatuū copiā cōparare· Religiososqꝫ et mercēnari-
os milites accire quo vrbem tuerent̄ pro quibus deuehendis et cōducen
dis epistolas mādatorias ad diuersas vrbis ꝓuincias destinauit· Ita
nutu dei et magistri opa ciuitas munitur· cōmeatus cōparātur· naues
ac milites ad tuitionē accedūt· Proditor anthoniꝰ hoꝝ inscius arbitra-
tus omnia apud rodios negligētius ꝑteriri· Instigat bassam vt prope
ret et rem memoratu dignā aggrediatur· idipm suadere conatur deme-
trius· Quo effectū est vt bassam ad turcū ea ex ordine referret· Sepiūs
quoqꝫ inter tūrci satellites re agitata de rodie vrbis expugnatione cō-
sultatūr· de qua varia oritur sententia· quibusdam narrātibūs rem pe-
nitus inanē esse· nec id posse facile cōsequi ob vrbis magnificētiā et mi-
litum generositatē· qui asiaticis pares censeri nō debent· quibus mortē
potius opetere q̄ aliq̄d turpiter imbecilloqꝫ agere animo est· alijs rem
facilem causis assertis affirmātibꝰ· nec tamē paruo tpe quibusitis ma-
gistrū prouidisse· Quare si cū celerittate atqꝫ diligētia exercitus mariti-
mus atqꝫ terrestris cōparet̄· vrbem haud dubio expugnaturū iri putāt·
Accersiūtur ad hāc cōsultationē diffiniendā machinarū viri periti· in-
ter quos numeratus est Georgius vir vafro subtiliqꝫ ingenio q̄ ex cijs
ad thurcū dudū defecerat· Cōstantinopoli quoqꝫ degēs vxorem et libe-
ros nutriebat· a thurco dilectus et plurimis gratijs donatus· Is aliqn̄
rodi fuerat· vrbemqꝫ tabula designauerat· ſ tūc nō tam munita fuerat
Preterierāt nāqꝫ anni viginti ab eo tpe quo eam viderat· Descripserūt
quoqꝫ et thūrci iussu plures egregij artifices rodie vrbis situm· ſ Geor-
gius cūctos supauit· Magnis itaqꝫ rationibꝰ adductis· vicit tandem
sentētia vt vrbis oppugnatio vi magna fieret· huic fundamēto inherē
tes· nullos tā crassos muros esse qui machinarū impetū demoliri non
queant· magnāqꝫ turci esse potentiā· q̄ duo imperia· duodecim regna·
tot prouincias· totqꝫ vrbes subegit· Hostem quoqꝫ non parum mouit
Rodie vrbis situs ad cōparandas classes aptissimus· insuleqꝫ celebri-
tas magnis laudibus ab antiquis predicata· quam ob loci magnifi-
centiam· aeris salubritatem· et ad orientis prouincias cristianorum

ſubigendas comoditatem· potentes quondā romani beniuolam et ſibi
amicam reddidere· Putatq; ſi hoc potitus fuerit· finitimis ſubactis di-
tionibus fines ſuos per egeū ioniūq; facile pelagus platurū· Reſiſten
tibus itaq; quibuſdam p̄claris baſſis in ſiniſtrū p̄ſagientibus· claſſis
inſtauratur· exercituſq; cōparatur · Decretūq; eſt vt milites terreſtres
iter faciant· traiecto q; helleſponto per aſiam in Liciā q̄ue rodioꝝ inſu-
le adiacet pergant· et per fretū licium a phiſco antiqua cōtinentis ciui
tate duo de viginti milibus paſſuū diſtante rodiū nauigent· reliquus
vero machinarū et belli ingenioꝝ apparatus cū parte copiarū claſſe de
uehitur· Baſſa paleologus expeditionis p̄fectus claſſem conſcendens
anthoniū perquiri iubet· quem paulo ante morte turpiter obiſſe cōperit
Accerſito igitur Demetrio ſatellitem adhibet· Tūc paſſim rumor exijt
claſſem et copioſum exercitū in rodios parari· Turcus vt hec res late-
ret· aditus· portus· paſſus cuſtodit· prohibetq; ne quis nūcium deferat·
Sed nō valuit eius aſtucia magiſtri ſolerciam prohibere· qui aſſidue
literis et nūcijs ex turchia apparatū intelligit· nōnulli quoq; ex nun-
cijs in dolo verſati ſunt· Nam cū exercitus in licia degeret claſſem ope
rientes affirmauerūt vita exceſſiſſe thurcū et ex alijs cauſis exercitum
illic adeſſe· Dum hic rerū ſtatus eſſet· ſumma cura princeps noſter ho-
ſtium dolos acute proſpiciens cuncta diſponit· et de p̄ſidijs Langonis
caſtelli ſancti Petri feracli· lindi· moneleti ordinat que loca defenſori-
bus comeatibꝰ machinis et ceteris bellis aptis mūniūtur· Om̄is plebs
cū ſupellectili rodium et opida intrat· ordei qđ maturū fuit colligitur
q̄ꝫtocius frumentū crudū(nondū enim meſſis aderat) qđ vrbem circū
dabat· ꝓůt cuilibet facultas fuit· populus irradicat· colligit· et in do-
mos portat· Dū hec magno cum tumultu agerentur· vigil in ſpecula
montis qui in occidentē vergit ſacello ſancti ſtephani ſacri nūciat claſ
ſem apparere· extenſiſq; velis nauigare· Magna quippe populi frequē
tia ad hoc ſpectandū cōcurrit· tota ciuitate trepidatur· populiq; clamo
re cūcta reſonāt· claſſis phiſcū nauigare properat vt milites qui terre-
ſtre iter fecerāt cōſcendant· et rodioꝝ freto tranſito repente velis cōuer
ſis ad noſtra declinat litora· Appulit itaq; ea claſſis veloꝝ centū·
¶ Decimo kalendas junij Anno incarnationis verbi diuini Milleſi-
mo quadringēteſimo octuageſimo· militeq; primū in terrā expoſito in
vertice montis ſancti Stephani et circa eius montis colles caſtrame-
tati ſunt· machinas quoq; et bellica ingenia in litus exonerāt eo in lo-
co quē ab ipſo monte defluens aq̄ua abluit qui a rodijs obice collis ſpe
ctari nō poteſt· Hijs pactis pars ad deuehendū terreſtrem exercitum
phiſcū nauigat· In claſſis aduentu quidā thurci equeſtres pedeſtreſq;
verſus vrbis menia audacia quadā freti irruunt· eruptione autē a no-
ſtris facta hoſtes fugātur· fundūtur· quidā quoq; ex eis trucidantur·
Poſtea dū noſtri cōmeſſarētur altera eruptione facta turci propelluntꝰ
cadūtq; nōnulli· ex noſtris vero miles vnus perijt· q̄ incautus manū

conserebat cuius spolia et cadauer nostri sibi vendicãt· turci capite ab=
sciso illud lancee suffigũt· ad suos quoqꝫ cũ plausu reuertũtur· Postri=
die eius diei qua classis appulit. hostes tres ingentes machinas in ortis
ecclesie sancti anthonij vicinis· arboribus omnis generis fructuũ cõsi=
tis collocat· turrim quoqꝫ sancto Nicolao dicatã in vertice molis sitã
oppugnare conatur· easqꝫ machinas lignearũ munitionũ propugna=
culis operiũt defendũtqꝫ· Nostri vero munimẽtis que repara vocãt cõ=
spectis· tria tormẽta que bombarda vocãtur ab hostiũ dextera in ortu=
lo palacij militũ aluernioꝝ statuũt· eiusqꝫ diei diluculo Georgiũs ma=
chinarũ egregius artifex de qũo habitus est sermo repente ad fosse ripã
que magistri palaciũ munit visus est· amice oẽs salutãs clamansqꝫ vt
introducatur· ab rerũ ignaris pene cõfoditur· defenditur ab alijs· ex tẽ=
plo qꝫ ad magistrũ pdũcit᷑· Vir em̃ erat corpore procero· forma elegãti·
satis eloquẽs· magna astucia· cui germania patria est· Rogatus de cau
sa aduentus respõdit zelo fidei cõpulsus et publico xpiane religionis
cõmodo suasus ad nostros defecisse. placide excipitur· laudaturqꝫ· pro=
positũ si in eo psistat· De hostis exercitusqꝫ habitu dispositione qualita
te cõsultus cõstanter· prudẽter· intrepideqꝫ respõdit Inter cetera edocet
numerũ militũ omis generis centũ milia vel circiter adesse· classem eã
quã diximꝰ machinas sedecim ingentes deuexisse· quarũ longitudinis
dimensio dũoꝝ palmoꝝ et viginti fertur· que vehemẽtissimo velocissi=
moqꝫ iactũ globos saxeos rotũditatis palmorũ noueni plerosqꝫ vnde
cim torquẽt· De huiꝰ viri defectione varie quidem sententie suboriũtur
Quidã exploratorẽ affirmãt· et fugã cõmento asseruisse vt rodios fal=
lat· Nonulloꝝ assertio fuit eum callidũ et maleficũ virũ esse· mũltaqꝫ
olim effinxisse· Quibusdã alijs sentientibus· et in bonã partẽ defectio
nem interptantibꝰ· qꝛ prudens esset et penitẽs erroris id fecerit· sapideqꝫ
intelligeret hec rodijs machinari nõ posse vbi tam prudentẽ principem
et exptissimos milites sciret degere· Augent suspitiones epistole ex ca=
stris turcoꝝ in ciuitatẽ sagittis misse· que georgiũ insimulant· et ab eo
cauendũ esse dictitant· Magister ingenio solers et pspicax Georgiũ ar=
ta custodia seruari iubet· sex robustissimis comitibus adhibitis· in hijs
que machinarũ iactũ et belloꝝ ingenia spectãt ipius arte caute vtitur·
Omni igitur conatũ turci ad expugnationẽ turris et molis sancti Ni
colai incũbunt· si hmoi potiantur· putãt vrbem in suã potestatẽ facile
venturã· Est enim moles ipa trecentoꝝ circiter passuũ in mare protẽsa
miro artificio ab antiquis manufacta· q̃ suo pgressu portũ triremibus
aptũ a pte occidentis efficit· Cuiꝰ introitus cautibus cõcluditur· vt tri=
remis introire vix possit· In molis quidẽ vertice septentrionem spectã
te arx de qua sermo est· magnifice nostra etate erecta est· vbi priscis tẽ=
poribus collosus ille ingens rodius vnũ de septem mirabilibus mũdi
positus erat· Qui post tres et quinquaginta annos quo fusus est terre
motu corruit· osqꝫ portꝰ rodij spectat· Machinis quoqꝫ illic collocatis

sublimes quedā turres que portū claudūt valide oppugnari ac dirui· naues quoqꝫ ne portū subeant prohiberi· aut difficile possint· Loci igitur et turris oportunitate hostis allectus· omni conatu arcem aggreditur· quatit oppugnat· iactuqꝫ trecentoꝝ lapidū spericoꝝ diruit eā· ꝑsertim partē que occidentē spectat· Ruina quidē turrim munit· Licet cū suo pondere ictuūqꝫ vehementia saxa ingentia ex quib⁹ edificata erat laberentur· tamē materia calce arena et lapillis immixtis cōfecta adeo demoliri nō potuit quin turris potior pars staret· ex quo facilis ascensus hosti negetur· Terrori fuit tanti edificij lapsus· Multoꝝ enim annorū opus illustre· tp̄is momēto ruit· Preter quoqꝫ plurimoꝝ opinionem· ingentes et impetuose machine· illam arcē lacerāt· deturpāt· deuastant· Cū aūt turris labefacta vix tutabilis videretur: statuit magister industria· ingenio· vigilantia· roboreqꝫ· militū eam arcem tutari· q̄ murorū crassitudine defendi nō potuit· Adhibitis viribus summa cura parantur que turri et moli ꝑsidio sint· Milites igitur in primis strēnuissimi deligūtur qui locū defendant· vallumqꝫ ex lignis efficitur qđ turrim claudat· fossamqꝫ cautibus excisis circūducūt· Collocatur in turri ꝑsidiū validū pro loci capacitate· Turris nāqꝫ iussu magistri qui assiduo cogitatu tuitioni loci inuigilans nō formidat· cimba vectus diruptam arcem visere dū machine lapides torquerēt calce et lapide oppletur vt locus vix cōmilitonū capax reddatur· Cōstituitur et aliud presidiū equestriū et pedestriū in antemurali· qđ a turri sancti Petri ad inferiorem mandrachij partē protēditur· qui trāsitū turris prohibeāt· Humile nāqꝫ mare et vadosum illic trāsiri potest· vbi et vegetū munitiones parate· et tabule clauoꝝ in fixione infeste in profundo fixe sunt· q̄ impedimēto essent hosti vadenti· In vallo aūtē radicis molis milites electissimi locati sunt q̄ pugnātibus nostris ꝑsidio sint· Vbi magister insignis armis auroqꝫ fulgens facinori clarissimo intendebat· Disponūtur ea parte muroꝝ vrbis bombarde et tormēta que triremes et turcoꝝ nauigia expugnēt· ꝑfringantqꝫ· Prope quoqꝫ cautes eiūs arcis cimbe cōbustibilibus cōplete stationē habent· que in oppugnatione incendātur et hostiū classi incendiū afferāt· Hijs rebus magno subtiliqꝫ ingenio dispositis· fiūt vigilie· ꝑstolatur hostiū inuasio· Demū exorto lucifero· dū zephiri placide flarent· thurcoꝝ triremes a litore cautiū mōtis sancti stephani soluūt superatoqꝫ saburre promontorio nauigant· eāqꝫ turrim propugnāt· Primo cōgressu anteq̄ in terrā descendant ingenti clamore et tympanoꝝ sono voces edūt· vt terrori multitudo sit Nostri autē in armis dispositi presto adsunt· Cū enim triremis turrim propugnāt· machine saxa iaciūt ꝑsidiū qđ in turri locatū erat armoꝝ vi· balistis· iactuqꝫ lapidū· hostem ꝓpulsat· Pelluntur turci· fugātur· trucidantur· Ea in pugna quēadmodū postea a ꝑfugis relatū est· septingenti thurci interiere· plurimi vo vulnerati sūt· Victoria potit⁹ princeps insigni equo vectus illustri comitatus phalāga· vrbē more triūphātis

intrat· sacellumq; quo imago sacratissime virginis philermi montis
miraculis pcelebris posita erat· visitans gratias agit· et demũ ad refi-
ciendos animos militum domũ reuertitur· Perdita tunc spe arcis mo-
lisq; potiũdi· visoq; valido psidio thurci grandioribus viribus arcẽ ag
gredi· aliaq; loca oppugnare· menia diruere studẽt· vt defensoribus di-
stractis· vno momento molem et loca dirupta inuadant· ne vires no-
strorũ vnite essent· et dũ diuersas partes tutari cogitaremus· negligen-
tius in mole res agitur· Sequenti igitur nocte magno clamore viro
rum onera subeuntiũ cũcta resonãt· machinas ad menia hebreorum vehũt
Ante hos muros octo ingentes machinas collocãt que munitionibus
defense in menia saxa grandia iaciũt· Aliã machinã prope radicem mo
lis que ad septentrionẽ vergit· in cuius vertice damnati· extremo affi-
ciũtur supplicio· ponũnt q in vertice montis molis molendinorum· se in
molendina supra molem edificata globos saxeos torqueat· Hostium
proposito agnito magister solita prudentia cũcta dirigens· diuinis sup
plicationibus cũ populo et cõmilitonibus innitẽs· munitiones ad in-
teriora vrbis parat· Judeorum edes que in pomerio erecte erãt diruũtur·
vallum paratur· fossa cauatur· et murus fosse summa arte et diligẽtia
obicitur· Inter diu noctuq; operi intẽditur· Nõ magister· nõ baiuliui·
nõ priores· nõ milites· nõ ciues· nõ negociatores· nõ matrone· non nu-
pte· nõ virgines ope vacant· lapides· terrã· calcẽ· humeris portãt· Auro
argento supellectili nõ parcitur· vt publice saluti cõsulatur· Machine
hostiũ vehementissimo impetu menia quatiũt· et faciẽ egregiorũ lapidũ
diruũt· Tanta enim erat iactus violentia tormentorum· vt omnibus ad-
mirationi fuerit· Nullusq; rodi degens vbi ex omni natione latini no-
minis nonnulli versabantur cõpertus est qui nõ affirmaret vllo vnq̃
tpe tales machinas vidisse aut audiuisse· Id quoq; Georgius perfuga
affirmauit· et nusq̃ terrarũ tam grãdes inueniri asserit· Dum em̃ saxa
iaciũt in lapidũ exitu sonus ingens editur· qui tonitrui instar resonat·
fumusq; tam q̃ nubes crassa diuturno tpe in aere vento fertur· quorum
sonus plerũq; ab opidanis Castelli rubei auditus est· qd a Rodo centũ
milibus passuũ orientẽ versus distat· Ipse quoq; machine mirabilius
quoddã efficiebãt· Machinarũ posteriora in munitionẽ que palis terre
affixis fabricatur· tam grandẽ impetũ reddebant· vt instar motus ter-
re· edificia vrbis paulisper hoc pulsu mouerentur· Spe igitur in me-
nium tuitione pdita· totis viribus vallo fossa et munitionibus interio
ribus tutamen cõstituimus· Nec hec hosti sufficiũt· Aggreditur quippe
alio terrore vexare· Collocat enim omni ex parte tormẽta et mortaria
que ex transuerso edificia vrbis verberant· diruãt· mortalesq; cõterant·
Hec tormẽta mortaria dicta· interdiu noctuq; saxa in aera sublime ia-
ciũt· Erat quippe populo ingenti terrori· qui in aere tam grandes glo
bos saxeos cõspiciebat· Non enim paruã anxietatẽ id nostris incussit·
Plus tamen noctu q̃ interdiu terroris attulit· Nullus in priuatis do-

mibus tutus videbatur. Quilibet latebras queritabat. verũ ei vulneri
mens hũmana medetur. Jussu magistri mulieres. infantes et omis im
becillis etas. in pomerio collocatur. et crassa trabe protegitur. Ea namqꝫ
ingenia raro illic decidũt. Ad vrbis quippe frequentiora loca dirigun
tur vt mortales cõterant. domosqꝫ quatiant. Juuenes vero et robusti
qui interdiu saxa suscipiebant. tormenta facile vitabant. Noctu autẽ
quidã cauernas subterraneas. quidã valuas crassissimas. quidã fornices
et sacras edes querentes sub eis trepidũ somnũ carpebant Hoc quoqꝫ
miraculo fuit nutuqꝫ dei factum esse haud aliter creditur. qui publicis
supplicationibus assidue ecclesijs et altaribus exorabatur. et cũ plura
saxa machine torquerent. pauci tamen mortales et quedã bruta eorum
iactu interierunt que potius domorũ ruina iactu lapidis collapsarũ ꝗ
saxei globi põdere attrita sunt. Hostes quoqꝫ id parũ arbitrati. duas
machinas ex grandioribus in eminentiori loco qui ad hesperũ vergit.
ex quo vrbs prospicitur collocant. que assidue vrbem et loca edificijs
frequentiora saxa torquent. Nec ipse machine licet terrori essent. dam=
num insigne ediderũt. nec mortales occiderũt. ꝑpedite nõ ambigo ora=
tionibus que deo. eius genitrici intemerate et beato Johanni baptiste
fiebant. Bassa vero principis nostri vigilantiã et ingeniũ conatibus
suis inficere cõiectans. Magistrũ dolo interficere aggressus est. submis
sis quibusdam qui defectionis p̄textu eum adorirẽtur. Quo euecto ar=
bitratur rerũ facile potiturũ Hoc quidem nephandum facinus ꝑfuga
quidã veneno ꝑficere statuit. comite accito qui postridie cũ toxico vr=
bem intraret. Hijs ꝑfugis bassa grandia pollicetur. facinus ꝑficiant.
Qui prior ingressus est examini prudentũ. vt ceteri subicit. cõtrarijs
sermonibus deprehenditur. crimenqꝫ vltro pandit. Monetqꝫ vt caueat
princeps. quia plurime in eũ sunt parate insidie. Damnatus ꝑfuga. se=
curi ꝑcussus interijt. Cum vero sceleris comes venenũ gestans ad nos
transiret. a quibusdam vix cõfoditur. Vnde ꝑterritus ad turcos reuer=
titur. Dũ hostis ytalie stationis menia oppũgnat. nocte ad ripam fosse
munitionẽ ac repara. diligentius erigit. hostilibus munimẽtis fosse ad
hibitis cõspectis. de hijs dirimendis consiliũ agitur. Deligũtur fortissi
mi iuuenes quinquaginta. quibus miles ordinis preficitur egregius.
Eruptione itaqꝫ facta. ꝑ fossas occulto nostri vadũt. Vbi ad partẽ mu
nitioni obiectã ventũ est. scalis erectis ripam fosse extemplo cõscendũt
sagittis. gladijs et saxis hostes ꝑsequũtur. fugant. trucidãt. Ea in pu=
gna turci decem gladio cesi sunt. municio fracta. Egregij iuuenes vi=
ctoria potiti. quattuor capitibus hastis affixis vrbem ouantes intrant.
opidanorum ingenti plausu excipiuntur. Magister victores muneribus
donat. ad incitandũ iuuenũ animos et alios ad queqꝫ egregie obeunda
alliciendos. Paucis diebus interiectis. turci turris potiunde desiderio
cõpulsi. superioriqꝫ repulsa accensi. arcem sancti Nicolai grandiori co
natu arte et ingenio aggrediũtur. munimẽta quoqꝫ et propugnacula

iactu machinarũ demoliũtur. Mos ꝓteritur. summa diligentia restitui
tur. parant ad conflictũ ligneũ pontem. qui ex sacello sancti Anthonij
turris in molem transitũ p̄beat. Pons autẽ ex lignis varijs vegetibus
cõnexis. quibus asseres clauis cõfixe erant cõstruitur. latitudo sex mi
litum equo gradu frontẽqꝫ dimicantiũ capax fuit. longitudo vero tã
ta erat que litus vtrũqꝫ cõtingeret. Pontem in mare turci ad ripã mo-
lis traducere ingenio proponũt. Anchoram enim rudenti alligatã quo
fune pons religatus erat circa molem hostes in mare deuehũt. vt tracto
fune anchoraqꝫ mordaci dente renitente pons in vlteriorem molis ri-
pam natare cõpellatur. A nostris arte cognita. nauta quidã rerũ mari
timarũ non ignarus. noctu vndis se obruit. anchoram soluit fune cau
tibus remissiũs alligato. qui parua vi dissoluatur. Egregium facinũs
ad magistrũ detulit. qui aureo munere donatus. gaũdens comitũ plau
su ad stationẽ molis reũertitur. Thurci cõperto dolo cum primũ pon-
tis deiectionẽ experiũtur. decepti statuũt scaffarũ remigio. pontem ad ri
pam transuehere. Hostis quoqꝫ tante rei intentus. ad oppugnationẽ
triremes triginta parat. bene quidem munitas et ad conflictũ ornatas.
Preter has quoqꝫ adijciunt nõnulla oneraria nauigia. parandarias
vulgo dictas. ex quibus quedam machinis et saxeis globis tormentis
adaptatis onuste fuere vt si turris victoria potirentur repente ex eo lo
co portũ turres menia qꝫ diruerent. ꝓsternerẽt. demolirentur. Nec p̄ter-
mittũt celeriores cymbas disponere que thurcoꝝ strẽnuissimos quosqꝫ
ad molem deuehant. qui primi nostros aggrediantur. et cũ eis manus
conserãt. quibus p̄liantibus ceteri ex ponte et triremibus in molem de-
scendant. Imponũtqꝫ triremibus et parandarijs non paruas machi-
nas quibus nostros prosternere possent. Grandes quoqꝫ machine que
turrim diruerant ad tempus ineũndi cõflictus officio fungãtur. Prin-
ceps vero noster. rerũ summe inuigilans subtiliqꝫ ingenio et solerti mẽ
te cuncta diiudicans. fretus strẽnuissimi cũiusqꝫ cõmilitonis sententia
qui ex occidentali natione aderant. nec desierũt pleriqꝫ indigene. greci.
ingenio manuqꝫ prompti. summa cura arcis defensioni cõsulit. Suspi
cati enim post primã pugnam q͛ cõtigit. turris et moles propũgna-
culis. fossa valloqꝫ habundantiusqꝫ munitur. accersitis operarijs fere
mille qui inter diu noctuqꝫ cautibus excisis. rupibusqꝫ demolitis quod
expetitur cõficiũt. nec impensarũ parcitur sarcinis. Presidia qũoqꝫ in
turris ruina collocantur. pariter et alia presidia in radice molis disponũ
tur. que nostris casu vrgente opitulentur. Rebus sic ad pugnam para
tis subdubitaũere nostri. ne thurci duobus locis vrbem eodẽ momento
aggrederentur. vt vires partirentur. et quod cupiũt facilius conficiãt.
Cui incomoditati et periculo magistri prudẽtia ꝓuidit. Presidia quo-
qꝫ robustissimoꝝ in menibus iudeoꝝ ac ytalie stationis que iam iactũ
machinarũ partim demolita erant statuit. qui tuicioni intendant. nec
sine iussu discedãt. Nõ est qui sane nõ diiudicaret ac sentiret nostrã

salutem in turris tuitione collocatā esse. Quo fit vt vno ore oēs tamꝙ̄ fidei veri atlethe eiūs tuitioni cōsulerent. et vt cōmune xpianoꝝ domē cilīū seruarēt. In quo plurimoꝝ equitū iherosolimoꝝ ac nobiliū insu lanorūq̃ latinoꝝ pariter grecorū rhodiorūq̃ virtus et animositas emi cuit. qui cōcordi audacia et animositate asylum et tutissimū xpianorū refugiū rhodiā vrbem tūtātur. Duo mercēnarij iuuenes qui turris p̄si dio ascripti sunt cōprehendūtur arma in pelagus deiecisse. qui facino re ꝑpetrato ad thurcū deficere proponūt. Crimine dānati. capitis sup plicio afficiuntur. Ad turris demū oppugnationē thurci terciodecimo kalendas iulij intempesta nocte terra mariq̃ summo silencio accedūt. Vbi vero pugnā inire conantur. grandi cū clamore timpanorūq̃ sono inuadūt. Nostri qūidē arrectis auribus. hostiū impetū cōperientes. vbi eos adesse cōperiūt. gladios stringūt. balistis et tormentoꝝ iactu hostes lacessunt. deturbantq̃. Hostiū triremes ac cymbe litoribus adherent. Pons quoq̃ traducitur quo conscenso hostes transeūt. Nostre quidem machine in muris collocate globos saxeos torquēt. Pons natans fran gitur. thurci mergūtur. quatuor quoq̃ triremes et nauigia tormentis onusta iactu machinarū prosternūtur. et vndis obruūtur. Thurci fre quentes qui ex cymbis et triremibus in molem descenderāt. a nostris cedūtur. trucidanturq̃. Ignes etiā in classem solutis lintribus immit tuntur. Nec thurci impigri bombardis respondent. ignes iaciūt. sagit tas impetuosissimas ex balistis et cathapultis torquent. magna vi in obscuro. nisi dū ignes iaculati lucē plerūq̃ p̄berent. Acriter pugnatur. et media nocte vsq̃ ad horā decimā diei sequentis durans pugna. pro pulsatisq̃ hostibus victisq̃ dirimitur. Vidisses toto triduo hostiū cada uera litore iacentia auro argento. insigniq̃ veste fulgentia et cōplura mari fluctūantia que pelagi estus vt natura solet in superficie ferebat. quorū spolijs cōplures potiti sunt. et ex hijs non parū comodi vendi cant. Insignis qūidē hec pugna fuit morte clarorū viroꝝ qui thurcis ꝑerant. quoꝝ interitus merorē et luctum hosti attulit. p̄sertim generis thurci viri quidā strēnuissimi a thurco ꝙ dilecti. mors magno fuit me rori. Cuiūs cadauer post triduū mari ebuliente in molis litus deiectū reperitur. eiusq̃ spolijs quidā ex nostris potitur. Perfuge qui post pre lium ad nostros defecerūt edocent exercitū magnam cladem accepisse. thurcosq̃ ea in pūgna duo milia quingentos cecidisse. ex eoq̃ bassam ingentē merorē cōcepisse. qui tres dies intra papiliones. frequentia cō militonū prohibita se cōtinuit. et stragem thurco celerius denūciat. eo quoq̃ mens ei⁹ roditur ꝙ post tantā ruinā turri illatā arce potiri nō potuerit. Et ꝙ tantā in eius oppugnatione ignominiā acceperit. ex istimās turcensem numero suum exercitū inualidū esse. qui turrim diru ptam expugnare nō valuerit. Cū autē thurci spem turris expugnande ꝑdidissent conatū. studiū. industriā. omnesq̃ vires ad ciuitatē omni ex parte oppugnandam cōuertūt. Et licet ad menia iudeorūm. ac ytalie

stationis animū potissime cōuertant·nō cessant tamen circūquaq; mu
ros verberare et demoliri· Hostis ceptū opus cōtinuat assiduoq; cona
tu aggreditur propositū cōficere· Excogitāt itaq; turci ad vrbem inge
nio occulto propinquare fossas laborinthi ꝑ similes effodiūt q̄s lignis
arborꝝ ramusculis cōtextis edificāt terraq; operiūt·vt latenter ad fos
sas vrbis accedant· Propugnacula quoq; multis in locis cratibus de
viminibꝰ cōtextis edificāt·ex quibꝰ assidue sagittāt·colubrinis quoq;
ac serpentinis nostros deturbant·fatigant·pensant quoq; eis cōducere
et aliquā partē fosse que menibus adiacet opplere· Opera itaq; ab hoste
adhibita lapides cōgerere nō cessant·et occulto in fossam iaciūt· Ope
ris assiduitate ꝑs fosse oppletur·antemūrale quoq; equatur·ex quo et
murorꝝ ruina in dorsi formā redacta facillimus cōscensus in menia ef
ficitur· Precellentissimꝰ princeps noster rodiorꝝ magister his cōspectis
diuino quodā ingenio agendis incūbens nil ꝑtermittere decreuit q̄d sa
luti vrbis cōducere videatur· Maturitateq; ac solita modestia vtens·mi
litibus ad cōcionē vocatis conatus et discrimina grauiter et prudenter
explicāt· Adherebat enim lateri nobilissimus eius frater excellens mi
les Anthonius danbusson dn̄s de montelio ad vicecomitē· vir quidē cō
silio et armis clarus· qui paulo ante ex gallijs robustis comitatus vi
ris orientē sancti sepulcri visitandi gratia cupiens summopere tā glorioso
certamini interesse trāsfretarat· Is enim a fratre patrū decreto ob fidei
integritatē·agendorꝝ experientiā artisq; militaris disciplinā cōmilito
nūm dux et vrbis capitaneus designatus magnanimi et prudentis ca
pitanei munia obijt·et rerū summe cōsulit· Aderant nō pauci equites
hierosolimorꝝ ꝑcellentes baiulini priores senatorij ordinis ꝑceptores et
fratres nobilibus familijs in occidentali plaga nati· Affuerūt negocia
tores prudentia pollentes·ac rodij ciues·greci quoq; ingenio ꝑdici qui
vnanimi cōsensu de tutanda vrbe cōsultant· Excelluit profecto pluri
morū cuiusq; generis astantiū ꝓbitas·generositas·virtus·ac magna
nimitas·quorꝝ sentencijs excūssis principis nostri solertia·q̄d optimū
diiudicatū est elegit· Nostri vero·cuiusdā expti suasu·machinā versi
lem q̄d tribuccū vocant·ingētia saxa in munitiones et hostium fossas
torquens erigere statuūt· Edificaturq; celeriter machina periti viri sen
tentia·nautarꝝ q; et architectorꝝ opa· Que vbi erecta est·vir peritus gra
uia saxa in hostes iacit·multosq; cōterit·munimēta diruit·damnaq; in
tulit·nō paruipendenda· Excogitatū quoq; est eā partē fosse que lapi
dibus a turcis oppleta erat euacuare· Sed cū id palam effici nō posset·
cuniculo in pomerio effosso exitū sub lapidibus nostri habent·et clam
lapides in vrbem cōportāt· Sentiūt ꝓfecto thurci qui fosse propinqui
erant lapidū cōgeriem minui·et ascensus oportunitatē adimi·nisi quā
totius q̄d cupiūt efficiant· Atroci enim murorꝝ ruina cōspecta·statuūt
munitionibus inniti·que impetū machinarū sustineāt· Murorꝝ igitur
lapsui munimēta et repara nostri obiciūt·que in hūc facta sunt modū·

Murus crassitudinis palmorū duorū in pomerio ex opposito meniū
dūcitur· paliqꝫ ex robūstissimo ligno terre insigūtur· q̄lis ramusculis
frūticibus quoqꝫ intermixtis intus ponitur· assiduoqꝫ attritu infusa
aqua firmatur· densatuqꝫ· Prouident insup ingenijs hostes in ipo cō-
gressu propellere et propulsare· Ignesqꝫ artificiosos parāt varijs mo-
dis recōditos· cadis pice sulphure· cōpustibiliqꝫ materia repletis· ac sac
culis laminis ferreis· pulvereqꝫ machinarū refertis· que ingenia exicio
hosti futura sint· Ingens ꝑterea cylindroꝝ copia affertur· que in hostes
ruant eosqꝫ proterāt· Varia quoqꝫ propugnaculoꝝ forma editur q̄ tur
cis impedimēto· nostris sint adiumento· Delectabāt cōspicientes virorū
ingenia q̄ remedia excogitabāt ac plaudebant· Adducitur Georgius
proditor· forti comitatus caterua ad custodiā data· Cōsultus de hijs q̄
tuitioni futura sint· remissius tardiusqꝫ respondet· nec de se experimen-
tū ab eo expectatū ꝓbet· quēadmodū pollicitus erat· sperabat quippe
vir iniquus et callidus videns muroꝝ iacturā et facilem ascensum per
ruinā· ciuitatē in hostiū potestatē futurā· Quedā tamen protulit· vt eiꝰ
astuciā occultaret· Suadet machinā parari q̄ in machinas hostiū iaci-
at· Qd vt factū est turcus machine ictus ex aduerso dirigit· murūqꝫ nō
parū ledit· Dū hec agerētur· epistole ex castris in vrbem sagittis dirigū
tur· que Georgiū insimulant· Nec georgius licet vrbis discrimen vide
ret verbis procacibus se abstinet· Que vt ad noticiā deuenitt vehemēs
in eū suspicio oritur· Quibus ex causis vinculis et carcere arcetur· De-
putanturqꝫ qui virū examinēt et causas defectionis ꝑquirāt· Exami-
natus cōtradictorijs ac cōiecturis sufficientibus cōuictus torquetur· In
tormento et extra rogatus· vltro fatetur iussu thurcoꝝ tyranni ad rho
dios defecisse· vt vrbem si posset proderet· quēadmodū plura opida pro
didit· Sin minus rodi ꝑsinistre versaretur cūcta diligētius acutiusqꝫ
ꝑquireret et specularetur· Mores quoqꝫ et status ac cōditiones incola-
rum eius regionis intelligeret ac demū si classis nō vinceret ad thurcū re
uerteretur· docturus que ad vrbis expugnationē cōducerent· Propone
bat nāqꝫ turcus hanc vrbem in suā ditionē redigere qꝫ vt cōficeret mul
tis pollicitationibus ac pluribus donis allectus Georgius extitit· cri-
men cōuictus supplicio capitis dānatur· et in propatulo spectante po-
pulo fune furce ligato Georgius suffocatur· vt animā exalauit· popu
lus cū plausu ad priuatas stationes reuertitur letus et gaudens de ne-
ce proditoris xp̄iane religionis q̄ tot animas ꝑdere voluit et ad iugu-
lationē et fidei orthodoxe abnegationē tot ꝑclaros viros· castissimasqꝫ
matronas· sacrasqꝫ virgines· et plebem xp̄ianā ꝑducere studuit· Luit
tandē penas sceleri debitas vir ꝑfidus· vigilans et semꝑ aliquid cogi-
tans· turcensis classis ꝓ ꝑfectus bassa· alteras literas in vrbē iacere stu
det que grecos indigenas et ciues latinos ad deditionem hortātur· vita
et supellectili salua promissa· multāqꝫ immunitatē pollicentur· Solū
vrbis ditionē expostulat et interitū militum ac ꝑniciem religionis ih-

rosolimorū affectat· Si secus rebus suis cōsulant ad vnū omnes inte-
rituros affirmat· Putauit vir nephari⁹ populū infidū inuenire et qui
metu terreretur vel muneribus alliceretur· ß reperit orthodoxe fidei ple
bem deuotā ac ordini ihrosolimoꝝ fidā cōsilioq̃ꝫ et armis mutua equi
tum et latinoꝝ nostroꝝ cōuersatione expertā· Ea igitur inmanum ten
tāte alio vtitur cōmento· Mittit ad ecclesiā beate marie virginis he-
leomenitre greculum qui dudū ad thurcos defecerat qui vigiles allo-
quens ait bassam oratorem ad principē nostrū velle destinare dūmodo
tutus aditus pateat· Respondetur vt illic ad ripam fosse nūcium mit-
tat· aderitq̃ꝫ in boleuardo qui nomine magistri respōderet· Affuit postrī
die basse orator qui nostris prius salutatis ait· Prefectū classis sē non
parū ymmo vehementer admirari ꝙ tam potenti principi resistere au-
deamus· qui duo imperia tot regna tot vrbes tot prouincias totq̃ꝫ po-
tentatus sibi iugauit· Quare suadet vt nostre vrbi ⁊ agris indoleamus
nec patiamur tam crudele facin⁹ ꝑpetrare nec vrbem diripi et ad iugu-
lationē viros et mulieres ad raptū et ignominiā dūci· bellum an pax
prestiterit dicamus· Pollicetur quippe breui forma et cōpendio pacem
si libuerit se prestiturū· et nos possessores vrbis et agroꝝ ꝑmansuros·
Aliter minas addens promittit prope diem· ciuitatem in suā potestatē
transiturā· direptioniq̃ꝫ prebiturā· et omne genus crudelitatis executu-
rum· Qui principis nostri vice aderat edoctus respondet· Non possu-
mus satis admirari· vos qui cum classe et impetuosis machinis castro-
rumq̃ꝫ copia· vrbem nostrā circūdatis· nos ad pacem hortari· cum id a
militantiū officio alienū videatur· Verū figmento agere videmini· vt
animos tentetis· Sciatis nec pollicitationes nec munera vestra nos
mouere· aūt ad aliquid indecens conficiendū allicere· Nec profecto mi-
ne vestre nos terrent· Sumus enim vnanimes· nec discrimen est inter
grecū et latinū· Cristū enim colimus vna fide et firma mente· pro quo
pugnare parati sumus· et mortem potius oppetere q̃ꝫ machometo con-
iungi sicut facessant promissa et mine· quibus nos mouere conamini·
Cū vestra classis domesticos lares remiserit· si oratores de pace tracta-
turos mittetis de re cōsultabimus· Cum armati et exercitu ꝑcincti estis
officium bellantiū ꝑficite· et vobis deo propicio cōstanti animo respon
debimus· Cognoscetis quoq̃ꝫ non cū asiaticis et effeminatis viris con-
tendere· sed cum catholicis fortissimis manū cōserere· Quo dicto thurci
vultu demisso extemplo discedunt· Dum thurcis maiori conatu inge-
nio· arteq̃ꝫ resistitur ipsoꝝ insania incenditur· Pudet quippe eos tantū
exercitū non ꝑualere· et sui tyranni formidolosam potentiā a rodis cō-
temni· Furibundi itaq̃ꝫ machinis· mortarijs sagittis· cathapultis· dies

noctesq; vrbem lacessunt· infestant· deterrent· expeririq; satagunt si rho
diorum animi facinora obire preclara audeant· quẽadmodum precla-
ra et magnifica verba proferunt· Secundũ igitur alterum prelium ad
turrim molis diui Nicolai cõmissum· diebus septẽ et triginta exactis·
vires in vrbis menia augent· faciemq; ciuitatis deturpant· Noua qui-
dem vrbs crassissimo muro cincta turribus in celum erectis ornata· an
temurali quoq; et propugnaculis aptissimis munita· trium milium
quingentorũ sphericorum saxorũ frequentissimis ictibus laceratur· de-
turpatur· demolitur· Eam q; ruinam plereq; domus ciuium et magi-
stratus palacia perornata ac magnifica patiũtur· ita vt prioris vrbis
facies penitus perdita videretur· ac tanquã gigantei cadaueris sarci-
na prostrata iaceret· Attoniti sunt plurimoꝝ animi· sed princeps vir
quidem magna sapientia· generositate atq; magnanimitate· preclaris
ac magnificis comitatus equitibus· pugnatorũq; globo fortissimo sti-
patus· spem in deum immortalem· ac filium eius dominũ nostrũ ihe-
sum xpm· eiusq; genitricem· precursorem quoq; sanctũ Johannẽ bap-
tistam dirigens· cunctorũ mentes solidat· Nec defuerunt magnanimi
baiulini priores· p̄ceptores· ac fratres sacri ordinis iherosolimitani pari-
ter negociatores· indigeneq; et greci qui ꝓ fide orthodoxa fortiter pu-
gnare non formidant· Non deterrebat profecto animos· muroꝝ formi-
danda ruina· non metum incutiebat facilis hostiũ ascensus· non machi-
narum impetuosissimi iactus mentes ꝑturbant· Autũmant turci par-
uo momento vrbem subigere· Putant nostri spe et fide pleni· machome
tanam gentem facile propulsatum iri· Hinc thurci in aurora et solis
occasu ad ripam fossarũ fistulis et tympanis thurcensibus solitũ can-
tum edunt· exultantq; de futura victoria· Nostri in pomerio tũbarum
clangore iubilant· Princeps noster p̄clarissimus· ingenti acũmine pre
ditus prope diem hostilem inuasionem futurã cõiectat· Maturo igitur
consilio presidia menium instituit· Hiisq; prestantes viros preficit·
subsidia quoq; nõ negligit quibus et electissimos sui ordinis cuiusuis
nationis baiulinos et equites p̄esse voluit qui presto casu vrgente ad-
esse debeant· Ipse vero partes subsidij nõ recusat· Quinymmo assiduo
labori nõ parcẽs· in pomerio meniũ lapsorũ residet· Illic somnũ q̃uis
nõ diuturnũ sumit· cenitat· versatur· Magistri vestigia strenuissim⁹
q̃sq; sequitꝛ· nec primi· nec mediocres· nec infimi onus recusant· Turci

vero in castris. preconis voce promulgant. vrbis supellectilem in di=
reptionem transiturā. impuberem etatem sub iugum vt fidem abneget
mittendam. Prouectos vero et adolescentes ad vnum iugulandos. et
qui viui capti essent. palis quos ad id exequendū octo milia paraue=
rant cruciandos ciuitatis ditione thurcorū tyrāno reseruata. His di=
uulgaris properant thurci ciuitatem aggredi. priusquā id moliantur
Machometum suo more inuocant. corpūs lauant purgantq;. Saccu=
los ad rapinam parant. funiculos ad captiuos religandos zonis con=
nectunt. Pridie q̄ pugna iniretur. totaq; nocte diei cōtinue ac diluculo
lo qd̄ mane quo pugnatū est ꝑcessit. octo machine muris obiecte saxa
ingentia assidue torquent. Quod loco propugnaculorū adhibitū erat
diruūt. Vigiles quoq; ac custodes et menium presidia partim occidūt.
vt muris quisquā superstare vix posset. nisi summo astu occultaretur.
et scalas ad signum campane paululum descenderet et demū cōscende=
ret. Nec tempus datum est propugnacula denuo instaurandi cū bom=
bardarum ictus frequentiores essent. ita vt tam paruo tempore trecen
ta vel circiter saxa iacta sint. Thurci vero iactu machinarum peracto
ad signum actus mortarij quod pridem eo in loco constituerant con=
fertissimi magno impetu quā celeriter quinto kalendas Augusti rui=
nam orto sole conscendūt. Erat nāq; facilis vt diximus eis ascensus
ymmo facilior quā nostris per scalas. Superiora quoq; murorum lo=
ca occupant. trucidato qd̄ illic erat ⁊ primo tanto impetui resistere ne
quiuit antequā subsidia nostra scalas ascenderent et illic hostilia signa
statuūt. Idem quoq; faciunt ad turrim ytalie cuius verticem oppu=
gnāt. Clamor vndiq; oritur. manus quoq; viriliter cōseritur. magnaq;
vi pugnatur. nostri quoq; a dextro sinistroq; cornu fortiter hosti resi=
stunt. vbi affuerunt gloriose dimicantes miles prestantissimus dn̄s de
montelio capitaneus armis pollens. baiuliui quoq; et equites ihero=
rosolimorū ac negociatores non pauciq; indigene et cuiusuis nationis
strennui. quorū quidam inter confertissimos hostes acriter dimicantes
cecidere. alij multis vulneribus acceptis vitā seruauere. Scalis quoq;
que ꝗtior erāt quib⁹ in vicū iudeoꝝ descendebat vna principis nostri
iussu ꝑfracta qua thurci descendere ceperāt extemplo cōscensis. Claris=
sim⁹ magister et princeps noster petrus danbusson ꝑclara comitat⁹ co=
horte. magno fortiq; animo hosti se obicit scalāq; cōscēdit hostē viriliter

oppugnat·propulsat·quosdamq͡ȝ trucidat·Nec aliter ipse suiq͡ȝ cōmi-
litones quibus comitatus erat pro fide catholica et republica xpiano-
rum pugnauere q̄ȝ olim gloriosi machabei pro cultu diuino et hebreorū
libertate preliati sunt·Nec haud secus q̄ȝ pleriq͡ȝ romani principes pro
tutanda patria dimicauere qui ob seruatam rempublicā patres patrie
meruerūt appellari· Hos enim p̄cellentissimos viros imitatus prin-
ceps et magister noster discrimina non formidans vulneribus quinq͡ȝ
in corpore susceptis· quoꝝ vnū letale censebatur·nisi medicoꝝ cura re-
mediū attulisset·rhodioꝝ rempublicā tutatus est·seruauit·restituit· Ob
q̄d preclarū quidem facinus pater patrie optimo iure appellandus est
Thurci enim ꝑpulcre armati· duo milia quingenti suꝑ muros erant
confertissimi nostros secū manus conserentes armorū vi propellere ni-
tebantur· Primorū tamen virtus inuicta ꝑsistens diuino presidio suf-
fulta nequaq̄ȝ loco cessit· Sequebatur quoq͡ȝ thurcos qui muris potiti
erant ingens thurcoꝝ multitūdo que totū campū adiacentem rūinam
vallum et fossam expleuerat vt terra vix conspici posset· Affirmāt ꝑ-
fuge quadraginta milia turcoꝝ adesse·Pugnatū est duabus horis am-
bigua fortuna modo ad nostros modo ad thurcos victoria inclinante
Tandem diuina clementia principis et nostrorū virtute fouente·turci
fundūtur·propulsantur·cedūtur·tantoq͡ȝ impetu et celeritate terga ver-
tunt·vt sibiipsis necem et vulnera afferrent· Spectaculo nobis fuit q̄d
a nostris interpugnandū gestum est conspicere· Ex turcis quippe qui
nostros fortiter lacessebant super muros stantes trecenti a nostris in
vicum iudeorū precipites trahuntur et impelluntur· Erat namq͡ȝ mu-
ri altitudo ad intra fere pedum viginti· Hij omnes ad vnū trucidati
sunt·et cadauera vulneribus deformia passim iacentia intra vrbem vi-
sa sunt· Cum thurci pedem referrent·et ad castra tenderent· nostri eos
consecuti sunt·et cōplures intra munitiones occiderūt· quorū spolijs
ac insigni tyranni vexillo aūro argentoq͡ȝ ornato quod tante victorie
monūmento extitit potiti·magno cum plausu vrbem per murorū rui-
nam intrant· Cecidere ea in pūgna thurci tria milia quingenti· quo-
rum cadauera intra vrbem·suꝑ menia·fossa· munitionibusq͡ȝ hostiū et
mari reperta sunt· Et postmodū ad luem vitandam que passim defor-
mia et lacera iacebāt cōbusta· Interiere prout ꝑfuge diuulgarūt q̄ cū
exercitus a bassa recenseretur aderant· ex thurcis obsidionis tempore
nouem milia·vulneratiq͡ȝ sunt milia quindecim·magnisq͡ȝ incomodi-
tatibus exercitum affectum affirmant· Fama satis constans est et pa-
lam a perfugis vulgatur thurcos visionis miraculo exterritos tanta
trepidatione loco cessisse ac pedem retulisse· Aiunt enim cum vexilla

vexilla dñi nostri ihesu xp̄i ac virginis marie ac sancti Johānis bap-
tiste religionisqꝫ iherosolimoꝝ in conflictu iussu p̄ncipis erecta sunt·
crucem aureā in aere splendidissimā hostes vidisse· Apparuisse insuper
candidissimā virginē clipeū et hastam gestantem· ac hominē vili veste
obsitum splendidissimo comitatu stipatum presidio adesse· Que visio
tantū terrorē eis incussit· vt nullo pacto progredi ausi sint· Fatendum
quoqꝫ est hanc victoriam de celo dimissam esse· Quomodo tam parūa
militum nostroꝝ copia hosti potentissimo iam muris potito resistere
potuisset· nisi diuinū presidiū affuisset· Quomodo tam parua tempo-
ris morula· tanta hostium manus cecidisset nisi angelus dei victoriam
attulisset et inimicos trucidasset· Erant enim tot occisorū cadauera· et
ita perpulcre ordinata· vt nō horarū sed dierū opus esse videretur· et id
potius diuinitus q̄ꝫ humanitus cōtigisse putetur· Quis hostem menia
possidentē· iamqꝫ victoria lascinientē et exultantem terrūit· Deus cle-
mentissimus· Quis hostem ne scalis descenderet anteq̄ꝫ subsidia cōscen-
derent prohibuit· Deus fortissimus· Quis eorum mentes obcecauit vt
post primam pugnam nō aggrediūtur nostros· et multis vulneribus
oppressos et defatigatos oppugnent Deus clementissimūs· Quis tam
potentem hostem qui tot et tanta regna subiugauit· prohibuit· ne hunc
ihierosolimoꝝ principatū· mediocrem quidē ac ceteroꝝ cōparatione te-
nuem· post Constantinopolitane vrbis excidium sue ditionis faceret·
Deūs sapientissimus· Agamus igitur gratias de tanto beneficio ei qui
nos ab impioꝝ manibūs p̄seruauit· Thurci enim spe potiunde vrbis
ducti queqꝫ crudelitatis genera exercere propónebant· s nephando op-
tatu frustrati tanq̄ꝫ pecudes trucidantur· propulsantur· vincūtur· Ex-
templo pugna cōmissa ad primū lapidem castra et papiliones thurci
collocant· machinas ad litus maris deuehūt· et nauigijs onerant vul-
neratos· et quos ex licia traiecerant multos dies vsqꝫ ad eoꝝ discessum
in tūrchiam cū omni supellectili reūehūt· Ortos vineas p̄dia si que in-
tacta illesaqꝫ remanserāt vastant· depopulantur· incendūt· ingenti pe-
cudis multitudine subacta· Dum hec thurci molirētur et discessum pa-
rarent· apparuere subsidiarie naues quas p̄cellentissimus Sicilie rex
Ferdinandus fidei catholice deuotissimus rodijs mittebat· Que ad au-
ram post meridiem thurcis cōspicientibus cum rhodioꝝ plausu· et gra-
tijs altissimo datis portū intrare nō formidant· Hostis machinas q̄s
ad hoc parauerat in eas dirigit· Jactu machinarū vna detrimentū ma-
lo excipit· altera incolumis euasit· Anchoris ante aditū portus naues
subnixe vi tormentorū et maris estu feruente paulatim ab aditū disce-
dūt· Hespero adueniente et procella ingruente nauis q̄ lesa fuerat por-
tum intrat· altera vela ventis dare cōpellitur· Postridie eius diei cum
ea nauis portum subire niteretur vento deficiente· dūm placidū reddi-
tur mare· nec longius a classe turcensi distaret· triremes tūrcoꝝ vigin-
ti exercitu et rodijs cōspicientibus nauim aggrediūtur et oppugnant·

Qui naui deuehūtur· viriliter se tutāt· Horis vero tribus nauali prelio machinarū iactu pugnatū est· Tandem nostri victores euasere· In qua pugna triremiū pfectus occiditur· Hac quoqȝ incomoditate accepta· ad suos hostis reuertitur· et nauis subsidiaria postera die portū plenis velis intrare nō formidat· Attulerūt profecto hee naues nūncius qui rhodios nō parua affecit leticia· Pontifice quippe littere recitātur· que rhodiorū animos paterna monitione solidant· Subsidia quoqȝ nauiū parata pandūt que prope diem ventura erāt· Preterea grandē expeditionē parari nūciant· que nedū rodios obsidione liberare· verū etiā inimicam classem expugnare· ac psteruere possit· Rodij leto accepto nūcio clementissimū romanū pontificē Sixtū quartū miris laudib9 tollunt· laudāt· pdicant· deoqȝ pro eius felici statu humiles pces fundūt· Hic quoqȝ rumor ad thurcos trāsit· qui pterriti ceptū discessum accelerant· Exactis igitur nouē et octoginta diebus rhodiorū litore classis soluens· phiscū nauigare properat· Illic milites et supellectilem exonerat· vbi dies vndecim morata ad domesticos lares cū clade et ignominia reuertit̄· Qui obsidionis pericula exptus est et res publico functus officio cognouit ad laudem dei· xpiane religionis exaltationem et Rhodiorū gloriā rerū gestarū cōmentariū edidit·

De captione ciuitatis ydruntine·

Dane postea ꝙ insula rodi diuino potius miraculo ꝙ altas matris illius pro magna pte solo equatis a turcorū obsidione et furore fuit liberata· atqȝ ita ipi turci spe sua et conatu impijssimo frustrati fuerūt· indigne valde opprobriū illud ferentes· atqȝ plurimis quas eis xpianorū negligētia parauit elati victorijs tātis stragib9 et calamitatū generibus· quibus regna· puincias· ciuitates et loca plurēma xpianorū hacten9 affecere nequaꝙ cōtenti· neqȝ sparsi sanguinis fedeltū multitudine satiati· arbitrabantur facile ignominiā quā a rodianis accepissent in ceteros xpicolas posse retorqre· Proinde classem denuo instaurant validissimā et copiosum exercitum parāt· ptes ytalie· maxime mari adriatico vicinas· terra mariqȝ inuadere et successiue in dirā et miserabilem redigere seruitutē animose cōtendūt· Nimirū cū ipe thurcorū tyrānus crudelissimus· auro et hominibus habūdās et dominandi mira cupiditate inflāmatus· optime intelligeret gentes sibi vicinas· bellis frequētibus p eū attritas· arma sumere non audere· et solos fideles vngaros muri loco ad orientē remansisse· in ytalos extūc seuire decreuit· Ergo post ceteras cruentissimas iacturas et strages ꝗs xpianis populis ipi nephādissimi hostes fidei turci in alijs terris intulerūt· post horrēdā tot ciuitatū euersionē· miserabile excidiū· lamētabiles atqȝ

vniuerso pene orbi terrarum notissimos conatus. rodieque vrbis postremo cum ingenti multitudine gentium. terra mariqz obsidionem In Apuliam regni Sicilie prouinciam cum magno exercitu et classe ex velona applicuere. Est in ea prouincia ciuitas quedam archiepali sede insignis. atz populorum multitudine et rerum omnium opulentia non minime prestans ydruntum appellata. vnius noctis nauigatione a predicta ciuitate Velona. que sub thurcorum est potestate distans. Hanc ipsi immanissimi turci post aliquot dierum obsidionem. et murorum eiusdem machinarum impetu euersionem. tandem (heu rem miseram et afflictam) cruentissimo bello vi et armis ceperunt. expugnauerunt. spoliauerunt. viris partim cesis. partim acerbissime seruitutis iugo subiectis. matronis stupratis. virginibus raptis. sanctimonialibus fedatis. adolescentibus immaniter trucidatis. senibus hominum et equorum calcibus conculcatis. Sacerdotibus etiam intra ecclesiam pro defensione fidei. humiles preces instanter altissimo porrigentibus. ferarum more iugulatis. et ipso archiepo ydruntino sene et annoso. pontificalibus induto sacratissimam crucem manibus tremulis tenente serra lignea crudeliter in frusta diuisa. pugnantibus quoqz cum semiuiuis corpusculis inaudita crudelitate dilaniatis. atz dilaceratis. demum ciuitatem ipam ydruntinam in suam ditionem redactam. hominibus et numero copioso. muris. victualibus. vallo. machinis. armis et alijs ad defensionem necessarijs mirum in modum muniuerunt. Tandem ipso turcorum principe machometo. haud longe post ex hac luce subtracto. filius eius in regno successor qui hodie thurcis imperat. prefatam ciuitatem ydruntinam regi reddidit Neapolitano. ex causis quas breuitatis gratia pretermitto. Atqz ita thurcis vrbe et Apulie prouincia pulsis. xpianis incolis denuo ydruntum inhabitatur. Hec de historijs istis breuiter dicta sufficiant.

¶ De regimine peregrinantium in transmare scribit Hali medicus in hunc modum.

In mari peregrinanti si subuersio et vomitus acciderit. Vtatur sirupo besteren vel granatorum cum menta. vel pomorum muzorum cum tamarindis sugat. et odoret granata poma muza coctana. minuatqz cibum. Si autem incipit ei vomitus dominari mundetur stomachus eius colericis. et vtatur deinceps supradictis. sitqz cibus eius acerba. vel qui sic de acerbis. Rasis autem medicus dicit. Qui per mare vult incedere orob fructuum et medicinas quibus vti consueuit secum deferat. Prius tamen quam ingrediatur mare per aliquot dies comestioni qua consueuit vti. debet minuere. taliqz cibo vti qui sit de hijs que rigidum stomachum faciunt Ea quoqz die qua mare primum ingreditur aquam non intueatur. sed ea odorare et comedere paulatim incipiat. que vomitum reprimunt. Quibus ita gestis si stomachi subuersio acciderit et vomuerit. aliquatenus vomere permittendus est. quoniam hoc ei non nocebit. Et si plus quam necesse est hoc ei accidat orob fructuum quasi sorbendo atqz lambendo sumat. et sumach et granatorum grana et huiusmodi accipiet.

De cautela contra pediculos ac pulices et muscas in mari
Rasi vbi supra

Accidit autē peregrinanti copia pediculoꝝ in corpore propter sudorem et pulverem ac balnei paucitatē. Nō cū evenerit corpus eius cathaplasmetur cū argento vivo occiso. cū oleo adiuncta aristologia longa et desecta. Mane quoqꝫ balneum ingrediatur et corpus eius fricatione valida mundetur. caputqꝫ cū carasablito et boraco lavetur. Rasi autē vbi supra. Pediculorū generationē prohibent usus balnei et lavacri. pannoꝝ frequēs mutatio. proptereaqꝫ ut pannus q̄ carni adheret lineus sit. tarde nāqꝫ pediculis repletur. huiusmodi autē interficit argentū vivū extinctū si oleo misceatur. et ex eo fila lanea iniungatur. que sup se aliqꝫs impendat aut ex eis se cingat. Pulices cū herba que dicitur canchar in lecto posita fuerit quasi ebrij et paralitici fiunt. nec salire nec se movere possunt. Si vero aqua in qua tribuli cocti fuerint domus roretur. pulices omnino destruūtur. aqua similiter in qua ruta decoquitur aut oleander eos interficit. Culices ex fumo palee et ex fumo vaccini stercoris et q̄ maxime ex fumo calami et nigelle fugantur. Musce vero aqua in qua niger elleborus coquitur et arsenici citrini vel olibani fumo necantur. Alia pleraqꝫ medicinalia puta cōfectiones et hmōi sanitatis ꝓservativa. cōservativa aut cōfortativa satis cōmunia sunt. et facile quisqꝫ peritū medicū potest habere cōsultum qui has voluerit subire peregrinationes. sup hijs rebus quas sibi inter peregrinandū nececessarias arbitrabitur. Ideo de eis supsedere q̄ quidpiam scribere maxime q̄ me nō satis deceat malo.

Sanctarū peregrinationū in montem Syon ad venerandū xp̄i sepulcrū in Jerusalem. atqꝫ in montē Synai ad divā virginē et matrē Katherinā opusculum hoc cōtentivū p Erhardū reüwich de Traiecto inferiori impressum In civitate Moguntina Anno salutis. M.cccc.lxxxvj. die. xj. Februarij Finit feliciter.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Inc 308

Expugnatio Constantinopolis. 129. manna quomodo cadit. 106.
unicornu. 101. Monasterium iuxta montem Sinai occultatr. 104.
balsami aegypti fragrantia, et efficacia. 108. vers.
musa ex quacunque parte scissa reddit imaginem crucifixi. 108.
mercatores fuut asinorum conducto res. 111.
urbs Cayro tantum habet gerbern quam tota italia. 112. vers.
Veneti nauta peiores quam Sarraceni. 118. vers.
aquae in Alexandria cisternae, quia subterraneae. 119. vers.
de jordane. 31.
Ad montem Oreb ascendit per septem millia graduum. 103.
fabula de magnete, et navibus. 106. vers.
Corallum album in mari rubro. 107.
balsamum perebrat manum ex una parte in aliam. 108. vers.
ex omnibus partibus confluunt gentes ad videndum aegyptum. 112. vers.
Leucae germanicae. 112. vers. Italicae 13.
Crocodili non reperiuntur supra Cayrum. 114. vers.
Struthiones comedunt ferrum. 118.
Civitas describitur ob devotionem. 123. vers.
In ecclesia B. Virginis lampas per se perpetuo ardens. 124.

Inc
308